


Bibliothecae Maioris Coll. Univ. Cracovien.
Executores Testam. Clariss. olim D. M.
Joannis Jaroszynski Phil. V. I. et Med.
Doctoris, donarunt. 1686.

721.

N. Inv. 721.



hec est enim vera philosophia non que fallacibus alis attollitur
et sterilium disputacionum ventosis iactancia per inane cir
cumvolvitur. sed que certis et modestis gradibus compendio
ad salutem pergit. In hoc te studium ortari amicum forte
Sed profecto necessarium non est. nam te varie lectionis mul
tiplicisque noticie avidum fecerat. fortuna que ut aiunt
magne rerum partis imperium tenet. turbido quodam ac
profundo negociorum et curarum pellago iactandum dedit.
Ceterum ut non legendi ocium sic noscendi desiderium eri
puit quo minus semper litteratorum hominum delectatus ami
cicia et convictu et occupatissimis diebus ociosas horas quociens
licuit furatus. cottidie sanctior. cottidie rerum memorabi
lium doctior fieri velles. ubi illa qua nulli tedis memoria
sepe te pro libris uti solitum. ipse tibi sum testis. in quo si in ab
eunte etate promptus eras eo nunc putandus es promptior quo
serotinus matutino viatore ferventior atque animo salu
tem promptior esse solet. quando quidem hec vulgaris est iter
querela crescere lectis diem de crescere. quod utique nobis in hoc
vite transitu accidit. advesperam propinquantibus. et me
multum super esse enitentibus. Non igitur michi es ortandus
ut facias quod semper avidissime fecisti. admonuisse suffi
cerit ut intendas animum ne qua te humanarum rerum
cura dimoveat. que plerosque mortalium post egregios
labores in ipsa consumacione maiorum operum avertit.
hoc adiecto. ut quia simul omnia vel legere vel audire
et meminisse non potes. utilissimus quidem et quoniam brevi
tas est amica memorie. brevissimus quoque te fulciat. non
quod ego suadeam oppositora illa et maiora sapiencie consulta
negligere. quibus te inordinario ut ita dicam fortune
certamine tueare. Sed ut hiis interim brevibus ac pres
sentenciis. quasi quibusdam expeditis atque continuis armis con

omnes insultus omnemque repentinum impetum. hinc il
linc urgentis sis instructus. duplex enim nobis est duellum cum
fortuna. et utrobique quodammodo par discrimen. cuius non nisi
partem unicam vulgus novit. eam scilicet que vocatur adversitas
philosophi et si utramque noverint. hanc tamen ipsam difficiliorem
arbitrantur. Ita quod notum illud medicis suo iure dissimu
lentis. Difficilius esse substinere tristia quam delectabilibus ab
stinere. quem secutus seneca ad lucillum scribens. Maius est in
quid difficilia perstringere. quam leta moderari. quid dicam.
ausim nec tantos inter viros hiscere. durum quidem et temeri
tatis parata suspicio. Novo hominum vetusta tangenti. hinc auc
toritate igitur hinc etate permoveor. sed alterius magni cuius
dam et antiqui viri suctarum auctoritas. neque enim imperium parit
quin quale quidque videatur. talem quisque de eo opinionem
habeat. Marci bruti verba sunt scribentis ad athicum. quibus
vix aliquid verius dici reor. quid enim dicere qualibet in
dicare possum nisi quod sentio. nisi forte compellar ut iudi
cio iudicem alieno. quod qui facit. iam non ipse iudicat. sed iudi
cata commemorat. Ego itaque reverenter tantorum hominum om
niumque sic sentientium iudicia preter vectus. Si de proprio loqui
velim. Scio quidem varie de virtutibus disputatum. neque semper
difficilioribus principatum datum. neque fortuito ultimum inter
virtutes locum obtinuisse modestiam. sive eam temperantiam dici
mavis. Quantum tamen ad id de quo agitur attinet. difficilius prospe
fortune regimen extimo. quam adverse. aliquidque fateor apud me
formidolosior et quod constat. insidiosior est fortuna blanda quam
minax. Quod ut sic opinor non me scribentium fama non
verborum laquei nodique sophismatum. sed rerum experimenta
viteque ad vigent exempla et magnum difficultatis argumentum
raritas. Nam qui pauperiem. qui exilium. qui carcerem. qui sup
plicium. qui mortem. et peiores morte graves morbos equo animo.

tulerunt multos vidi. qui divicias. qui honores. qui potenciam
nullum tam sepe miror me spectante. contra omnem adverse fortune
violenciam invictos. vidi facili prosperitate fractos. Hinc animique ro-
bur animum quod nunc non fregerat. inflexere blandicie. Nescio
enim quomodo mox ut melior cepit esse fortuna. incipit mens
emollita timidior fieri. et sue sortis oblivione addicta prospi-
tate corripe. Neque de nichilo dictum est. Iamque apud nostros homines
in proverbium venit. magni laboris esse ferre prosperitatem. neque aci-
su Flaccus aut Bene ferre magnam disce fortunam. Difficilem
nempe censebat artem. que nisi studio adhibito nesciretur. Cete-
rum Seneca ipse fortune partem illam. que sibi difficilior visa e-
rat et est haud dubie prima fronte rigidior brevi admodum
sermone perstrinxerat. Is libellus passim in manibus vulgi est
cui ego nil addere. nil detrahere meditor. quod et magno ingenio
conflatum opus nostram dedignatur limam. et michi meis rebus inten-
to. nec commentari aliena. nec carpere est animus. Sed quoniam virtus et veritas
publice sunt. neque studium antiquitatis obesse debet posteritatis
industrie. cui excitande atque adiuvande nostre institutum
de hoc ipso tecum loqui aliquid. quod et ille suo tunc Gallioni pre-
stitit. id Azoni meo nunc quantum hoc defesso iam et occupato
semper ingenio dabitur. prestare. propositum est michi. Insuper et partem al-
teram. ab illo seu oblivione seu iudicio pretermissam attingere
Utrumque autem sciens pauca premisi. non fortune cuiuspiam
sed virtutis ac viri excellencie aut defectus. quod si et ex proposi-
tum ipsa quidem. effectu tamen haud dissimili et letos quoque et
mestos animos firmari videntur. quibus in rebus quo me o-
gesserim ingenio tu censeberis occupacionum memor ac
temporis. qui paucissimus diebus ceptum perfectumque opus ad-
mirans videris. Ego solius fidei iudex sim. Scribo liberali-
ter non ut unum quodque michi speciosius. sed ut tibi atque a-
liis. Si tamen alius quisquam hoc attigerit utilius esse conquirere

denique finis meus Is qui semper in hoc genere studiorum fuit
non tam si licet scribentis laus quam legentis utilitas si
qua ex me percipi aut sperari potest Ad id maxime respexi ne re
marum euoluere ad omnem hostis suspicionem ac strepitum
sit necesse quin mali omnis et nocentis boni atque utriusque
fortune remedium breue sed amici confectum manu quasi
duplicis morbi ut non inefficax antidotum in exigua
pixide omnibus locis atque temporibus ad manum ut aiunt et
in promptu habeas Nam ut dixi utriusque fortune facies metu
enda verum ptamen utraque tollerenda est Et hec quidem freno
indiget illa solacio Hic animi elacio reprimenda illic re
fouenda ac subleuanda fatigacio Hanc ergo varietatem co
gitanti michi non modo cum de hoc nollem aliquid scri
bere tu occurrebas dignus communem quo utriusque remedium commoni
ter uteretur Ut ait cicero sed et tu me solus ut scriberem
excitabas non quidem verbo ut qui ceptorum michi
conscius sis tantorum sed rebus ipsis et in utramque partem
habundantem materiam Multos in cacumine fortune situs mul
tos in delicijs scimus multos magno impetu iactatos
nec sed deuenium desunt exempla nec iuuenem nec sum
nescius quosdam ex altiore fastigio prolapsos Quot ro
mani imperatores quot externi reges vel hostium vel suo
rum manibus e summo solio detracti uitam simul et im
perium amisere Ac ne omnia a uetustate mutuemur
et exules nuper et captiuos et in acie cessos et demum capi
te truncos quodque durissimum vel relatum est et laque
o enectos fereque laniatos reges nouimus Tibi autem
regnum nec dederat nec dedit regnum fortuna nec abstulit
at quecumque in ceteris illa tam uarie egerit uix quod sciam
nostra etas inuenit Jam in primis ualitudine prospera et
corporis uiribus dudum fretus usque ad stuporem omnium

qui tenuerant. uita non multos annos ter desperatus
a medicis. ter uitam ac salutem tuam in solo celestis
medici auxilio posuisti. Sic ab illo tandem sanitati
redditus. ut penitus tuum illud pristinum robur a
miseris non inferiore miraculo dexteritatis eximie
atque insolite grauitatis ut qui olim pene alipes
fueris nunc acclinis aut seruorum manibus e
qui tergo impositus aut humeris innixus lentis terram
passibus metiaris. patria tua uno prope tempore te dominum
uidit atque exulem. ita tamen ut nichil obscurior ex
ilio uideretur. nulli fere nostrorum hominum par princi
pum fauor nulli par fuit iniuria ut cum paulo ante
certatim in amiciciam tuam niterentur idem ipsi de
nulla alia re concordes. in tuum mox exicium. qui communi
inito consilio conspirarent. et postquam tuum caput insi
dys peterent. Auro prius ac gemmis largifluus quam mune
ribus tot per annos prospere ac fauentis fortune. et quod
hys omnibus grauior iactura est. amicis atque clienti
bus uniuersaque familia diues equidem. sed diuersis tor
mentorum ac mortium generibus spoliatum. Pars que
clementior fuit. illud ingens patrimonium terras ho
mines domos opida inuaserunt. ut qui modo te uiderant
mox e summis opibus ad inopiam redactum. ceu aliquod
fortune prodigium mirarentur. Amicorum ut dixi pars
periit. in superstitibus periit fides. fugitque quod assolet
cum prosperitate fauor hominum ut dubitare posses
an amicorum prius an fidei fleres interitum. Accessit
in medio rerum estu egritudo pene ultima. Et tam
morti proxima. ut quem uiuere amplius persuasum esset
extinctum fama uulgaret. et hic morbus. hec pau
pertas. hic laborum cumulus pulsum patria. procul domo

malicijs terris ac laboribus circumtonante bello seu obses
sum oppresserant ne quod omnino interim tibi cum hijs ami
cis siquos aut virtus fecerat aut fortuna dimiserat seu col
loquij seu literarum posset esse commercium Nichil omnium pre
ter carcerem defuit ac mortem Quamvis nec carcer defuit
dum fidissima coniunx et pars tuorum viscerum nati omnes una
teque ab hostibus capti essent Nullo prorsus tibi relicto sola
cio tante prolis ne mors quidem dum et tu secum assidue luctari
teris et unus ex filijs iam tunc teneram et insontem animam
in carcere posuisset Quid multa impletum in te uno vidimus
quod de duobus summis viris Gayo Mario Magnoque pompeio
legimus quid boni silicet et quid mali possit. haud unquam
leta tristibus miscentem in te tuisque pignoribus secretum
explicuisse fortunam Cuius olim cum blandicias non tam in
solenter ut plerique felicium tum vero minas imp atque impe
tum tam forti tamque invicto animo tulisti ut vel ob hoc u
num multis qui antea tuum nomen oderant te amandum mi
randumque prebueris habet enim hoc proprium virtus ut in amorem
sui bonos erigat in stuporem malos. Ideoque cum omnis virtus habeat tum pre
cipue fortitudo cuius inter fortune turbines ac tenebras rerum
terribilium et tranquillitas gratior et lux ipsa conspectior est Michi vero non
solum ad antiquum tui amorem quod impossibile fuit [illegible] multi
nove benivolencie adiaceris sed alio festinantem calamum ad
hoc non suo tempore scribendi deflexeris ut et in scriptis meis animi vul
tum velut in speculo contempleris et siquid ibi nimius excultum
apparuit quod bona fide displiceat ad hunc modum formes atque
ita te instituas ut seu solitis seu novis artibus que innumera
biles ei sunt tecum post hec fortuna variavit nulla te spes ter
turbet sed paratus ad omnia promptus ad singula dulcia pari
ter et amara despicias. Fidentissime ab adverso maronicum illud
exclamans Non ulla laborum O virgo nova mi facies ino
pina ve surgit omnia percepi atque animo mecum ante pere
gi Nec me fallit ut in corporibus hominum sic in animis multipli
ci passione affectis medicamenta verborum multis inefficacia
visum iri Sed nec illud quoque me preterit ut invisibiles animo
rum morbos sic invisibilia esse remedia falsis opinionibus
circumventi veris sententijs liberandi sunt ut qui audiendo cecide
rant audiendo consurgant Ad hec qui quod habuit egenti libens ob
tulit amico quantulumcumque est pleno amicicie functus est
munere animum enim spectat amicicia non rem que parva

licet magnum amoris indicium esse potest. Ego quidem ut magnificum quodque tibi opto. sic quid aptius hoc tempore largiar non habeo quod si validum senseris ipsa que precium rebus facit utilitas commandabit. Sin invalidum excusabit amor noster. Sic autem ad legendum venies quasi quatuor ille famosiores et consanguinee passiones animi. Spes seu cupiditas et gaudium metus et dolor quas due sorores equis partibus prosperitas et adversitas peperere hinc illinc humano animo insultent que non aciei presidet Racio. hys omnibus una resideat clipeoque et galea suis quartibus et propria vi. sed celesti magis auxilio excipiat frementia hostium tela discutiat. Est michi de tuo ingenio spes est. ut unde victoria stet facile iudices. Non te diucius tenebam. sed ut propositum meum nosset iudex operis epistola premittenda erat quam si ascribendam duxeris utriusque metiens videto Ne longior prefacio libellum brevem. non aliter quam pregrandi caput exiguum corpus premat Nichil est enim sine mensura ac parcium proporcione formosum Sequitur aliud capitulum Sequitur aliud capitulum

De etate florida et spe vite longioris Gaudium et spes

Etas florida est. multum superest vite. Racio. En prima mortalium spes. que multa milia hominum et fefellit et fallet. G. et S. Florida est etas. Ro. inane gaudium et breve. flos iste dum loquimur arescit. G. et S. Etas integra est. Ro. quis integram vocet. cum multum de est et quantulum sit quod restat incertum est. G. et S. at quilex est certa vivendi. Ro. quis hanc legem tulit aut quod istud legittimum tempus est vite iniquissima vero lex que non omnibus una est ymmo tam varia. ut nichil incercius in hominum vita quam ipsius vite modus sit. G. et S. Est tamen et modus aliquis et vite meta quam sapientes statuerunt viri. Ro. metam vite statuere non qui accipit sed qui dat illam deus potest. Intelligo autem septuagesimum aut si natura potencior octuagesimum cogitatis annum atque ibi metam figitis. quo provectos manet labor et dolor Nisi forte longius spem promovit is qui ait. numerus dierum hominum ut multum centum anni. quo quam raro veniant videmus. sed ut sit omnium quod paucorum est quantulum tamen nunc etiam id est. G. et S. multum sane est enim iuvenum vita securior et a senectute remocior et a morte. Ro. falleris et si nil tutum hominum. illa tamen periculosior vite pars. quam securitas nimia reddit incautam. nil est alteri vicinius

quam mors vite Cum distantissime videantur contigue sunt
Semper illa prelabitur. Semper hec instat quocumque fugeritis
presto est. et cervicibus imminet. G. et S. Iuventa nunc saltem
prius est et senectus absens. Ro. nil mobilius iuventa nil insi
diosius senectute. illa non stat vilescendo que fugiens abit
Ista per tenebras atque silencium pedetentim subiens. prout dos
ferit. et dum longinqua fingitur in foribus est. G. et S. Etas
in ascensu est. Ro. et in studiosissime reflectis. Ascensus iste descen
sus est. vita brevis. tempus instabile furtim nullo pedum stre
pitu. inter sompnium et iocos effluit Et o si hec temporum cele
ritas. vite que brevitas ut in fine sic in principio nota esset.
Nunc intrantibus infinitum quiddam exeuntibus nichil et
quot secula videbantur vix totidem sunt momenta Sic demum
tum fraus noscitur. dum vitari nequid unde est quod sepe fru
stra huic consulitur etati. Incredula simul et inexperta est. Et con
temptrix alieni. consilii inops sui. Itaque iuveniles errores. licet
innumerabiles et immensos. hiis ipsis tamen occultos et in
cognitos quorum sunt nil melius quam senectus detegit
Et dissimulancium conscienciam que luminibus ingerit. Nec quod
esse debuistis prius advertistis. quam quod esse noluistis. effecti
estis fieri que iam aliud non potestis. Quod siquis in tempore
aut per semet ipsum intelligere posset. aut docenti credere. ille
michi unus ex milibus preclarus. ac felix surgeret adoles
cens Nec tam multis anfractibus ageret vitam Cuius v
nica et tuta per virtutem via est. G. et S. Etas intercepta est
Ro. quomodo intercepta est. que ex quo esse cepit assidue carpitur
que minutissimis porciunculis. dum datur eripitur. Siqui
dem motu perpetuo celum rotat. momenta horas. hore diem ra
piunt. Is alium diem trudit. Is que alium. et nunquam quies sic
menses pretereunt. Sic anni. sic et etas. Sic currit et properat. et
ut ciceroni ait. volat quodque ait maro celeres neque commovet
alas Ita ceu navi iter agentibus Nec sencientibus quin ve
hiuntur. sepe non cogitantibus finis adest. G. et S. Etas inci
piens ab extremo procul abest. Ro. infra brevis vite spatium nichil
est procul. G. et S. At nulla pars a fine distancior quam princi
pium. Ro. Nulla quidem sed tunc recte diceretur. quando omnes
equis spaciis viverent. nunc pluribus vivos et sepius prima no.
etas in mortem incidit. quo fit ut plerumque vicinior sit ex
tremo qui remocior videbatur. G. et S. Certe florentissima est
etas. Ro. Et si ad hoc pauci advertant tamen ex quo loqui.

cepimus mutacio aliqual' intercessit et modo per singlos sillabarum
tractus iuuentutis aliquid excidit Aliquid de caduco etatis flore
subtrahitur quid autem queso plus habet hic mollis et nitidus
adolescens quam ille durus et squamosus senex preter hunc   no.
quem loquimur etatis breuem .s. et caducum primo assidu
e cadentem florem. ubi quid tam dulce tam iocundum non
intellego cum sciat dicto citius se futurum quod ille nunc est uel
si nesciat insaniat nisi forte e duobus capitali simul suppli
cio additis ille felicior est b. qui nouissime iussus est
dare colla securibus qui michi quodammodo ipsa dilacione mi
serior uideatur quamquam non sit par horum iudicio et
illorum huic enim interuenire aliquid potest unde colligere suppli
cium euadat et uiuat Iuuenem senio eripere sola mors potest
et ad summam paruo temporis in spacio non stat magna felicitas
et ingentibus animis breue nichil est optabile expergiscimini
consopiti tempus est caligantes oculos aperire assuescite iam
tandem eterna cogitare et amare et optare simul autem peritura
contempnere Consiliscite ab hijs sponte discedere que uobiscum
diu esse non possunt et animo illa relinquere antequam relinquimini. G. et. s.
Etas est stabilis uirensque. Ro. mentiuntur qui nescio quam etatem
stabilem esse dicunt. Nil uolubilius tempore. tempus non uehi
culum est etatum omnium. hoc stabile fingitis. O. uanitas nichil
est stabile nunc maxime rapis De forma corporis eximia Gaudium

Forma corporis eximia est. Ro. nichilo firmior est illa
quam tempus cum eo ueniens. cum eodem fugit. siste si
potes tempus. poterit forsan et forma consistere G. forma   6
corporis egregia est. Ro. fragili niteris fundamento. corpus
ipsum inuibrare in morem preterit. tu monimentum corporis accidens
tibi mansurum spondes Perire queunt accidencia stante subiec
to nequeunt illo ruente non ruere Atqui cunctis ex qualitati
bus que mortali cum corpore fugiunt nulla uelocior quam for
ma que mox ut amenum flosculum ostenderit. ipsos inter mi
rancium oculos atque laudancium euanescat. breuis huic prui
na perusserit lenis hinc aura decusserit subito uel minimo ema
nens unguem decerpitur. uel pretereuntis morbi calce deprimitur
denique gloriare et exulta ut libet ueniet certe magnis passibus
que te uelo tenui latentem detegat Quanta esset forma tu
tu hominis. mors ostendit. Nec mors sola sed senectus et pau
corum annorum spacio primo uel unius lucis repentina fe
bricula postremo ut nichil eximium incidat per sese stando

durando q3 consumitur et in nichilum redit. neq3 tantum gaudij ve
niens tulit quantum fugiens fert doloris hec ni fallor expertus erat
aliquando formosus ille romanus princeps qui amico scribens
gracias inquid nec gracius quicquam decore nec brevius esse sus
cepi. Si durabile propriumq3 nature unum esset non in tello quod
tanto ope expetendum liceat iste non solidus nec in ipso homine
nisi superficietenus fulgens decor. multaq3 feda contegens et hor
renda levissimoq3 cutis obtentu sensibus blandiens et illu
dens veris igitur ac mansuris bonis delectari convenit non fluxis
atq3 labentibus. G. Forma corporis elegantissima est. Ro. habes
velum oculis/ laqueum pedibus/ alis viscum haud facile seu ve
rum discernere. seu virtutem sequi potes. seu in altum evolare animo. mul
tos ad honesta pergentes forma detinuit. detorsitq3 in contrariam partem
G. Forma corporis mira est. Ro. bene dicis. mira Nam quid hac vanitate
mirabilius Quot delectabilibus abstinent formosi iuvenes quos
suscipiunt labores Quanta sibi inferunt supplicia ut formosio
res non sint quidem sed appareant unius forme studio et valitudi
nis et voluptatis immemores/ Quantum non interim commodorum que effun
ditur quot honesta interim quot utilia quot postremo necessaria negli
guntur tamquam hoc caducum aliq3 bonum et inane gaudium sine invidi
a tibi habeto habes hostem tuum domi quodq3 est peius delectabilem ac
blandum habes raptorem quietis ac temporis perpetuumq3 tortorem habes et
laboris materiam uberrimam discriminum causas fomenta libidinum nec
minorem querendi odij quam amoris auditum fies mulieribus for
san amabilis odiosus viris aut certe suspectus Nulla rem magis quam
corporea forma coniugalis zelus attendit Nulla enim res arden
tius appetitur quam forma nulla animum potencior movet atque
ideo nulla suspectior G. Forma corporis magna est. Ro. Solet hec stul
tos adolescentes quo non expedit impellere dum bono suo
ut libitum sic licitum sibi putant. nec quid deceat attendunt
Que sepe iam multis acerbi ac turpis interitus causa fuit. G. For
ma corporis rara est. Ro. at brevissimum tempus erit/ quo oris habitus hic
colorq3 mutabitur Cadet flava cesaries reliqua albescet
teneras genas et serenam frontem squalentes arabunt ruge letas
oculorum faces et lucida sidera mesta teget nubes leve denti
situs
um ebur et candidum scaber situs obducet atq3 atteret ut non
colore tantum sed tenore alio sint recta cervix atq3 agiles humeri
curvescent guttur leve crispabitur aridas manus et recurvos pe
des suspiceris tuos non fuisse Quid multa venit dies quo
te in speculo non agnoscas Et hec omnia que abesse multa ex

timas nequid impulsis monstris attonitus non predictum
dicas hic iam tibi si unius dei circius [?] euectura de inicio Qui si
in nunc circdis tunc te peius mirabens transformati. G. forma
interim clara est. Ro. quid hic dicam brevius. quam illud apuley ma
daurensis Respecta paulisper et non erit. G. forma corporis atten
excellens est. Ro. Quam mallem animi formam excellentem. est enim et sua
anime pulcritudo multo suauior certiorque quam corporis Et ipsa quoque
suis legibus decore ordinis atque apta situum partium disposicione sub
sistens illam optare. illi operam impendere dignum erat. quam nec di
es longa deteret nec morbus extingueret nec mors ipsa nunc
caducam miramini. G. certe nunc saltem in solita forma est. Ro. in
hac ut in alijs multis optima mediocritas. sin hac tali forma
nec tibi placuisti nec nisi quia decet alijs placere curauisti. usuisque fu
eris caste sobrie modeste. non exigua tue laudis accessio futu
ra est. G. preclara facies animum honestat. Ro. immo quidem probat
et sepius inpictum [?] facit Quid non attinet gloriam eo quod neque tuum
sit. neque diutius seruare possis. quod habuisse nulli. precessisse multis glo
riosum fuit. mitto alios spurinam non malis forma nobilitatis
accersita deformitas. G. ut uirtus animi corporis forme iuncta sit stu
deo. Ro. si id efficis tum demum uere in utrumque undique fortunatus fu
eris. formaque clarior uidebitur et uirtus gratior. quamuis enim errare
sibi uisum esse qui ait Gratior est pulcro ueniens e corpore uirtus. scri
bat seneca. michi tamen iure reprehensus uideretur. si dixisset maior
aut perfectior aut alagr [?]. Nunc quia dicendo gratior. non rem ip
sam. sed spectantium iudicia respicit non michi uisus est errare. uirgi
lius qui hoc ait Et ad summam ut nichil uise solidum habet
forme gracia nichil optabile sic si ultro uenerit uirtuti ad
dita neque uituisque de precio error sit. hanc illius ornamentum dica
paciar. non in amentum utsim. breue tamen ac fragile. solamen
uero non pondus anime dixerim atque infaustum tristis in
signe ludibrium

De ualitudine prospera gaudium

Quid quod ualitudo prospera est. Ro. quicquid de forma
modo diximus repetitum puta. G. ualitudo corporis firma
est. Ro. en senectus ab aduerso mille morborum armata
generibus. contra ualitudinem interea uoluptas militat fami
liare certamen. G. ualitudo corporis leta est. Ro. In consulta iocu
ditas. queque negligentes et in cautos facere soleat possessores
suos et sepe morbos arcessere quos ualitudinem prope diffidentis
intencio declinasset. G. ualitudo corporis bona est. Ro bene
utere alioquin leue bonum. quin et graue malum. si ut soli

al. exprobrat

ca est culpe cuiuspiam causa sit. multis periculosa. et pestilens
sanitas fuit. qui cicius egrotassent. G. Valitudo corporis opti
ma. R. res per grata multumque utilis seu corpore quid agendum
seu animo est. sed ut quarumdam radicibus herbarum inest vis
veneni. que dum aliarum rerum in mixtione purgata est sa
lubre poculum e plurimibus fit. quod ex uno pestiferum fuisset.
Sic corporea sanitas. ne noxia sit. herenti non aliter quam adiuncta
animi prospera valitudine temperanda est. nusquam peius quam sano in cor
pore eger animus habitat. De sanitate restituta gaudium

Longa egritudine liberatus gaudeo. R. graciorem fa
teor sanitatem redditam quam retentam. Ingratissimi
mortales bona vestra nunquam aliter quam perdendo cognoscitis
et perdita ergo vos cruciant. et recuperata letificant. G. Gra
vissima febris me destituit. R. Gravissimas medici febres dicunt
que ipsis in ossibus ac medullis estuant quanto ille sunt gravi
ores que in animo intus latent/ hys te maxime liberatum velim
G. Egritudo abiit. R. egritudo prius sepe profuit. dum debili
tatis viribus corporis/ anime sanitatem peperit consequenter igitur
et digressa nocuit. et anime lumen minuit et corporis auxit inso
lenciam. quamvis mala. quamvis pessima egritudo videatur optabi
le malum tamen quod mali remedium sit maioris. G. Tandem eg
ritudo longior finem habet. R. O stultissime sic tu teris mortem
effugisse ad quam curris assidue Nunc propinquior morti es
quam dum illi contiguus videbaris. irremeabile est nobis iter
Neque ulla eius in parte subsistitur neque diversorium. neque lencior
usquam gressus est. et somnus et vigilia. et labor. et requies. et
morbus. et sanitas equi sunt gradus ad mortem. G. ancipiti
egritudine absolutus sum. R. Creditricem habes infallibilem
dilata solucionis dies est. sed non cassa id. habes egrotare ite
rum et mori. De viribus corporis gaudium

Virium satis ymmo multum contigit. R. que de forma ac
valitudine dicta sunt relege. similium similis discipli
na. G. multum est virium. R. vide nequid aggrediare vi
rium fiducia quo imbecillis appareas. G. habunde
est virium. R. taurina gloria. G. plurimum est virium. R.
plusculum elephanti. G. virium nimis est. R. facile crediderim
id quidem. superexcessus autem in vicium vergit. seu ipsum est vici
um. G. nimis est virium. R. minuetis hec si ad mediocritatem
redeat bene erit quid si ad exitum tenuescat. quid si hoc robur
fragilitas in signis accipiat. crede michi. nulle usquam tante

corporum uires que uel laborem modico uel morbo aut. uel
cincti uincente senio non frangantur. infatigabilis et inuicta
ius animi est. G. Ingens robur est corporis. Ro. nemo milone
robustior. clariores multi. G. uastum et preualidum corpus est. Ro.
precii nitissima rerum uirtus. mole corporea non eget i auis
bitans. G. nichil hijs uiribus difficile. Ro. ymmo impossibi
lia permulta. atque illud imprimis ut qui in corpore spem posuit in
altum scandat. G. iam supra hominem uires sunt. Ro. hac in
re qui superior cunctis hominibus euasit. multis tamen anima
tibus inferior erit. G. nichil hijs uiribus metuendum. Ro.
ymmo nunc maxime. in magnam enim uirium fiduciam ma
gnis uiribus attingitur fortuna. et interdum ex equo congredi
indignans. ut ostendat quam fragile est animal homo. dum
sibi etiam robustissimus uidetur. giganteas uires leui prelio
conficit. herculem ab hominibus inuictum. uis latentis ma
li uicit. milonem ipsum cunctis celebratum et cognitum pale
stris. arbor una detinuit lacerandumque feris obtulit. sic
eximium sine exemplo fixe queras robori impar in uictu
est. tu uiribus tuis fidis. G. uires in presenti suppetunt. Ro. na
ferme rerum omnium hec est ut cum ad summum peruenerint descen
dant. Ideo quod non equo gressu. ascensus enim lentior descensus
preceps. hee quoque uires cum crescere desierunt. non consistent. Et
primo quidem cliuulum post apertius tandem ruent. omnes
res mortalium preter animum solum eque fugiunt. sed non eque
omnium fuge uestigia apparent. nisi forte minus cuncta a
nimalia que uel tenebris uel tacito repunt uisu. uel quam
to quoque traditur itineris indicium caudis premunt. G. Cor
poris mei uiribus glorior. Ro. quid faceres tuis cogitatio quam
tuum ipse sis uirium. iste enim non tue sunt. sed hospitij. ymmo
carceris tui uires. uanum est autem. cum ipse sis fragilis for
ti habitaculo. dicam melius forti aduersario gloriari. G. uiribus No.
meis letor. Ro. Quid hic dicam. nisi poeticum illud. Non
longum letabere. in quem letitie locum uenient querele. memi
nisti ut is ipse tam ualidus quem bis modo memoraui de suis
uiribus in senectute conqueritur De uelocitate corporea. G.
Sed permacitatis multa est. Ro. refert quo nam cursus
uicenditur. multos sua uelocitas in exitium tulit
G. Permacitas mira est. Ro. Currite mortales ut libet
celi uelocitas nos preterit. et ad senium et ad mortem te
applicat. illud nobis cursum eripiet motum illa. G. per

micitatis summa est. Ro. eo tendit ubi desinat. G. pernicitas inau
dita est. Ro. illuc properat ubi tarditas multa erit. G. pernicitas
infinita e. Ro. Sic quantitas ubi se exercet non habebit siquidem
pueri vicem tua omnis obtinuit. G. pernicitas inextimabilis
est. Ro. hec ingenii laus e. cum maria et celum et terre natu
re spacia recessusque et archana rerum omnium patent. corpus pue
ri momentaneo ambitu circumscriptum. quo sua pernicitas latius atque
ubi deposita est nonne enim ut latissime pateat hec spacium
seu temporum seu locorum. nichilominus quacumque se flexerit
ad sepulcrum curritur. ille saltem angustie sine ullis aut a
strologicis directionibus aut geometricis demonstrationibus note
sunt. ita eo curritur ubi profecto non curritur. G. Incredibilis
modo michi pernicitas e. Ro. cum omnes homines excesseris lepu
sculum non equabis. G. pernicitas stupenda e. Ro. hec plerosque
que pendentibus et preruptis locis comitata plano calle destituit
quosdam propugnacula currium parietes navium pro et fraga
moenium in aere volitantes post levi pedis offendiculo in
via publica prolapsos extinctos que novit etas nostra anceps
e. sepe nam insueta gravium corporum hec levitas volucremque
hominem non diu futura Nam si et in offensa processerit fessa tamen
cito desinet breve robur hominis brevior pernicitas. G. valde ne
agilis sum. Ro. et asellus agilis iuvenis et senio piger. pardus
spacio levitas ingravescet prima etas stimulos habet frenum
ultima quicquid es non eris diu et si esse cupis. cura ut sis bo
nus senium virtus sola non metuit De Ingenio gaudium

Ingenium velox e. Ro. ad virtutes utinam alio
quin quo velocius eo proprius e. ruine. G. ingenium
expeditum e. Ro. si et bonis artibus applicabile
preciosa animi supellex. si minus honerosa laboriosa
periculosa. G. ingenium peracutum e. Ro. ingenii non
acumen sed equabilitas atque constantia verax laudes
ac perpetuam meretur quorundam acumen tenui cuspide frangi
primo quod molimine deficit. validissima eciam si ad ultimum extenuentur
infirma sunt. sic robur omne tenuitas atterit. G. acutissimum inge
nium e. mi. Ro. nichil sapientie odiosius acumine nimio nichil ve
phanti molestius quam sophista. eo in usum palladi finxerit vete
res araneam cuius subtile opus ac tenues tele sunt sed fragiles nil
leque usui. ut minacionis g. sic ingenii acies sit non penetret mo
sed subsistat. G. promptum ac usabile ingenium e. Ro. hec marco
catoni censorio tributum e. quod litteris simul atque armis bellicaque

omnibus 7 urbanis ac rusticis artibus eque foret ydoneus q̊d
expte greci stio ɔtiuīt epaminūde perse autem cyro. tamē hoc ū
sabile quo nam ūgat neu ūsutum sit ne ue aliquid nō agi
le sed lene potius 7 in ɔstans hēat cauto aliud ē enim non
posse ɔsistere aliud facile ne posse quo uelis. G. Ingenium ē ex
cellens. Ro. multū refert quo ingenē excellas huius enim quoz
ubi significacio uaga ē uerūqz ē illud ubi intenderis ingeniuz
ualē. ma lo igit ingenium bonū quā excellēs. q̊d illud in maluz
flecti nequid. hoc indiuisa uolubile ē Nam 7 Crispus lucium Catili
nam magna ui animi fuisse ait. sed ingenio malo prauoqz. G.
Ingenium magnū ē. Ro. bonum cupio 7 modestū. magnitudo
sola suspecta ē. sepe magnū ingenium magnorum malorū fuit
malorum. Raro autem magni errores nisi ex magnis ingenijs
prodiere

De memoria Gaudium

Memoria ingens data est. Ro. ampla ergo domus
rerū 7 actium fumosarum ymaginū ubi multa
displiceant. G. memoria ē multarū rerum. Ro.
multis in rebus pauca delectant plurima crucia
ant 7 sepe delectabilium mesta recordacio ē. G. rerū
adē uariarum memoria. Ro. si bonarum bene. Si
malarum quid hinc gaudes parum ne tr̄iste ē uel tulisse mala
uel uidisse nisi cottidie recensent. uel sub oculis sunt semper
G. memoria diuersarum rerum suppetit. Ro. 7 culparum 7 delic
torum 7 scelerum 7 ignominiarum 7 repulsarum 7 laborum 7
dolorum atqz discriminū quāuis hinc ultē uoluptas quedam
ut aiunt sit adiuncta memorie in quo tū intelligitur non tam p̄
teritorum maloruz cogitacio quam p̄ntis boni delectacio io
cunda ee Itaqz nemineʒ laboris ac periculi meminisse iuuat
nisi quietum aut securuʒ paupertatem lete meminit s̄ diues mor
bum. s̄ incolumis s̄uitutem s̄ liber carcerē s̄ solutus exiliuz
s̄ reuersus sola ignominie memoria in medijs licet honori
bus tristis ē adeo nichil delicatius nichil in curabilius ē q̄
fama G. memoria multiformis 7 uictoriū ē tpm. Ro. In recor
dacione multiplici mltiplex molestia quedam nempe ɔsciaz
uolitant quedam pungūt quedam uulnerant alia ɔfundūt
alia exterrēt alia deiciūt unde fit ut memoranciū ora rubor
palorqz uicissim in silencio occupent q̊d pessimus hoīnū plez
qz accidit incessus qz sit uarius uox incerta 7 q̄ sūt eiusmodi
animi memoria laborantis indicia. G. meōria p̄mpta ē. Ro. mal
lem uolūtas pia castiqz desiderium 7 honesta ɔsilia 7 actus

in necem ⁊ vita probri nescia. G. memoria apprime tenax est. Ro. vii
hec igitur oblivio celestium preceptorum que tam pauca sunt
numero unde oblivio dei unius unde oblivio sumet. G.
memoria admodum tenax est. Ro. tenacem ⁊ inutilium rerum
credo que nam non ⁊ quo vaga hec volatilis que memoria que cum
celum terramque peragravit in se ipsam nesciens rediit. quod unum neces
sarium ac salubre erat obliviscatur iniqua ⁊ si forte aliquid
delectacionis fuerit in eodem, sex tamen anxietatis est plurimum
nec immerito themistocles cum ei quidam memorandi artem
a simonide tunc inventam polliceretur malle se ait oblivionis
artem quam memorie discere ⁊ licet hoc ille suo quodam inve
nisse videatur ut qui nec dono illo supra fidem excelleret.
cuiusque memoriam in numere quidem rerum atque verborum yma
gines perguarent fere tam omnibus cum ita omnes ⁊ dediscen
da disceris ⁊ discenda dediscitis in his tantum quorum utilis esset
oblivio memoriam exercentes Inque nature finibus non contenti insi
nam arte laxastis. G. memoria omnipotens est. Ro. titulus h
uni suus est deo multipotens dicere voluisti si qua tamen in
signis memorie vis est quod omni curiositate melius fuit dampno
sa reiciat stringat utilia neque tam sedulo que delectent aggerat
quamque prosint. G. memoria optima est. Ro. optimo nichil est melius
quod si fidem dicto queris ut in opportunius te memorem probeas o
portet. memento peccati tui ut doleas. memento mortis ut desi
nas memento divine iusticie ut timeas. memento misericor
die ne desperes. De eloquencia gaudium

Eloquium preclarum est. Ro. magnum fateor in
strumentum glorie sed anceps cuspide gemina et
hec quoque qualiter uti scias refert plurimum. G. elo
quium torrens est ⁊ rapidum. Ro. haud inepte qui
dam stulti atque improbi eloquenciam furiosi gladio
equiparant. utrumque enim rei publice interest in her
mem esse. G. eloquium clarum est. Ro. Clarum aliquid valere dicas
clarus sol. clarum incendium. G. perfulgidum eloquium est. Ro
et lugubres comete ⁊ infesti gladii ⁊ hostiles galee fulgent
ut fulgor eloquencie gloriosus sit sanctitate ⁊ sapiencia temperetur. G. co
pia eloquii ingens est. Ro. siquidem iuncta modestie magnum
aliquid supraque communem hominum mensuram non inficior alioqui
minimum esse prestabit. G. eloquencie satis est. Ro. satis eloquencie
parum sapiencie fuisse in homine illo intelligentissimo apud crispum le
gis. neque is quidem gloriam eloquencie quesivit nullam quamquam alia

orem iudicas non eloquencia sed loquacitas illa fuit. uerus enim
orator hec eloquencie magister. nisi uir bonus esse non potest. quod
si bonus et sapiens putabas ad oratorias laudes perstringere minimus
eloquencie. huic uerborum impetum qui sepe procacibus atque in uere
cundis uberior est sine hanc ipsam dicendi periciam satis esse falle
baris lingue uolubilitas et copia uerborum, atque eciam ars quedam, sce
leratis plus quam communia esse putat, id quod queris bonorum est. non omnium
quidem sed paucissimorum. ita ut mali omnes huius laudis exortes
sint, ad quam scilicet anima bona quibus carent, uirtus et sapiencia requirunt
quod nunc sic esse intelligas dicam si memineris duarum de quibus
loquor rerum diffiniciones in mentem redeant. Quarum altera
Catonis Ciceronis est altera. Ille ait Orator est uir bonus dicendi pe
ritus. Iste autem nichil est inquid aliud eloquencia nisi copiose
loquens sapiencia. Ex hijs uides ad oratoris atque eloquencie essenciam et
bonitatem et sapienciam exigi. Nec tamen sufficere nisi et pericia adsit
et copia. Ita ut prime ille due uirum bonum sapientemque duntaxat
hee autem sole nec bonum nec sapientem nec eloquentem quidem
efficiunt sed loquacem. Omnes uero coniuncte perficiant oratorem cuius
quam artificium. Quod profecto rarius atque altius est quam pateant
qui in multiloquio situm sperant. Tu ergo si oratoris nomen si
eloquencie ueram laudem queris. Virtuti et sapiencie primum stude. G.
Eloquencia plena atque perfecta est. Ro. Pleno atque perfecto nichil addest.
deerit autem multum si premissa defuerint. Ante igitur quam de
uniuerso pronuncies. hoc tractatus tecum uolue. G. Eloquencia sum
ma est. Ro. Supra summum nichil est. hijs ergo cessantibus iam summa
non erit. sed caducum quidem et informe cui fundamentum fasti
giumque detraxeris. G. Eloquencia dulcis et ornata est. Ro. Dulcedo
et ornatus ista nescio quid blandum seu dolosum non uirile nec
sincerum prefert. Sed non pluris est apud rectos iudices suauis et
compta uiri fallacis oracio quam uel meretricis facies. uel melli
tum uirus. uel freneticum robur. uel auari aurum. Quicquid est
quaeuis appareat ac mulceat. Si superiori essencialia defuerint nichil pe
nitus Aut nichilo proximum uideri debet. G. Eloquencie fiducia
a magna est. Ro. Magna sepe fiducia magnis periculis uiam fecit ut
animum attollat atque ad inuet. firmum excipiat. sese norit quod
agendum instat exstimet absit insolencia preter et contemptus sine
pregressa liberius uirium obliuisci ceperit. Iam non fiducia sed tem
eritas et audacia est. Qua nichil est a sapiente remocius. nec in rebus
omnibus agendis ut aspectu speciosior sit. Sic effectu periculosior ig
nauia est. Illa enim domi pigros et inglorios tenet. hec impellit

ardentes et quos extimabat pro imperatore pepererat. hec sepe bellicosissimos vi-
ros omnino imbelles cautissimos probavit incautos. utque ad te redeam
qui doctissimi videbantur imperitissimos patefecit. G. eloquentia ingens
est. R. ut sit fides ystorico in una infinita eloquentiam hec tulisse. ne-
que locum teneat auctoris neque dubium sit quod eloquentie princeps in rethori-
cis scribit. Eloquentiam sine sapientia esse posse. que ut liquet superioribus ad-
versantur. Ista tamen quolibet modo sumpta eloquentia certe maior esse dampno-
sior funestiorque si sola est. G. eloquentia singularis est. R. hec est que sin-
gulares viros et grecorum et nostros impune traxit quod ita esse demos-
tenes et Cicero et Antonius non negabunt. G. eloquentia plausibilis est.
R. si innocenter ab iactantia vacare. vix ulla te civitatis multitudinis
amorem tibi allicies et gloriam queras si quo nisi mente virtutis artificio que
in potestate sum arroganter atque inpune presentiale tibi discrimen et multorum
odia conflaveris Sapientis dentium est cor datum. Mors et vita in manu li-
gue non unius vero tantum hominis sed multorum quorumdam lingue to-
tas everterunt res publicas everteruntque. Pessimum nocentissimumque mali hominis
membrum lingua est. nil hac mollius nil durius. G. eloquentia sonora est. R.
et sonorum fulmen. G. eloquentia florida est. R. et floridum aconitum de-
nique versa ut libet et virtuti et glorie viam habes arduam et in iudicio pe-
nam valde

De virtute gaudium

Numquid non saltem licet de virtute gloriari. R. ut lice-
at in illo tantum licet qui virtutis et omnis boni auctor
solus atque largitor est. G. magna est animi virtus. R. vide
autem ne quo maior creditur minor sit. G. spectata virtus
in rebus dubiis. R. proprium est virtutis non quid actum sed
quid agendum sit nec quid adsit sibi sed quid desit attendere. unde est
ut sepe illam non de quesito gloriantem sed de querendo solicitam in-
veniamus dicerem si liceret avaram. aut avaricie similem esse virtu-
tem. urget sitit cottidie inardescat quo plus quesierit eo sibi pauperior videtur
et plus appetit. nullus illi desiderii modus est nullus satis magnus cu-
mulus meritorum. G. virtus supra humanum morem. R. vereor
ne superbie sit ista professio non virtutis. G. virtus longe clarissima
est. R. fundamentum ~~clarissimum~~ vere virtutis humilitas nec tanta cla-
ritas ulla est quam elatio non obscuret. scit ille qui clarissimus crea-
tus. seque ipsum efferens non obscurus tantum sed princeps fieri meru-
it tenebrarum quod si illi accidit quid alii de se sperent. G. virtus
eximia est. R. non solet esse virtus iactatrix aut miratrix sui sed imi-
tatrix alienum itaque semper anhelans semperque altius spirans. dum se com-
parat parvipendit. G. virtus consummata. R. numquam hec virtus de
se iudicat non confidit nichil arrogat. scit hoc tempus esse milicie non

triumphi

triumphi atque ideo nunquam torpet et semper in actu est semper qua
si nunc incipiens. attingitur quo omnia perfecisse seque undique consua
tam credit. crede michi non est uirtus error est uirtuti obuius atque aduersus
Quisquis ad summum peruenisse credit. in hoc primum fallitur quod
ubi credit esse non est deinde quod illuc ferentem uiam ab errando de
serit denique quod non habet anticipat quod habere potuisset sua sponte negligit
Siquidem nil tam profuit ad uisum quam perfectionis opinio. Nemo
studet agere quod peregisse se putat. Sicut hic sepe magna parantibus
obstitit iamque alta pensantibus. G. uirtus pro humana capacita
te plena est R. Si omnem uitam ante oculos ponis per quoque dies sin
gulos actuum ac uerborum et cogitationum rationem a te ipso exigis in
corruptus rerum arbiter tuarum. uidebis quantum uacui in anima
tua sit. quantum uicia occupent. G. at saltem communis et mediocris
est uirtus. R. in rebus altissimis uix mediocritas locum habet. uerum
habeat non hec tamen gaudij materia sed laboris ac studij est. Nam quod
ad summum disponitur. donec eo peruenerit non quiescet. G. aliqua est uirtus
R. huius quoque iudicium linque alijs. et siqua est uirtus non ibi fi
nis gaudij. sed in illo ad quem uera paruum uirtus ducat. eam nempe
philosophiam profitemur que non fingendum uirtutibus sed utendum docet
Nondum plene gaudendi igitur tempus est. tot inter uite pericula circum
fusis. sed optandi potius sperandique. gauisurum te sperare potes. sic tamen
ut metuas doliturum. G. Siquid boni est sencio unde sit. et in illo
gaudeo quicquid autem deest scio unde poscendum sit et de illo spero
R. hec est uirtus. et iam tutum iter aduersum gaudium inuenisti. De

De opinione uirtutis gaudium

Quisquis ego sim opinio de me
hominum bona est R. Opinio rem non mutat. G. bo
num me habet omnis opinio. R. quid si malus es. nonne
opinio falsa est sicietem certe falso gaudere dementia est. G.
Opinioni uulgari bonus dicor. R. nichil est quod non
sibi fingere possit opinio. bonum autem seu malum quod in animis habi
tat. neque diuersis opinionibus neque sermunculis uariat. Non si cuncti gen
te mortales bonum dixerint bonus fies. G. bonum michi saltem est nomen. R.
melius esse nomen bonum quam diuicias multas. hebreorum sapiens ait
itemque alibi melius est nomen bonum quam unguenta preciosa et ualorem
boni nominis et odorem fame hijs uerbis expressit comparatum scilicet auri et unguen
ti. quo autem seu nomen seu aliud quicquid esse potest bonum si sit falsum. qua
lecunque gloria sit nomen impij non fit minor impietas. non in ani
igitur nomine gloriatur. Sed illud eiusdem sapientis audiat nomen in
quit impiorum putrescet Et illud alterius. gloria nostra hec est testio
nium consciencie nostre Illa si tibi intus obstrepit quid proderunt adulacia

um sursum · quid blandiciis aut fictionibus partum nomē e radice
mala nichil boni oritur · neqȝ hinc igitur ortum nomē bonū dixis
cū uerum dicē non possis · G. bū de me senciūt ciues mei · Ro · non
refert · quid alij de te senciant · sȝ quid tu · G. bene de me loquuntur
ciues · Ro · noli credē quid loquant̄ nesciūt · ⁊ cupide mentiūt̄ · prurī
tu quodā lingue in utramqȝ partem nimio · ⁊ ɔsuetudiē in naȝ uer
sa · G. bene de me plurimi locunt̄ · Ro · ignorantib₉ credere · quid
aliud ē quam uolentem falli · G. bene de me loquitur uicinia · Ro ·
dulciloquio forsan · aut muneribus delinita · aut aliquid de te spe
rans · nūquam uel amanti credideris uel sperāti · G. uicini meū
nomen celebrant · Ro · alter alterum decipit · omnes te · G. bo
num in testimonium ciues dant · Ro · ē intus maiā testis ī cor
ruptior certiorqȝ · ɔscienciam tuam interoga · illi crede · G. bū de
me homines opinant̄ · Ro · opinio ambigue nomē ē rei · certissima
res ē uirtus · G. ego ipē uir bonus michi uideor · Ro · ergo es ma
lus · boni enim s' displicēt · seqȝ accusant · G. Et michi uideor ⁊
alijs bonus · Ro · quid tu malus · alij autē stulti · G. bū de me spe
rant ciues · Ro · cura ne spes ciuium falsa sit · turpe ē de se sperantes
cum possis aliud frustrari · G. credo sum de quo non frustra sperant
multi · Ro · si id ēēs · non id credēs · malum ē alios · pessimuȝ se
met ipm̄ fallere · G. omnes me uirum bonū putāt · Ro · quid si
ɔtrarium · tu scis · G. omēs me uir bonū dicūt · Ro · ⁊ tu credis oī
bus · Num te autē dici pudet quod nō es · sȝ ē nobis insitū int̄
cuncta mirabile de nobis miris qȝ de rebus quamuis occultis plus ali
enisqȝ quam nobis credē | iuxta qȝ flacci sniam Et mendacē timē
infamiam · ⁊ falsa glā delectari · G. totum uulgus una uoce me lau
dat · Ro · nulla pronior ad errorē · atqȝ ad precipiciū uia ē · quā popul
gi uestigia · quicquid pene uulgus laudat · uituperio dignum ē
G. cunctis hominibus placeo · Ro · placētes hominib₉ deus ·
spnit · ⁊ placē hoībus ē deo contraria ɔtrarijs gaudent · G. uiri boni
nomē hēo · Ro · uite constancia ⁊ honestate seruandū ē · Alioqn
facile euanescat · uentus ē enim · G. multe sūt i pplo laudes mee
Ro · seuisti ī agro arido arbores caducas · G. magne int̄ doctos
etiam laudes mee sūt · Ro · si uere durabūt Et ut ait Cicero ·
Radices agent · ⁊ ppagabuntur · at ficte celeriter tamq̄ flosculi
li decident · G. omnes uno ore meam predicant uirtutē · Ro ·
non in hoīm flatu · neqȝ in ppā uirtute · quamuis uā · sȝ in ipso u
tutum omniuȝ auctore gaudium · qui ɔtrium · non modo assequit̄
assercione hoīm · q' nō habet · sȝ id ipm̄ qđ hēt · uł ī minuit uł
amittit · G. uulgus omne me predicat · Ro · dixi ⁊ repeto quicqd

uulgus cogitat uanum ē. quicquid loquitur falsum ē. q̄cq̄d
improbat bonum ē. quicquid approbat malum ē. quicquid pre
dicat infame ē. quicquid agit stultum ē. hijs unū in sanorum s̄
monialis gloriare De sapiencia gaudium

Sapienciam consecutus sum. Ro. Rem magnam si uera ēēt
ēē inseparabilem a uirtute. Si illam igitur aprobasses hec
probata ēēt. s̄ uerq̄ opinione aliq̄nto facilior ē quia re
G. sapiens sum. Ro. crede autē michi numquā si uē
ēēs hec diceres. sapiens enim q̄ntum ē. qd s' desit
intelligit non gl'atur itaq̄ s̄ suspirat. G. sapientem me profi
teor. Ro. bene ueniret res. si tot ēēnt sapientes. quot sapiē profes
sores. nunc illud perdifficile ē. hec uero facilimum. G. sum sapi
ens. Ro. Si uere sapiens ēē uis. noli id quidem opinari. crede
se sapientem primus ad stulticiam gradus ē proximus profiti
G. studio ad sapienciam perueni. Ro. utiq̄ sic ad illam pueni
tur. s̄ an tu perueniš recogita. non ē enim res studij breuis. eges
aliq̄t annorum ut reliq̄ue artes. tota uel longissima opus ē
uita. Siquis ut aiunt tota die currens peruenit ad uesperam sa
tis ē. Notum ē illud platonis. ut alia multa preclarissima. q
acceidem placet et michi. Beatum cui eciam in senectute conti
gerit. ut sapienciam ueras q̄ opiniones assequi posset. has tu
an calle medio obuias habueris. An nescio quo pennato equo.
uectus ante tempus attigeris incertum tam cito sapiens e
uasisti. G. sapiencie perfectionem celitus accepi. Ro. ē fateor
celeste donum sapiēcia. s̄ magnus certe uir erat et celi amicus
qui dicebat. non qd iam acceperim aut perfectus sim. G. sapiē
ciam cupida mente complexendi. Ro. ut pecunie rerum q̄ multarum
mala. sic sapiencie cupiditas bona ē. Sz an tu tante rei capax sis.
uideto. ēēt ille idem Ego me inquit non arbitror comprehendisse
et ille quoq̄ permagnus erat. qui cum deo de se ipō loquēs sic aie
bat. Imperfectum meum uiderunt oculi tui. hoc ē proprium sapien
tis. imperfectionem suam nosse ac fateri. G. Sapiens dicor. Ro. nō
te tue neq̄ aliene umq̄ uoces sapientem fecerunt. s̄ res ipsa. G.
Sapiens uulgo dicor. Ro. uulgus insanos sapientes dicit et
sapientes insanos suo more dicit. qd ē ut falsa pro ueris. uera p
falsis habeat nichil ē a ueritate remocius. quam uulgaris opinio. G.
omnes me predicant sapientem. Ro. ad famam fortasse aliquid
ad sapienciam nil omnino. Seneca autem suprascriptionibus
inter eius librorum quibus nichil ē liberalius. non satis ē facere
sapientes. qui nō sunt. s̄ egregios et insignes faciunt ac uerē

dos serenissimos in super et illustres. ut iam simplex sapiencie titu
lus sit pudori. qui quam paucis conueniat stupor ē. absoleuit tam̄
inter titulos clariores quos qui scribendo sic accumulant sciūt
se mētiri / ſ; urbani uel mendacio fieri uolunt. nos qui legitis nō
ueros mō. ſ; ut uerum fateri illos rati. publico errore fallimini. Nemo ē qui se desuis rebus interroget. omnes alijs de se credunt
Vis autem nosse quam sis sapiens uerte oculos retro. recordare
quociens in hoc uite cursu cespitaueris quociēs ab erraueris quoci
ens offenso pede cecideris quot pudenda quod dolenda quot
penitenda commiseris. tunc si audes te dicito sapientem. credo a
autem non audebis. G. Scio me sapientem. Ro. literatum forte ui
diceris. sunt enim plane literati aliqui licet uere pauci sapientes
autem pene nulli. aliud ē enim sapient loqui. aliud sapienter
uiuere. aliud dici. aliud eē sapientem fieri. qui dicerent sapiētē
nullū sed quam uerum stoicorum ne sit non disputo. ēte minus puplica
sentencia ē et ad desperacionē prona et studio aduersa sapie. hebrei sa
piētem salomonē suū predicant qui quam sapiēs eēt. turba coniugū
pellicumq; testatur. multorumq; maxime dijs alienis cultus exhibitus
Romani sapientē lelium et Catonē. Grecia ipsa dum floruit se
ptem dicitur habuisse sapiētes. hij q; hoc titulo indigni sequenti
bus nisi erant qui excusant dicunt nō eos illum sibi assumpsis
se. sed ab errantibus populis traditum possedisse unus tm̄ fuit sua
professione suoq; sapiēs iudicio. stultissimus omnium epicurus
quē titulū cū metrodoro participare uoluit. Nec honorificum alici
domum ille respuit. se q; eciam sapiētem dici equanimitē tulit
ut sua illa qualis qualis glā error eēt alterius. unus quoque
sapiens socrates oraculo dicitus Appolinis. forsan ideo ut uirū illū
sapienti proximū. falso testimonio falsus deus ad insciciam atq; inso
lenciam irritaret. hec de antiquis sapiētibus dixerim. felicior e
tas nostra que non unum duos ue. uel septem. ſ; in singulis ur
bibus et ceu pecudū greges numerat sapientum. nec mirum sit
tam multos eē qui tam facile fiant. uenit iuuenis stultus ad tē
plum. preceptores illum sui celebrant. seu amore seu errore tumet
ille uulgus stupet. plaudunt affines et amici. ipse iussus in cathe
dram scandit. cuncta iam ex alto despiciens nescio quid confusum
murmurans tūc ēstatim maiores ceu diuina locutum laudibus
ad celum tollunt tinniunt interim campane. strepunt tube
uolant anuli figuntur oscula ūtici rotundus et niger pilius in
ponitur. hijs peractis descendit sapiens qui stultus ascenderat
Mira prorsus transformacio nec nasoni cognita. sic fiunt hodie sapi

erites uerus sapiens fit aliter. G. Sapiens sum. R. Solent qui de se magnifice senciunt presidentes maiora uiribus aggredi in quibus cursu medio prolapsi suo uel periculo uel pudore cognoscerent quam iniusti rerum extimatores fuerint suarum. Preter cetera igitur michi falsas opiniones abiecerit. insolenciam deponere. insipienciam circumspicere et optare ne qua expiendum sapiencie necessitas incidat que declaret cede in nebulo- glatum. Hec iunior tuciorque quiete sapiencie uia est. G. Credo ego ad sapienciam peruenisse. R. At si in obsequiis ad illam potius assurgendo intendoque peruenies quam credendo nichil altius ascendit quam humilitas operosa

De religione gaudium

Religione glorior perfecta. R. Religio optima atque perfecta una est. super Christi nomen. superque petram firmissimam fundata. reliquie omnes supersticiones uane et deuia et errores sunt quibus est iter ad tartarum ad atque mortem non hanc momentaneam sed eternam. et quot putes quantique uiri huius ueri religionis inopiam miserabilem passi sunt acietis in rebus aliis. acriores habent illi qui etiam gemant. Habes tu unde glorieris et gaudeas non in te quidem sed in eo qui te tanto maioribus preferre dignatus est qua nil maius nil melius tibi fieri potuit. In hac uita de qua loqui aliquid uberius non grauarer. nisi res ipsa celesti lumine pene iam omnibus nota esset. G. Piis sacris initiatus sum. R. Pia sacra religionis huius sunt tantummodo. reliquarum omnium sunt furores ritus quam sacrilegi. neque tamen initiatum esse sufficit. maius est forte quam putas. deuoto licet animo dulce negocium. non enim deum nosse satis est. quod et demones faciunt qui oderunt. amor et cultus exigitur. hiis ex rebus constans que utinam tam bene implerentur ab hominibus quam sciuntur. G. De uera religione michi placeo. R. Placere sibi superbire est. Hec autem uera religio. que te deo religat deum tibi humilitatem piis mentibus inserit insolenciam exstirpat. sic igitur gaudere permissum ut quanto letior quantoque religiosior tanto sis humilior et opibus bonis affluencior illi gratias agens qui tibi ex hac mortalitate rectum iter ostendit ad eternam uitam. G. Ueram religionem deo gratias sum adeptus. R. Bene ais deo gratias. custodi autem illam bene ab erroribus a negligencia a peccatis et sic habe si hanc assecutus es et in ea te exerce ut dignum est. cessare controuersiam de qua modo litigamus. cum sit scriptum sacris in litteris. pietas est sapiencia et psalmum. Inicium sapiencie timor domini. neque id ipsum tacitum in prophanis. cuius rei lactancius meminit. in sermonem quasi affirmat inquit hermes. qui cognouerunt deum non tantum ab incursibus demonum tutos esse uerum et ne fato quidem teneri. una inquit custodia pietas est enim pius homo neque demoni

pessimo neq fato subiacet. Deus enim liberat pium ab omni malo
namq unicum atq solum bonum ē hominib9 pietas Quid sit au
tem pietas. ondit alio loco hys ūbis. Pietas enim scīa ē dei. eandē
q sniam asclepium in smone quodam regio latius explicasse q
firmat. uides ut obstinatissimi duo pagani nrām ētinuolant
ueritatē. Tanta ē ueri uis. ut linguas sepe hostium ad se trahat.

De libertate gaudiū

In libertate natus sum. Ro. nō qui
nascitur liber. s qui moritur liber ē. multū fortune licz
in nascentē. in extinctum nichil. expugnat urbes mu
nitissimas armatos fundit exercitus. Potentissima re
gna subuitit. inexpugnabilis arx sepulcrum. Illic re
gnum uermibus nō fortune. itaq limen illud ingressi soli o
mortalium. uite huius ab insultib9 tuti sunt. tu te liberū iac
tas. et ignoras non ad sepulcrum. sed an liber hodie in cubiculū
sis iturus. libtas nrā tenuissimo nitens filo. sicut alia quib9
fidītis omnia tremula semp et caduca ē. G. liber sum. Ro. tu ācto
te ut reor liberum dicas. quia dnm nullum hēs. s āneum. Au
di senecam. Bona inquit etas ē. forsitam hēbis. nescis qua etate
hecuba seruire cepit. qua cresus. qua dary mater. qua plato.
Qua diogenes. hys ille te ad monet exemplis. Multa sunt.
alia. uel tacita senece. uel ignota Nūquid nō attilium memi
nisti. indignum prorsus hoc ludibrio. passum tamē. Numquid
tibi recētior āmus. ualerianus excidit. quorum ille modo dux
hic autem princeps ppli roman. moxq ille cartaginensium
hic persarum fuus. ille triua supplicio peremptus. hic longa et mi
sera contabuit seruitute Quid macedonie. numidieq reges. Hinc
persen. hinc siffacem memorem ac iugurtam regem omnes eadem
ne romana lapsos in uincula Mitto ueterē regum casus. etas tu
a quosdam eregia trusit in carcerem. eundemq una hora et pmū
regem. et ultimum seruum uidit. Siquidem eo quisq miserior ser
uus ē. quo felicior liber fuit. Noli ergo libertate tumescere qua
do non ex liberis mō. sed ex regibus tam serui fiunt nec mirabis
cum secundū platonis sniam non minus e seruis etiam reges fi
ant. Mutantur assidue res humane. nil sub celo stabile Quis
in tanta uertigine firmum aliquid ac mansurum spēt. neq uero
te liberum hinc dixis. qd ēe tibi dnm non uides. quod parentibus
ortus ingenuus. nec in acie captus. nec uenundatus sis. Sunt
nobis inuisibiles animorum dni Est in ipa orgine hoīm latens
pestis. ē nascendi genus obnoxium pcō qua nulla grauior fuit
fingi pōt. Sunt occulti hostes. et bella clandestina. sunt q miseras

animas inundimentur. quas heu uili precio uenditis uolupta
tes fedissime dñarum. que uos inenodabili laqueo uinctos te
nent mune ⁊ libertate glamini Sed uos certa nichil nisi corporeum ui
detis. unde eum qui uni mortali sub ē domino seruum dicatis.
Eum uero qui mille in mortalibus tirannus opprimitur liberū
iudicatis/ elegant ut reliqua, pfō autē non facit liberum fort.ª
ſʒ seruitus. G. liber sum. Ro. plane si prudens es. si iustus. si
fortis. si modestus. si innocēs. si pius. horum si quid ab fuerit
pro ea te pte seruum scito. G. in libertate natus sum. Ro. urbes
quoqꝫ tu liberas tua etate. p exiguo flexu rerum post paululū
seruas nosti. quod si uel noticia uel clariora sunt uetera. Lacede
mon ⁊ athene liberrime urbes. ciuile primum mox externū pas
se sunt iugum Jerosolima scā urbs ⁊ libertatis eterne mater tē
poraliter. ⁊ romanis seruiuit ⁊ asirijs. Nunc seruit egiptijs. ro
ma non solum libera. ſʒ domina gencium. suorum primum
ciuium. post eciam uilissimorum hoīm serua fuit. nec nemo
uniqꝫ libertati. nemo uel imperio suo fidat De pria gloriosa. G.

Gloriosa in pria natus sum. Ro. plus negocij hēs ut in
lucem uenias. fulgent minuciora eciam astra p noc
tem ⁊ boetes/ ad solis radios hēt ⁊ lucifer. G. clarissime
prie ciuis sum. Ro. bene si uirtutum hospes/ uiciorum
hostis. fortune enim illud hoc tuum ē. G. pria michi felix ac no
bilis ē. Ro. refert qua nobilitate hanc numeris incolarum. hanc
insignis opum magnitudo. hanc spectata fertilitas. hanc situs
ipse nobilitat. salubris aer. clari fontes. mare proximum. tuti por
tus oportuni ānes nobilis pria uulgo dicitur. uini ferax. Olei
frumenti. fertiles armentis ac gregibus auri scatebris ⁊ argenti
bonam terram dicitis ubi fortes equi. ubi pingues boues. ubi te
neri edi. ubi dulcia denum poma nascitur. ubi autem boni uiri
id nec queritis quidē nec quesitu dignum ducitis. extimatores
egregij atqui summa patē laus sola uirtus ē ciuiū. recte ergo uirgi
lius gloriam ac felicitatem cum describet romanam nichil hor
adq sola respicitis dignatus attigeret unam urbis ⁊ imperij mag
nitudinem atqꝫ altitudinem attigit uirorum. felicem denique prole
uirum dixit. ea ē enim uera urbium felicitas uera nobilitas.
G. preclara cunctis bonis pria ē. Ro. quid si tu obscurus quid si da
ritas ipa te prodet eqꝫ latebris eruet ⁊ in aptum trahet ppri
us in luce notaberis. G. famosissima ē pria. Ro. non tam infamis
eēt catilina. nisi tam famosa in patria natus eēt. Gayo enim
⁊ neroni alter infamie acerius imperium accessit ⁊ mundi nator

in uertice fortune fauor extulit, quo latius noscerentur. G. nobilis
sima in patria uiuo Ro. multorum aut contemptum patens aut in
uidie sine altero in magna urbe uix uiuitur, illud tuetus. hec claris
malum. utrumque autem hec ipsa quam predicas natalis soli nobilitas causa est.
tot inter oculos nulle sunt latebre. G. notissima ex patria sum. Ro.
malum pro te patria quam tu propter patriam notus sis. nisi uero parte ful
seris. quid tibi lux patrie preter tenebras allatura sit. multos habuit
claritas magne urbis obscuris. quos habuitte claros parum urus
obscuritas habuisset. G. inclita michi est patria. Ro. est que suas ad lau
des habeat uias quibus preciperet quicquid bene gesseris. prima quodammodo,
patrie laus erit. sunt qui themistoclis gloriam athenis scribant inter
qui plane pergrauit et ut talem uirum decuit respondit. cum enim sibi
seriphi angusti et ignobilis insule quidam incola inter iurgia obie
cisset. non enim sua. sed patrie gloria clarum esse. neque hercle ait aut ego,
obscurus si seriphius aut tu si atheniensis clarus esses. non splen
dori patrie. sed uirtuti proprie fidebat. uirilius plane quam plato maior il
le licet philosophus. sed existunt interdum in magnis etiam ingenijs ma
gni et mirabiles errores. hijs ergo inter cetera magne sue felicita
ti. claritatem patrie ascribebat. ut enim totum noris. hac in parte ex
cellentis uiri animum. aiebat plato se pro multis gratias agere. iter
id quidem non intelligat an quibus uel pro donis gratie sint agende. Ille
uero nature gratias agebat. primum quod eum hominem et non mutum animal. quod
marem et non feminam. quod grecum et non barbarum. quod atheniensem.
non thebanum. denique quod etate socratis non alio tempore genuisset. ut
silicet esset a quo doceri posset atque instrui. uides inter gratulandi glan
dique causas ut atheniensem quoque ponat originem. Quid hic di
cam forsitan exspectas ego uero et si de hoc uno sermo sit institutus
quam tamen tanti uiri merito incidit. quid de hoc toto illius sermone
et alijs uisum sit et michi eciam uideatur dicam simul. Scio quos
dam claros ac doctos uiros in cunctam asserere michil unquam ab a
liquo dictum esse delirius quorum in sinam quin ut dici solet eam pe
dibus parum abeo. Namque quid queso attinet hijs gaudere Quero
enim quid si barbarus. quid si mulier natus esset. an non multi bar
bari. multis grecis et uirtute et ingenio meliores extiterunt. an non
femine alique et rerum gloria et in uenacione arcuum. quibuslibet uiri
optabili Quid denique si bos. quid si asinus nasceretur. quid ad hoc
ipsum de quo loquimur platonem. qui iam non plato esset. sed id potui
us quod natura pares edidisset. nisi forte pitagorice credebat in sa
nie. e corpore in corpus animas commigrare. quo michil unquam certe.
stulcius. michil impudencius non a philosopho sed ab homine dictum fuit.

michil magis ueritati dissonum ac pietati. michil demum quod
religiose aures magis abhorreant. Quid deinde an atheniensem
nasci clarum adeo. ut non eque clarum esset posset alibi. Tebis e
ciam natum esse. an non homerus et pithagoras ipse et democritus et
anasagoras et aristotiles et mille alii alibi quam athenis nati cla
rique habiti. non minus quam qui nati sunt athenis. ac ne athebis heraz
quas spernere greci solent. an non ingenium quantum thebis natus
est Pindarus quem imitacioni prorsus inaccessibilem flactus ait.
Si rerum claritas gestarum liber pater atque hercules tam famosi ut
alexander macedo contemptor omnium ferme mortalium. illos
duos ut altissimum signum glorie sibi proponeret imitandos. Sin uitiū
que recenti memoria et pene ante oculos Thebanus erat. Epaminon
das summus philosophus. summus dux. grecorumque omnium recto sub iu
dice omnium princeps. Hic est qui lacedemones pene funditus
euertit. et athenienses platonis sic exuit. ut eo mortuo qui summo ter
rore liberati. illico se in luxum ignauiamque resoluerent. quo ad huc
etiam apud thebas florente. quot athenis meretricum et stultorum
milia fuerint. Quis facile animo meditatur. non igitur athenis. sed
a talis natus esset. ac genitus. hec est tali ingenio. talique animo. ta
li denique et parentum indulgencia et rerum temporalium facultate et ciu
diu posset. et ad omne bonum opus instituit. gracias agere debuit. tam
anxie doctum uirum. illi deo qui hec ei dederat. non socrates non a
thene. cuius in scola et in qua urbe. quot et iniqui fuerint et indocti.
opinari procliuius sit quam nosse. Et ut urbem sileam habuit scola
illa inter multos Alcibiadem et Criciam. Illum patrie hostem. hunc
seuissimum tirannorum quibus quid preceptor socrates contulerit.
Plato ipse uideat. uel sic intelligens quam inane est quod tenerum
doctrina preceptoris discipulorum auribus instrepit. nisi gracia ma
gistri celestis aspiret sine qua michil omnino socratem potuisse
quamquam dei uindicis oraculo ut predictum est sapientissimum iudica
tum. inter duas tamen simul uxores pacatissimus animus ipse uel a
lius quantulibet rem exciset ineptissime consutatum. Sed hec et
reliqua incident preter unum illud. quo platonem talem uirum hac e
adem uanitate glorie patrie implicitum fuisse cognosceres. non ut o
magni comitis clipeo tuum tegas errorem. sed ut accuracius
illum uites. an sic succubuisse summa etiam terris ingenia. Sed am
plam in patria uitam ago. Ro. multe sunt ample urbis incomo
da. distat templum. distat forum. illud animo nocet. hec. distant
opifices atque annona. qua nulla quidem durior distancia. quos la
boriosum uidere. negligere inhumanum. Audis ut de hac queritur.

flaccus cubat hic in colle quirini hic extremo in aduentino in
sendus uterque Aucatimque ut decreuisti. seu pergere perfecturus do
mum tue dispone. qui cum reddeas incertum. et ipse reditus cum
labore est. sepe etiam cum errore ferro ac magnete iter agitur
hac eas facilius. hac rectius. hac curiam. hac teatrum intres
hac balneum effugias. hac macellum. hii et mille alii sunt ur
bium scopuli inter quos nauigans domum tuam quasi altum
orbem petis. uix te ad illam peruenturum sperans. et hic quoque
apud ipsum flaccum legis. ut philippus orator domum du
redit. foro nimium distare carinas. iam grandis natu que
ritur. hec paruo in opido molestie cessant omnes. quicquid
queritur iuxta est. G. e paruo opido in immensam urbem com
grauit. Ro. e tranquillo portu procellosum sponte pelagus
ingredi temeritatis est. nec minor ideo quia leti euentus fecit hec
tamen et gens claudia e sabinis romam petens. e tusculo marcus
catho. ex arpino marius ac cicero successitque feliciter. sed ubi nam
tales uiri. Non tute quidem in exemplum trahitur. Quicquid
rarius et summis ingeniis attentatum est. postque tamen soluisti funem
omni studio inter difficultates eniterere. inter alta consurgere consilio
ceptum reges. quod hic bonum dixerim. plures erunt ad uirtutem
stimuli. erunt forte quos ad gloriam sequi uelis. erit ubi te exer
ceas. ubi cum paribus possis de laude contendere. pudebitque tes
tium tantorum. multis sepe quod uis animum non dabat contulit
uis pudoris. et ad ignauiam profligendam sepe plus spectator
ualuit quam uirtus. et hii excelle quorum prime memini. accitus
curibus. numa pompilius. cordubam profectus seneca. lepti
que ueniens seuerus. Multique alii ex aliis locis. ubique futurum ma
gni uiri. ut aliquanto maiores rome essent emulatio uirtutis
et illustrium copia exemplorum prestitit. Gaude igitur quod unicum
bonum est. in hac tua commigratione ne pereat. neu nil aliud mi
grando quesieris. quam ut te coram pluribus noue patrie ful
gor induet

De origine generosa gaudium

Origo generosa est. Ro. rursum michi cerdonis ad in
cepta quid ad te. G. propago uetus et gloriosa est. Ro.
alieno gloriari ridiculosa iactantia. auorum merita
nepotum degenerantium note sunt. nec aliud magis
posterum maculas aperit. quam maiorum splendor
et gloria. Sepe alteri commodum uirtus alterius contulit. ueram laudem nisi
de proprio sumpseris. ab alio non expectes. G. magna est nobilitas
antiquorum meorum. Ro. mallem per te alii quam per alios nosceret

ris. uerum age aliquid et tu unde sis nobilis. Nam et illi nisi aliquid
egissent laude dignum, nunquam nobiles fuissent. G. Multa san-
guinis est claritas. R. Omnis propemodum sanguis est concolor. Si
cui forte alter alterius clarior sit in uenis, non id nobilitas
efficit sed sanitas. G. Magna est claritas parentum. R. Quid si ma-
ior obscuritas tua est. Corpus semper et patrimonium sepe a parenti-
bus accipitis, claritatem et qui habet raro in filium transfert, et qui
non habet aliquotiens in filio uidet illam. Quantum patre clarior Ce-
sar. Quantum obscurior Affricani filius, qui si per manus tra-
di claritas posset, quam clarus futurus esset intelligis. Sed animare po-
tuit illum pater, illustrare non potuit, infinitam sue lucis eclip-
sim passus in filio. Sic quod preciosissimum habet hereditas iudicio te-
stantis eximitur, nec nisi de uilissimis rerum est tanta illa so-
lempnitas testamenti. Mille ego nunc tales clarissimorum
hominum obscurissimos heredes enumerarem, si uacet et si expediat
summam tenes. G. Ingens claritas gentis est. R. Nil tibi am-
plius ea claritas prestabit quam ut latere nequeas si uelis,
ita imprimis iocundissimum tibi uite latibulum et secretus
rerum tramites eripitur. Quicquid ages erit uulgi fabula. Qua-
liter domi uiuas et quid cenes noscere uicinorum studium et
uelut exploratores ad te parauisse (?) remiserint. Sic totum rei fami-
liaris archanum et cottidianum uictus id. Quid cum filiis, quod cum
seruis, quid denique cum uxore et ad unum actus omnes ac uerba
de rebus licet minimis inquirentur, quod quamquam altius stomacheris. Ab
hiis maxime quorum interest nichil. Hic tue igitur claritatis
est fructus, ut si uel modicum [illegible] gentis et mon-
strati desertor itineris, longe inexcusabilius habeare. Hec est cum-
sumum (?) ac proprium gentilicie claritatis. Reliqua illa communia
undecumque partum decus infestant, quoniam difficile est clara-
re condere. G. Clarissime natus sum. R. Stulte, claritas non na-
scendo queritur sed uiuendo, sepe etiam quod miraberis moriendo.
G. In multa luce natus sum. R. Turpitudinem caue, que obiectu
lucis insignior fit atque conspectior, ut ne feceris (?) in tenebris natum
esse melius foret. Adulteri et fures et omnium turpium cohors
querunt tenebras, sola lucem non refugit. Feda hec et falsa nobili-
tas cognosci que appetit, cum unum uerum inde in fame consilium sit
uestrum. G. Antiqua nobilitas est generis. R. Antiqua igitur uirtus
fuit, sine qua uera nobilitas non est. G. Peruetusta nobilitas
est. R. Uetustas nimia claritatem rebus eripit et parit obli-
uionem. Quot fuerunt nobiles familie, quarum hodie memo-

na nulla est. quod tu ipse florentissimas vidisti. que paucis annis
ferme ad nichilum redierit. unde presagium facias de hys modo flo
rentibus. deque hys nunc primum erumpentibus. caputque tollentibus. omnia
tempus imminuit consumitque. senescunt non modo familie sed urbes. mun
dus in ipse fallimur ad extremum vergit. tu qui vetustate gloriaris
vide ne gloriam ipsam vetustas extinxerit. neu iam radix aruerit
cuius floribus vis ornari. omne quod in tempore oritur. cum tempore occidit. nostra
quoque nobilitas semper tempore incipit. tempore desinit. et quam longa di
es peperit. longior que aufert. longissima que subruit. fieri potest ut quo
te nobilem fingis. esse desieris. esses forte nobilior si serior incep
isses. G. Inveterata nobilitas est. Ra. inanis ambicio. nec suo me
rito. sed aliorum oblivione subnixa. Confusa nempe sunt omnia
et perplexa successionum series. hec unde tibi accidit non nobilior ut
esses. sed ignocior. Origo cunctorum est una. unus parens humani ge
neris. unus fons universorum. qui vicissim modo turbidus modo
nitidus. ad unumquemque nostrum pervenit. ea lege. ut quod paulo ante
clarum erat. mox obscurum fiat. quod obscurum clarum. ita non
de fonte dubitacio fiet. sed quibus alveolis. hec clari sanguinis ut
dicitis. ad vos unda profluxit. hinc est ut qui heri arabit hodie mi
litet. et qui per urbes medias cornupedem ardentem auratis habe
nis regere solitus superbi incessat perqualentem campum. pigros
boves humili pugione solicitet. ita vero vicissitudo hec et con
dicio statuum humanorum variabilis atque inconstans est. ut itera
bilis quoque sit semel ac pluries. ne mireris si vel arator ad mi
liciam. vel miles redeat ad aratrum. ingens rerum mortalium
rota est. et quia tractus est longior. brevis humane vite non capit que
nisi sic esset. et legiones regum et agrestium dyademata cerneret
Nunc hominum memoriam occupatam iter vitam. que alys tempus
fallit. et hec est tota illa vestra nobilitas. qua tumidi elatique incedi
tis varium genus. G. Auorum clara prosapia est. Ra. quousque va
garieris de te agitur. tu vero nescio quos in tuum locum substituere
niteris. qui pro se forte aliquid. pro te nichil. nisi ipse tuis testibus
causam instruxeris. instruunt sint. proinde cum isti et parum clari fuerit
tum. scilicet dum emergant ac virtuti sese alis attollere ceperant
ea nobilitas radix ultima. quod si perget altius exquirere acrius pro
auorum attavos obscuros invenies et ignotos. Ad summam hec
nominum atque ymaginum claritas et perbrevis est et quantulacumque
quoque est. esse tua non est. desine igitur tuum nomine alienis obumbrare vir
tutibus. ne unoquoque suum reposcente nudus ipse de proprio videaris. G.
nobilis sum. Ra. quantum sit nobilior nescias vir fortis quia

ignauus nobilis fies. cum libraueris quanto sit melius nobi
litatem fundare quam euertere. Si exemplis eges domi mili
cieque affluunt. passimque legentibus occurrunt. ut preter ipsum men
sorem censoremque reliquorum fias. ex omnibus duo paria hominum expe
disse sufficerit. Altera igitur in lance marium. ac tullium. In altera
horum aduersarios. Aulum et Clodium constitue. quo examine uergat
et quantum roma cedat arpino. quis tam cecus ut non uideat. G.
Nobilis natus sum. Ro. dixi iam. uerus nobilis non nascitur
sed fit. G. Insignis nobilitas ista uulgaris saltem a parentibus est
relicta. Ro. unum hic quoque bonum uideo. familiaria uirtutum
exempla non deerunt et domestici duces. quorum pudeat de
seruisse uestigia. id si labi sinis. quid nisi famosum et diffici
le malum est nobilitas. Nescio autem quo difficilior est eorum imitatio
quam exteriorum. forte ne uideatur hereditarium bonum uirtus. non li
bens dico. sed res ipsa loquitur. Raro excellentis uiri filius ex
cellens fuit

De origine fortunata gaudium

In magna genitus sum fortuna. Ro. uitam ab inquie
tudine auspicatus es. haud equidem in pre tempestate
fortunam uocauit nauta. magna ergo fortuna magna
est tempestas. magna uero tempestas et consiliis magnis
eget et uiribus. heres non leticie materiam sed curarum. G. in
amplissima fortuna natus sum. Ro. tu forte felicius censes ma
gno in mari quam exiguo in flumine natum esse. quod si nemo sanus
dixerit. quid per inde facilius sit nasci in palacio quam in casa. ubi
que ortos terra parens excipit. G. in magna fortuna natus sum.
Ro. aduerso sydere soluisti funem. quod si in tempestate dies acta est
cura ut nox te inueniat in portu. G. in alto natus sum. Ro. turbi
nibus rerum pates. lacius inde spe precepta. Scitum est illud lirici po
ete. sepius uentis agitatur ingens pinus et celse grauiore casu de
cidunt turres. feriuntque summos fulgura montes. ut clarum fa
tear in alto nasci. nec tranquillum certe nec tutum est. Altitudo quam
talibus humana per se ipsam inquieta est. preterquam fulmines tonitruaque
nam cum alii hoc uerbo usi sint. cur solus ille reprehenditur. nil preterea
tam altum. quod non et sollicitudini et labori et inuidie et pauori et
in finem morti peruium sit. Et sane omnem fastum eminenciam
que mortalium sola in planum redigit. G. alto et magno in statu
natus sum. Ro. iam primum ex alto grauis lapsus. et magno
cura quies in pelago nec in ymo precipitium metuas nec nau
fragium in sicco. G. principium fortunatum fuit. Ro. finem
respice ut reliquis. sic fortune multum sui licet in regno. quo.

fortuna eius principium. eo finis incertior. non ne uides ut res
hominum turbinis more reuoluuntur. nec quietum mare tempes
tas turbida luctuum mane nubilus uesper insequitur ut inter
inicia planum iter in confragosum desinit. sic prosperitatis insolenciam
improuisa calamitas et letissime cursum. triste mesta mors clau
dit et sepe primordio dissimilimus finis est. G. In alto cepi. R. ui
de ubi desinas. uita omnis a fine describitur et finem plane senties q
principium non sensisti. G. in summa fortuna editus sum. R. Et ser
uorum filios in solio uidimus et filios regum in ergastulo. De lauto

IN lautissima educor familia. R. multum tibi uictu gaudium
hoc uidetur. parum est. cuique mox nichil. an ideo tibi magis
quam duro agricole uermes parcent. an alio molliore ue
scentur auidius. Non iocor tecum nec te terreo. scis et si for
te dissimules. te illi conuiuio preparatum esse iam. et forte iam cene
tempus instare. certe aut ab esse longius iam non posse. nam
et breuis est lux. famelicaque cohors. et que mensam instruit mors
impigra. quid tibi tunc laute iste profuturie sint uideris. G.
lautissime ab infancia educatus sum. R. o pessima puericie
rudimenta. neglectis bonis artibus. exquisitis cibis et peregrinis
poculis assuefactus a puero. sceleratissimam in spem adoleuisti. sapo
res atque odores nosce. mirarique textus eximie. et opiparas men
sas. et uasa aurea uenerari. nec ideo ut uirorum fortium mos fuit
famem sitimque cibis leuire. sed ambiciosa semper nausea et dampno
sis semper stomaci sarcinis mane illis occurrere. Cum tot in he
remo sancti uiri esurierunt. tot in castris gloriosi duces. parce sobrie
atque aspere uixerunt. An si tibi gemmis atque epulis obsesso hic
curius et fabricius coruncanius lecta suis manibus olera cenan
tes fictilibus. Atque arantes ad uesperam ieiunii. Quinctius ac
serranus. Aut post hos cato censorius consul in hyspaniam na
uigans. unde triumphator rediit. non alio quam quo remiges
uino usus. Omnes notissimi hostes uoluptatis occurrerent
Illinc paulus. atque Antonius. fontis ad heremum missum celitus
percipientes panem non uerecondia ac dolore faucibus herent iner
tibus. et attonito gustus. titillacio illa lentesceret. cogitantis ab
hijs uiris uictu. tam tenui. tamque humili labore gaudenti
bus. et furatim priam. subactos que nobilissimos reges ac po
pulos. et que uictoriarum difficillima est carnem propriam ac mundum
et inuisibiles hostes anime debellatos. te inter amplas dapes
ac superbam requiem. uix prodomitum uoluptate. G. lautissimi
uictus est. R. Sencio omne in eo est ut ad fundum miserie cu

nositas feda perueniat. nichil est actum cibi et potus elegancia
nisi accedat et copia. ymmo uero redundancia atque fastidium. nec
suauiter uiuit ut augustus cesar. qui fortissimus paululum te laucior
esse poterat. cibi sic de illo tradit minimi fuit et uulgaris fere si
leo quibus uesca solutus. ne quasi rusticanus paterfamilias contemptui
tibi sit. interque fasianos ac ficedulas et pauones tuos illius prin
cipis secundarius panis et caseus bubalus et minuti pisciculi re
deant. At quanto melius fasiani isti nostri et nescirimi decus exim
ium et gule summa felicitatis apud colchon semper ac phasidem latuis
sent. quam huc ad communem pendium orbem nostrum et iniquitatis illece
bras ad uolassent. Quanto fuit honestior etas illa. de qua naso
ait. piscis ad huc illis populis sine fraude natabat. Ostreaque in con
chis tuta fuere suis nec latium norat. quam prebet ionia diues. Nec
que pigmeo sanguine gaudet auis. G. uino fruor electissimo
Ro. malle sed proprie aio. fruor. hic est enim finis uester ad hoc
nati estis. Quanto autem tucius sitim uestram uinum debile uel li
phis debilitatum siue purus eciam riuus extinguerent. Certe prin
ceps idem de quo nunc loquebar. uini quoque parcissimus. nam et
id fuit scribitur ter non amplius super cenam bibens. dum in castris
esset. uos terdecies ante cenam bibitis. et ad cenam cenaces numerus nu
mero quantitas cedit. et castra ipsis uinosiora sunt urbibus
nulla nisi ab ebriis uel ex predicio uel certamen. non bibebat ulte
medium. uos diebus et noctibus non cessatis. Ille si sitis urgeret pro
poticione perfusum aqua frigida panem. uel lactucale tirsum uel
succosi pomi morsum uel frustrum cucumeris capiebat. At uos
sitim omni lenocinio aucupantes illam uinis ardentibus et bi
bendo aliam sitim parituris extinguitis. dicam uerius accen
ditis. nec in animum uenit bibere uos sanguinem terre ac ue
nenum cicute dum sic uinum bibitis. ut Alexandro mace
doni scripsit Andrmisides. quibus preceptis si ille obtemperasset pro
fecto amicos in temulencia non interemisset. ut ait plinius.
Nec ipse insuper tandem in temulencia perisset. hec eadem cibi indi
fferentis. ac potus paritas in cunctis fere claris ducibus atque princi
pibus fuit. Et in iulio cesare singularis. quem constitum sit uite pre
ferenda libidini. sompnus uester illorum industrie et gestarum
rerum glorie collatus iudicio est. G. lautissimo fruor uictu. Ro. si
honestis eciam rebus uictum fruitur. Quanto magis inhonestis
ac turpibus non te pudet in eo quod caduca corporis fruicionem spectat
immortalis anime fructum ponis epicureum dogma. sed in fame
olim reiectum quod demum cunctis ex uoluptatibus que corporeis se

9ᵃ auarã ebrieti

sibus obrepunt anime. illas esse fedissimas diffinitum est. que tactu
gustuque sese ingerunt. quod ille maxime nobis cum beluis sunt comunes
et in beluinos mores rationale animal incurvet. quo nichil obiectius hu
mana sors patitur. G. Lautis et cibis variis delector. R. et delectare
et fruere si nil melius nosti. si nil peius putas more pecudis pa
bulo gaudere. aut reconditorum ferculorum fieri et suum dolio mu
nus excipere. denique sic habeto. non posse te hanc quam probas vitam diu
pati. fastidio est vicina sacietas. ieiunium cibos condit. nil nisi dul
ce. ac sapidum gustat fames. nil tam lautum. quod non nausea red
dat insipidum ac sordidum. ipsi etiam qui delectationi huic in
tendunt. appetitum et varietate illam ac cum fatentur ut reliquias copi
a frequentiaque contundi. et in nichilum sepe in contrarium verti. Ipse denique
professor voluptatis Epicurus tenuem victum quasi unicum sue
professionis auxilium. et laudavit et coluit. quodque sobrietati ac modes
tie tribuunt honesti viri. hoc ille tribuit precio. ille noveris. uno vic
Voluptati ut qualis vivendi viam eligas divisis finibus unum callem pervenies. tu utendum tenui semper ac modico. nisi quem honestis ex causis rara
forte licentia sed illesa sobrietate laxaverit. victus hic siccos et aspec
tu placitos facit et odore corporis non gravi non aliis molesto. Confer iis
madidos exestuantes tremulos olentes. Et ut acrioris utaris iudicii
Confer et sanitates et vitas. tunc videbis quid inter frugalitatem
intersit et crapulam. et si non virtus. at aspectus ipse monstrabit. recta
quoniam vigeat electio ut vix sit quisque tam gule servus. qui ac
ter re discussa. non sobrietatem longe preferendam illi fateatur. Si
hec spernis ut levia Numquid et morbos etiam hinc nascentes mor
temque contempnes. que licet per se parum animis contempnenda sit. malis
atque honeste seu certe non turpiter invecta sic turpibus causis accersita non
te nil turpius nilque formidabilius An vero non audis Ecclesiasticum
consultorem Noli avidus esse in quo in omni epulacione et non effundas te
super omnem escam in multis enim escis erit infirmitas et aviditas
appropinquabit usque ad coleram. propter crapulam multi perierunt
qui autem abstinens est adiciet vitam. G. Lautis et multiplicibus
utor cibis. R. Asellum tuum si nimis pinguibus opimes. si mollius
non paveris calcitrabit. venter depositarius maleficii est. non inefficax
consilium intueri ad os et presertim gule illecebras comprimendas exitum
contemplari

De Conviviis gaudium



Conviviis glorior. R. Lautis victus voluptatis. con
vivia sunt furoris. Quid enim nisi pompaticus fu
ror est. multos divites a negociis honestioribus fortas
sis abstractos. honorifico tedio. unum in locum cogere
et multos venientes. aut vacuos melius mansuros.

Aut suo gesseris palato. multis tedio fueris atqꝫ fastidio. ı:ııo cirꝫ cat
gincaus implendos arbitro exquisitis et nocuis cibis inferere ubi
ut tuum morem gesseris palato multis tedio fueris atqꝫ fastidio in
ro enim int̃ conuiuas conueit. uerũ qꝫ de plxenditur qd ait ille. Tres mi
chi conuiue prope dissentire uidentur. poscentes uario multũ diuersa palato
Quid dem. quid non dem. quid des flacce. seu quid facias nisi ut pe
nitus nichil des et hanc curam illis linquas. quibus nulla altior
cura ẽ. Agat quilꝫ qui agere nil aliud sciũt. nam si tres discordant. quid
centum faciet aut mille. uix sine tacitis saltem abeunt lamentis hec
male sapuit illud male oluit. hoc preferuidũ fuit. illud gelidũ. illud
intempestiuum. hoc mesto oblatum. hoc irato uultu. crudũ illud
hoc laceratum. ille famulus segnis. hic preceps. hic surdaster. hic contrax
hic clamore offendit. hic silencio. ille illotis uasis aquam tepidam
hic uinum molle porrexit. hys querelis non tam aule resonant quã
uici et platee. nec in merito. Nam quid attinet iocundius domi sine
pransuros precibus fatigare. aut quorsum et sumptus inutilis et
supuacuus labor atqꝫ unum uacuum turba conueniens nisi ut te in
anime ostẽtes et qui de conuiuys tuis procedere agas uoluptatuum tri
umphum. sic tubis cymbala concrepant. utqꝫ appareat pompe oĩa
tibi caritati nichil. finge postridie unum aliquẽ conuiuarum tan
tulo egere. quanti sua constitit parapsis. nũqꝫ id a conuiuĳ dño im
petrabit. nẽpe non illi prestitum sed sibi. Que quamuis ita ẽe non sit.
dubium. Sollent tamẽ ubi ad mẽsam ebrii dederant. affirmantqꝫ
aliquid prelissis epulis. hys fere uerbis uti. per hanc inquiũt. quam
simul facimus caritatem. quibꝫ rẽ rideatur. Immo uero per hanc,
ebrietatẽ et hanc crapulam. uera enim caritas demũ ẽet. si ieiuni
et sicci que in uestram pinacem effunditis. in usus pauperum uerteri
tis. tunc caritatẽ non in ipse iuraretis. Nunc ad uestra conuiuia fastidio
si diuites coguntur. famelici paupes excluduntur. uobis scilicet extimanti
bus gloriosum. claris hospitibus hundare. nec de ẽ prt uulgus. fontẽ
ois erroris auctor insignis. Est enim ut mi uidetur ait ciccero ual
de decorum. patere domos hominum illustrium hospitibus illust
bus. plane uiri egregie qui referre mẽ ualeant. sed egentibus clau
sas ẽe. Qua in re haud indigne forsitan notatum alactmao
ciccronem nouimus. qui proffecto illud melius alibi. sed eodem libro
Hec maxime inquit officium ẽ ut quisqꝫ magis opis indigeat
ita ei potissimũ opitulari. quod contra fit a plerisqꝫ. a quo enim pluri
mum sperant. etiam si ille hys non eget. tamẽ ei potissimum in
seruiũt. Bene mones ciccero et uere. nam et ita fieri dꝫ. et a plurimis
contra fit. sed ut ad rem redeam. si querelis ac fastidio conuiuarum uis carere

conuiuijs abstinere debent ut canine fortassis qui conuiuio interfuere.
quod arguant quod grauentur. qui hec ipsum arguit quod conuiuio non
interfuit. non iam ille conuiua est sed impudentissimus parasitus. cuius
lingua non plus extimanda quam gula est. que modo non metu
enda est sed optanda non numquam dicente satirico. Nam que come
dia mimus. quis melior plorante gula. tales aliqui apud comi
cos describunt. lectique risum excitant. quid nisi coram auditi
que queant facere. hec denique summa est conuiualem censuram non
conuiuando euaseris. parasiticos morsus ac rabiem. ridendo et
contempnendo fugiamus non est alia ad quietem uia. G. conuiuijs ua
co. R. pulcrum tibi studium elegisti. quid huic gustui conue
niat. quid illi. quibus aut compescenda fames ferculis. aut irrita
da salsamentis. En preclaram philosophie partem. quis primus. quis secundus
et quis tercius. Ingratum stomacum cibus premat. quis uini fumus
cerebro grauiores nebulas effundat. G. conuiuijs delector. R. si sic ac
cipis ut uerbum sonat et ut senserunt maiores uni nominis huius
auctores non modo non arguam sed laudabo. dulce est enim et optabile
et honestum amicis conuiuere. sed comessacionem conuiuium appellatis
turpissimeque rei pulcherrimum nomen imponitis. qui uero non possit cum
amicis uiuere aliter. quam edendo et bibendo et non melius cogitando
et loquendo. cum docto homine et erudito. ut ait cicero ipse. uiuere
sit cogitare et nil profecto sit dulcius noto ac fido colloquio ami
corum Nolite grecorum fedam pulcro uelo tegere. translucet enim
et quod conuiuium dicitur comessacio esse cognoscatur. Audite preclarum apostolum pau
lum clara uoce. uos a malis interdictam a comessacionibus et ebrietati
bus dehortantem. et uidete ne ad turpia nominum splendore ra
piamini. G. conuiuia me delectant. R. dic quod sunt. comessaciones
potaciones. epulaciones. uisceraciones. hec si delectant accipere uilis
tu uilis rei debitor. at si dare stultas tu. stulte sollicitudinis ser
uus es. G. conuiuijs gloriam quero. R. deus est uester ibi quere. ubi
quod queritis non est. G. spero gloriam conuiuijs. R. falsa est gloria. uerus error
Alexandrum macedonem conuiuijs indulsisse usque ad funestam
ebrietatem legimus. lucium uerum usque ad profluuium a mensis in
pense flebilemque imperij iacturam Quere alios duos. quem michi
sanum principem. quem sobrium regem. hic intentum dabis
Nam philosophos ac poetas egregios. memorare necessarium non est. multoque
sanctos uiros. et omnino omnes grande aliquid preclarum uel animo agitantes
quibus omnibus haud dubie tota ea res infamis et inuisa est. G. glo
ria michi apud uulgus et multorum gracia conuiuijs parta est. R. ui
lissime merces ingens precium totum fieri ut gule complaceas aliene. cre

do autem. sunt quos gula urget. frenat inopia hys nichil est grauius
quam aliena cura et impensa. freno illo absolui. quodque ipse nequiunt
palios adipisci. qui hec eis prestant clari apud illos dum id faci-
ant et famosi sunt. finge desinere. simul desinent clari esse. Tandem ut
ego quoque iam desinam. hec summa est conuiuarum iudicio delicata
est et querula. longeque difficilis / de parasitis breuem accipe regulam
dum illos affatim paueris. ridebunt. arridebunt. plaudent manibus
laudabunt uirum optimum. liberalem. denique prius precium dicent
nichil ad ultimum grande adulacionis obmiserunt. de qua sati-
ricus loquens. Adulandi gentem prudentissimam et comedam as-
serunt nacionem. et reliqua pueris quoque notissima. si in aliquam
do cessaueris. siquidem sponte. auarum miserum sordidum diffi-
mabunt. si in inopia homuncionem non malum esse sed stolidum
et ineptum. teque tuamque domum fugient ut scopulum. tunc i tllies
illud flacci. Diffugiunt cadis cum fece siccatis amici. de hys quere
loquitur amicis. ueri enim maxime in aduersis herent et illas
domos auidius frequentant. quas fortuna deseruit. hic in epaxis isque
difficultatibus ut occasionis in tempore et conuiuas timidos et sarras
auidos. hominique uoces et sentencias. iam nunc disce contempnere et
sic hesto. nichil loci illud esse iudicio ubi totum uoluptati tribuitur
nil uirtuti. Caduciam denique malis artibus partum nomen. eamque
uulgo quo gloria dicitur apud doctos infamiam esse non gloriam De uesti-
G. egregie uestior. R. que tu cultuque corporis gaudio
pura sunt. nuda uideri amant. mos est feda colori-
bus abdere. G. exquisitissime induor. R. pudebit
cultus exterioris. quociens quid eo tegitur cogitabis
insana enim ambicio est. fimum tegere purpura
G. mundissime uestior. R. non audisti quid ille uir fortissimus
apud crispum dicit. mundicias mulieribus. laborem uiris conue-
nire. G. uestitus insignis ac mollis est. R. superbie uexillum in-
diciumque luxurie. G. uestis singularis et insolita est. R. non obiciam
tibi sacios pauperes seminudos et rigidis atque irsutis togis re-
bernium frigus arcentes. Scio enim quod peccatrix opulencia.
sciam spernit inopiam. Idem ille ditissimus hominum. cuius alter-
cacione iterum terra meminit. ueste non temere alia quam do-
mestica usus est ab uxore et sorore et filia. neptibusque confecta nam
et hec quoque de illo scriptum est. sic ille cunctorum dominus. paucas qui-
dem sibique uictissimas feminas fatigabat. tu fortassis aliorum
suus dissimietissimas fatigas gentes. tibi nent. tibi pectunt
tibi texunt belge. tibi perses. tibi seres. tibi indi. tibi tirius.

murex natat· tibi fragrans baca hispidis pendet arbusculis· ti
bi oves albicant britannice· tibi indica sandix rubet· uterque tibi
sudat occeanus· Augusto autem uxor et filia soror que cum neptibus
eo usque decucurrit uirtus· creuitque superbia sic contrario delectatis exem
pla modestie inolueruit· in uictu igitur ac uestitu multi optimorum prin
cipum contempto post pessimos abiere· Gayum dico et reliquos quo
rum uestitus ac tergo nec ciuilis umquam nec uirilis nec romanus certe
nec humanus sed insanus et nunc femineus· nunc diuinus ab omni
autem parte profusus atque monstrificus cultus fuit. G. exquisitis
sime induor. Ro. operosior ornatus et suspicatione caret ingentis formo
sis forme gratiam imminuit et fulgore suo deformium mendas pro
dit oculosque preterientium ad spectandum excitat· itaque ulla re
sibi peius consulit deformis homo quam dum formosus uult ui
deri uestis insignis cultusque corporisque ad formam quesitus risus·
mouet. G. electissimis coloribus exornor. Ro. natura rerum huma
na arte non uincitur sepe etiam quasi indignans se attemptari· quo
maiore nixu premitur tegiturque eo magis ac magis attollitur eminet
que natiuamque mortalis corpusculi feditatem· nec colores alterant nec
odores quin aut conspectam magis efficiant aut suspectam. G. pretiosis
ac uariis ornamentis ambior. Ro. pone in feretro auro pallidum
cadauer gemmis illud conspersoque purpura quo plus ornatus et plus
erit horroris· Non quod loquor ad iniuriam trahas· origo nominis
inquirenda est· siquidem a cadendo dicitur cadauer an non ut mortuum
sic uiuentis itidem dicitur· neque illud cecidit· hoc casurum est cadit que continue
G. nouus et insolitus cultus est mihi. Ro. non est locus ut defleam ut
que exsecrer ludibria hec habituum exterorum· quos nobis ab extremis
mundi finibus furibunda prius etas intulit· sed dii hominesque male
oderunt has beluas humana effigie fero animo· lingua latina
barbarico ue habitu compto femineam ad molliciem capillo mo
ribus ad aprinam duriciem oris ad atque mentis hinc obscena
corporum impudentissime detegentes· illinc uecordiam leuitatem
uano uertice uolucrum plumis extantibus aptissime designantes
an uero tam uigiles magistri an tam dociles discipuli plus odii
mereantur in dubio est quorum ingeniis effectum uides ut inter
minimos duces que inter scorta et matrones· paene iam nil intersit aspe
ctu· nec dum sistit· sed in dies serpens crescat et uariatur insania.

O
tium quies ue a laboribus **De ocio et quiete gaudium**
obtigit. Ro. duo humane uite bona gratissima nisi usus
in modicus· mala illa grauissima fecerit· quod multis
fecit et totidem corporis atque animi pestes· timore corpori

parientes animoque rubiginem. G. Ocio fruor iocundissimo. R. Utor
dic. nulla hic enim fruendum sed utendum multis et doctrina
salubrior. G. Delectabile ocium est michi. R. Refert multum hoc
ipsum ocium quale sit. duas nempe species ocii diffiniunt. operosi
alteram atque ipsa in requie laborantis ac circa studia honesta solli
citi. quo nichil est dulcius. alteram inertis et languidi et solam re
quiem complexi. quo nil fedius. nil similius est sepulcro. De primo
igitur sepe magna quedam opera et mundo utilia et suis auctori
bus gloriosa provenerunt. De secundo autem nichil umquam nisi inglo
rius torpor ac marcidus. Primum illud vite probantibus hoc
secundum pigris et ventri sompnoque deditis oportunum. ubi nullo
interpellante edant licenter ac dormiant. G. optata perfruor qui
ete. R. quies illa qua fruendum erit nullum finem habitura
non est hic. videas igitur qua gaudeas quiete. G. quietem exop
tatam reperi. R. quietem dicas an accidiam uis dicere an sop
num. quem mortis consanguineum poete quidam alii mortis yma
ginem dixere utrumque per proprie. G. dormio et quiesco. atqui euntes
sepe animo quiescunt. et sedentes iacentesque animo laborant
et sompnus ipse animalium quies curas suos habet abditos labores. in
sompniorumque et fantasmatum turbidos tumultus atque horribiles
S. Job. de quo deum familiariter alloquens sanctus et afflictus ille vir que
ritur. G. ociosus in talamo requiesco. R. nunc queso putas diu
cius quiescere an uacca suo in iure dormiens. an Scipio in Affrica
cum hostibus pugnans. Cato cum anguibus. Regulus cum [illegible]
Nec quies sine gaudio nec sine virtute verum gaudium esse potest. G. interiec
tis laboribus grato recreor sopore. R. labor materia est virtutis et glorie
hinc qui creat. et et magis et infamie materia sopor est nimius. qui mul
tos ad perpetuum soporem urget atque precipitet. fovet ille libidinem
corpora pregravat. enervat animos. fuscat ingenia. scientiam minuit.
memoriam extinguit. parit oblivionem. non sine causa insompnes et in
dustriique laudantur. sompno non laudatos cernimus. sed inflatos
proinde ut sompnum quidam mortem dicit. sic vitam alii dixere vigi
liam. Inter mortem vero et vitam vide quid eligas. vigilandum certe
quod sapientibus placet. ad hoc saltem ut longior vita sit. G. longo et mi
nime interrupto fruor sompno. R. si non curis mordacibus avaricia
ambicione. metu. merore. aut amore impio. male autem si non honesti
studii curis spinam cura sopor abrumpit. profecto populis stertentibus vigilant
reges. sopitoque duces vigilant exercitu. quod et res docet et Ilias predicat
homerica. nobilioribus animis cure vigiles impendent. sed sobrie ac salu
bres. Augustum cesarem principum maximum atque sompni optimum

breui⸰ accepimus eiusq; etiam crebrius interrupti tu ẜio gl'aris
G. profunde dormio. Ro. et libidinosi et gulosi et iracundi bru
tis animantibus in hiis tamen somnolenti ac sopiti duntaxat
mortuis oppantur et qd ad illam ptem tpis attinet nichil dif
ferre felices a miseris phicam scis ee sententiam. ume g' ut ps
illa p iuribus euitanda. que solum int' homines differenciam
somniorum linquit sic sectanda ẜia e. nil difficultatis ala
tura uolentibus. sic p leui enim gl'a. aut lucro exiguo et bella
tores et mercatores et naute totis sub diuo noctibus puigilant
Illi quidem int' hostiũ insidias. hij hoste quolibet peiores int' fluc
tus ac scopulos. tu pp̃ter ueram lucemq; ingens. int' di lau
des ac libellos tuos p̃tem nocturni uigilare non potes. G. uigi
lijs defessus somno totus incumbo. Ro. sic e non mutatis
stilum. cuncta fere uno mo agitis. et que ds ipe ul' na ul' ars
aliquã nobis ad obsequium dedit in usum detectis dampnũ
q; uertitis. Potum cibumq; ad ebrietatem et crapulam ocium et
quietem ad somnolenciam et marcorem ualitudine ad uolup
tates formã corporis ad libidinem robur ad iniurias. ingeni
um ad fraudes. scienciam ad supbiam. eloquenciam ad discrimẽ
dominalium et uestitũ ad pompam. inanem q; iactanciam. opes
ad auariciam et luxum prolem et coniugium ad metum et solicitu
dinem in mortalem Ite nuc stupete et querimini de fortuna
et malis uris ingemiscite. de bonis mala facitis. deq; celestibus
donis. compedes ac laqueos et uincula aie conflatis. G. somno
placido delector. Ro. at nõ mo reges et duces et principes et phi
et poete insup et familiarium pres uigilant et nocte consurgunt
quod ad sanitatem et yconomiam atq; phiam utile ait Aristo
tiles. sz fures etiam et insidiatores. quodq; est mirabilius. insani
etiam amatores quos suarum mulierculaz memoria desid
eriumq; excitat Tu non uirtutis amore somnũ oderis mays q
inimicum. utq; elegant' ait Flaccus. ut uigilent homines singut
de nocte latrones. ut teipm fures non expgiscẽris. pudeat semp
tantum in uobis posse turpes cas et nil posse pulcrimas. G. nullo
usq; interpellante totis noctibus quiesco. Ro. uidi quidem Aristo
tiles. qd supius attigi ita uitã hois partiri ut dimidiam ptem
somno tribuat dimidiamq; uigilie. dum p pte dimidia non dif
ferre studiosi uitam a stulti uita et siquidem pro somno noctez p
uigilia diem uult intelli. recta fateor ac uera diuisio e. equis em
ptibus tpus int' se diuidit At si sic accipr equas spacio int' ptes.
dria tñc alia ingens e. Nulla enĩ acrior. nulla alacr' cogitacioq;

nocturna nulla pars temporis studentibus aptior. Si autem somnum
ipsum dimidiam temporis partem dicat, mirabile dictum est ex ore tam stu
diosi et tam docti hominis. Absit tamen ab anima bene instituta
et studiis intenta dimidium temporis dormire. Cui quartum sufficeret qui
busdam et tertium voluptuosis quoque sufficiat. Noctu quidem sur
gere qualibet anni parte consilium est. Absit ut noctem non hybernam
modo sed estivam totam dormiant qui grande aliquid moliuntur.
Ceterum semel illam fregisse sufficiat fortassis. quodque vigilia
rum anticipatum erit, brevi si res poscat meridiana vicissitu
dine restaurari potest. At brumalis hore noctis sepius rumpende
psallendum, studendum, legendum, scribendum, cogitandum,
contemplandum, querendum ingenio novi aliquid semper et quod
studio quesitum fuerit memoria repetendum. Audiendus quoque Jero
nimus ad Eustochium scribens. Noctibus bis terque surgendum igitur
revolvenda de scripturis que memoriter retinemus. Denique hiis
studiis fatigati oculi altiori sopore recreandi et brevi quiete recrea
ti alterno exercicio fatigandi erunt, ne totis noctibus dormiendo
et [illegible] incumbendo sepulta cadavera videamini. Motu crebro
atque honesto vivos et virtuti deditos comprobate. De suavi odore. G.

Suavibus delector odoribus. R. Hi vel incentivum vel ve
stigium observiunt. De quibus quid sentiam audisti. G.
Odoribus studeo. R. Odorum alii gulam alii libidinem
irritant. horum appetitus incontinencie notam subit
et presertim vehementes. Alii propter seipsos expetuntur et horum
studium non turpitudinis nempe sed vanitatis argumentum
Unde est ut muliebrium ungentorum odor aut dapium quam dapum
turpior aut pomorum sit. eadem ratio est et rerum delectationum que aut
bus oculisque percipiuntur. Si unquam ethicis applicuisti animum nosti
hoc. neque enim te nunc doceo, sed nota veritatis ad memoriam revoco
ut huius generis oblectamenta videas vel feda esse vel levia. G. O
doribus operam do. R. bone utinam fame cuius odor bonus quoque
dicitur malusque maior multo laudisque sensibilibus quam aromatum si
terantur aut sulphurum si cremetur. De hiis odoribus non nares
sed mens iudicat. G. Bonis odoribus delector. R. Si sensum pares
aut voluptati inhyas ut dictum est aut obscenum aut inane. Si va
litudinis curam geris excusabile modo condimentum rerum omnium
modus adsit. Confortat enim tabescentem spiritum odor levis. Sed ad
omnia valet illud comicum. Ne quid nimis. Est autem ut in multis
in hoc quoque nature infinita varietas non solum inter hominem et hominem
sed inter gentem et gentem. Siquidem vera fama est quam magni

non respuunt auctores. gens que gangis fontem accolit omnis
cibi expers solo mali silvestris odore alitur peregre proficiscens nil ni
si secum illud malum ac vitale circumferunt. tam fetoris impa
cientes ut sicut eos puros nutrit infectus odor interimat. delica
ta complexio. que sic vivat et pereat. hinc gens omnis ad ortum
solis obversa. celique mollicie delinita. ut ciborum negligencior sit
egencior. atque appetencior est odorum. Et inde nimirum hec prima
curiositas nos invasit Assirii. Arabi et Sabei. viris romanis ar̄mis e
domiti. suis nos odoribus domuere. quibus aliquamdiu rigida i
patrum et invicta sobrietas obstitit usque adeo. ut quingentesimo
ac sexagesimo quinto anno urbis condite. gravi edicto a censoribus
caveretur. ne quis in urbem ipsam unguenta exotica conveheret. Non
multo autem post modernorum magis ut assolet veterum statuta cum
pertibus in senatum ipsum edita talis auctorem victrix lascivia pe
netravit. G. libenter bene oleo. Ro. peregrini odores atque omne arti
ficium bene olendi proprii vitalis non boni odoris argumenta. et late
cium sunt signa defectuum. Ob hoc ipsum atque ob illam nedum
viro. sed ne honesta quidem femina dignam curam. solitas ensium
viri fortis offendere. Meministi adolescentis illius. qui dum ut e
rat unguento illitus. pro collata prefectura. Vespesiano principi
gratias acturus. ante eum staret. ille hausto mox odore sibi stoma
cans. acri supercilio voce aspera. mallem inquit allium adoluisses
sic inceptum sine honore inhibitis seu iussis iam accesse gre
ssus bene olidum dimisit. ita enim semper dedecori sunt odores
huiuscemodi. interdum eciam dampno maxime ubi morum gra
vis ac masculus censor sit. Quid quod quibusdam fuere periculo.
Nam et illud nosti. ut plancus senatorii vir ordinis triumvira
li proscripcione metu mortis salernitanis latebris abditus un
guenti proditus odore. sibi quidem perniciem proscriptoribus autem suis
excusacionem sceleris quesivit. Nam quis non iure cessum dicet
eum qui eo tempore rei publice tanto quam suo privato discrimine un
guenta eciam nunc oleret. G. artificiosis odoribus assuevi. Ro di
suesce. si consilium meum vis. turpius est enim artificiose. quam simpli
cibus assuevisse. omne quod turpe est. quo artificiosius eo fit turpius
honestatis ornamentum ars. in honestatis est cumulus. adde quod et
hodie fedius quam olim. quamvis enim roma ut dixi. et quam ingra
vius prope romam dixerim. lacedemon huic pesti ēcrassa veni
enti. qui armate hostium legioni ferreis moribus atque edictis obsti
terunt. ad extremum tamen se mollis unguentorum simulque victo
acies fefellit excubias. in europam transiit et fortissimas gentes

niat. Et quoniam singula prosequi longum est, eximii asperrimi ac laboriosissimi viri mollita durities de reliquis coniecturam facito. Siquidem in medio bellorum estu ille invictis ac barbaris cruento cum exercitu unctus est Hanibal. Penetrabilia unguenta, sed penetrabilia sunt vicia. Itaque civitati ducis ac militum quorum tam primordia fuerant stupenda, qualem dederunt exitus sunt. Quo effectum est ut cum multi semper Affricam virtutibus Hanibalis tamen unguentis aliquid dederint. Expediebat illis ut sicca essent, nobis ut ungerentur. Ex illo sane multis seculis sic iste mos invaluit ut laboriosiusque sit legere que de hac re in veteris que litteris scripta sunt. Et quid pluribus morer? Usque ad illius pedes quondam alacris unguentum venit, quod ipse qui omnem molliciem animorum atque omnes illecebras voluptatum extincturus advenerat passus est, non unguento sed pietate delectatus ac lacrimis offerentis. Iam vero pedetentim usus hic abijt ut cum in multis etas nostra maiorum glorie impar sit, in hoc excellere videatur quod unguentaria non est, et qui hijs caput non codi temporum sed proprio quodam animi vicio laborat. G. Bonis odoribus ulterior ac delector. Ro. Fieri non potest quin que delectabilia sunt nostra et illiciant, et dum pernicia sunt delectent. Sapientis hebrei dictum est: unguento et varijs odoribus delectatur cor. Quis unguento quidem non tam in delectatio videatur inesse quam fastidium, sed ut ita sit odoribus. Meo certe consilio abundantibus resistendum contemptu et oblivione, presentibus utendum modice, neque ullum hijs studijs impendendum, ne te tacitus ultimarum ullumque rerum mancipium fateare. Ne vero hunc articulum longius traham, in honestis odoribus ut rebus omnibus virilem effeminantibus vetitis ac seclusis in reliquis Augustini sententiam amplector: De illecebra odore inquit non satago nimis, cum absunt non requiro, cum adsunt non respuo, paratus eis et semper carere. Idem fac: neque bonis odoribus male oleas aut odiosis mundicijs odiosus sis.

De dulcedine musice. G.

Cantu delector ac fidibus. Ro. Alij quanto melius lacrimis atque suspirijs. Prestat enim flendo ad gaudium quam gaudendo ad gemitum pervenire. G. Cantibus sonisque permulceor. Ro. Et fere cantu falluntur et volucres. Illud mirabilius musica quoque dulcedine pisces tangi. Nota tibi Arionis ac delphinis est fabella, tam pro vero habita ut ipsis annalibus sic inserta. Multi quidem scriptorum illustrium meminere et miraculi elegancius nemo quam Herodotus, grecie pater historie astipulatur

i. ecce

tur ymagines erice illuc ubi e tanto periculo incolumis primum
terris apulsus est natantis piscis tergo insidens Scidicen. Ad hec
syrenes cantu fallere creditum. illud vero non creditum sed com-
pertum. ut cottidie blandis verbis homo hominem fallit et ad
nichil summam voce ad fallendum aptius. G. Musica suavita-
te delinior. R. et aranea ut aiunt antequam mordeat et medicus
linit antequam feriat et auceps et mulier que fallere vult delinit
et predo que perimit et polipus que stringit amplectitur. et qui-
dem pessimi hominum numquam tibiliores sunt quam dum se gestu
et voce lenissimos ostendunt. quod in primis de domiciano principe
lectum est. vix ulla est sine suspicione delinicio. G. Cantu gau-
deo et exaltor. R. Cave. nam scriptum est extrema gaudii luctus
occupat. et rursus. Ante ruinam exaltabitur spiritus. G. Cano dulci-
ter. R. nescis an ultimum. ipse predulat morti proximus olor. cui
plures cum gaudio quam tristicia perire soluto dulcius canentem
inter ipsa soni suspiria exspirasse recens fama est. G. Cantu et tibiis
delector. R. non in merito quidem. singuli enim dies te et hore
et moriturum ad sepulcrum vehunt. quo cum cantu ferri mori-
turi est etiam mos est antiquus et tibiis ferebantur. unde illud sta-
cii papinii. tibia cui teneros suetum producere manes. tibi
utique funeris pompa plus. Illuc licet te ire non sencias absque
ulla requie properas. G. Cantu moveor. R. ad quid refert. est
haud dubie in animis hominum generosis maxime potentissime mu-
sica. sed effectus super fidem varii. ut quod obmittam. quibus res
non eget. hos ad leticiam inanem. hos ad sanctum ac devotum gau-
dium pias que non numquam lacrimas movet. que varietas in diver-
sas sentencias magna traxit ingenia Athanatasius vanitatis fugi-
tans canendi usum in ecclesiis. interdixit Ambrosius pietatis
appetens ut caneretur instituit Augustinus utrumque se passum
et difficile hunc sibi negocium dubietatis exortum. inter confessi-
ones suas pie meminit. G. Delectat canere. R. gravia olim
delectacio nunc et vana. apud illos quidem cantus ac fidium ig-
narus quisquis esset indoctus habebatur. quod themistodi atticho-
grorum clarissimo eo quod liram in epulis recusasset accidisse
Epaminundam vero Thebanum hanc fortassis infamiam decli-
nantem preclare fidibus cecinisse. Auctor est cicero. Quorum et socra-
tes talis senex. fidibus operam dedit. ne miremur Alcibiade ab
avunculo pericle tibie studio traditum. apud illos honestissimo
ut inter liberales artes. hanc quoque condisceret. sed verecundum
pueri. laudemus ingenium. qui cum ab insigni tibiarie ad do

Etrurię

ipsum acuto oblatas tibias ori applicuisset et collecto spiritu genas
inflasset animaduersa deformitate vultus erubuit atque abiec
tas tibias aspernatus fregit. meruitque licet tenera etas exem
plo esse ut totius populi consensu ex tunc athenis tibiarum usus ob so
lesceret ad nos et si non illud ardens musice studium peruenit om
nium principum mentes occupaturum occupauit tamen aliquorum
animos pessimorum maxime. Gaius quippe cantandi studiossis
simus saltandique fuit. Nero quantum cithare studio deditus fuit nero
et quantam curam vocis habuit incredibile dictu est. Id enim vero
stultum penitus quam ridiculum. quod nocte illa que sibi vite ultima
mundo autem respirandi vel modicum prima fuit inter querelas
quas vicina mors et presens metus dolorque dictabant. illud crebri
us atque miserabilius defleuit. non quod tantus princeps. sed quod
tantus musicus periret. mitto alios. ad hanc nostram. que nunc
agitur etatem. licet parcior venit tamen aurium voluptas qua
caste ac sobrie delectari humanitas quedam. capi autem et molli
ter in musicam vanitas multa est. G. Sicunibus vocum modis ani
delectatione detineor. Ro. O. si audires sanctorum suspiria. O. si
hinc aures tuas dampnatorum gemitus ac lamenta percelle
rent. Hinc beatorum iubilus et cantus angelica. atque illa cele
stis armonia quam pitogoras ponit et Aristotiles euertit. ci
cero noster instauret. tibi autem pietas fidesque suggerit esse
ibi perpetuas. ac predulces voces et si non cellorum. at celestium
incolarum. Primam illam et eternam causam sine fine laudantium
Si hec inquam omnia tuis auribus insonuerent. quam clare di
scernens. quis concentus dulcior. quis ve salubrior. nunc surdo seu
sui. sonum iudicium committitis. de quo attenus. parva quidem res non
nullis forte videbitur. magnos tamen viros exercuit. nec sine causa. di
uinum Plato vir ingenii. musicam arbitratus est ad statum sine
corruptionem morum ac rei publice pertinere De coreis gaudium



Coreis gaudeo. Ro. mirabar nisi fidium can
tus et tibie coreas suscitarent et prescripto de more
vanitatem vanitas sequeretur. verum maior
multoque deformior. ex cantu enim dulcedo
aliqua et sepe utilis ac sancta percipitur. ex coreis michi
vnquam nisi libidinosum aut inane spectaculum
honestis invisum oculis viro indignum
G. coreis cupide intersum. Ro. corpus animum tegit. ac dete
git. manuum iactatio. pes mobilis. oculus vagus. ac petul
ans tale aliquid arguunt in animo esse qui non cernit. Ita cauie

dum valde est modestie custodibus. ne quid effeminatum agant
aut loquantur. occulti enim effectus et pectorum latebre sepe parvis
indicijs patescunt. motus. sessio. accubitus. gestus. risus. incessus.
sermo. signa sunt animi. G. dulcedinem quandam ex coreis ca
pio. R. O dulcedo ridicula. finge enim te coream cernere. neque
tibicinem audire. atque ita stultas mulierculas et viros muliercu
lis molliores in silencio circumferri. videre ineptire. quid queso
umquam absurdius aut deliracius vidisti. Nunc motus incondito
lire sonus aut tibie. hec est amicicia una aliam tegit. G. coreis delec
tor. R. non tam ibi delectatio prius est quam separate dilectionis.
auspicium. veneris preludium illud quidem. sono stupidas ac
misellas circumducere atque urgere et stringere ac specie urbanitatis
attentare. libere ibi manus. liberi oculi. libere volant voces. pe
dum strepitus et multorum cantus dissoni. et tubarum clan
gor. concursatio et pulvis. et que sepe ludis addere hostis pudicicie
et amica scelerum nox ipsa. hec sunt que timorem ac pudorem
pellunt. hij sunt libidinum stimuli. hec lenimenta licencie. et
hec est ne me falli facilem putes illa delectatio. quam simplici
ter et velut in nomine corearum appellacione profitemini et ludi
tegimine circumobvolvitis. et si enim solos inter viros seu solas
inter feminas. hec non numquam fiant. illic tamen separatim exercentur
quid ne congressi iterum actum sunt simul discant. ceu discipuli
qui magistro absunte. quid eo reverso loqui debeant meditantur. tolle
radicatis hanc spem ingeniosam. atque improbam. tolle libidinem
sustuleris et coream. Certe in cum david rege nemo ante dominum
saltabit. ne quem forte sua uxor irrideat. cum tamen nullus videtur
citur ante dominam saltans sive eciam pandurizans. G. delectabi
les sunt coree. R. sententiam meam tenes. si delectant. per se enim to
ta quidem insulsa res est. et plus tedij allatura quam gaudij. Nam
quid omnino est aliud in girum volvi quam exire vertiginem. et
sine termino iuvam re. Inter locales septem motus. quos plato di
numerat. Hos scilicet ante retro. dextrorsum. deorsum. a sinistrum. sur
sum. ac circuitum. solus septimus infinitus est. atque huic ideo que
perpetua sunt. hec est celum feruntur ac sydera. huic invitis pretiumis ho
minum agit furor. In cunctis ferme actibus atque consilijs. nec ulli
orpheus. versionem totam sibi. sed visibilius in coreis. ubi amo
rum volubilitas corpora sequi voluit. et id circo cum de omnibus
dici possit de hijs proprie dicitur. quod scriptum est. In circuitu impij am
bulant. hic ludus multorum dedecorum causa fuit. sepe ibi matro
na diu servatum decus perdidit. sepe infelix virguncula ipso inopia

ali die didiciat quod melius ignorasset. R. Honesto tripudio li
benter exerceor. Ro. vellem aliud genus exercicii elegisses. sed quo
pergas et quid velis video michi de manu tolli. veniam dari. normamque
prescribi. Quoniam igitur sic effusus es seu is morbus seu consuetudo est. qua
mala nichil peius. bona nichil melius. ea tibi in hijs omnibus
lex erit. ut quibus carere penitus non potes. modestissime utaris
ac rarissime. nequid ulla in re molle vel femineum agas. sed ubi
que non sinis eciam in finibus rigor emineat. sicque tripudium vel
quisquis erit is ludus relaxacio fatigati animi et exercicium cor
poris non voluptas enervatrix mencium. Exemplo liberacius ab
stinuissem. summorum virorum imitacio non omnibus tuta est non
omne pennatum animal aquilam sequi potest imitatorum alii con
tinuum faciunt. alii vero aliud. non nulli idem aliter pauci ad plenum
que imitantur effingunt. Cato hic ultimus rei publice curis
pressum animum vino levare solitus fertur. fecit idem apud grecos
Solon. hos aliquis sequi volens. unum semper officium aget
bibet quod que illis modicum ac rarum. huic immensum et continuum. quod
illis remedium huic erit ebrietas. Similiter idem in rebus aliis possit
ostendi. sed hoc uno intelligis quid est quod michi tecum sermo verteretur. ex quo
tamen rei dampnate patrocinium ut suscaperem coegisti. summi viri
exemplum. quod vel non sequaris vel non mutes a tripudio. hys ipsis que
verba apud senecam sunt verbis in eo libro quo tranquillitatem animi
stilo inquirit. Scipio inquit. triumphale illud et militare cor
pus movet ad numeros non molliter se infringens. ut nunc
mos est. eciam incessu ipso ultra muliebrem molliciem fluente. sed
ut illi antiqui viri solebant inter lusum ac festa tempora virilem in
modum tripudiare non facturi detrimentum eciam si ab hosti
bus suis vel spectarentur. Quibus in verbis. quid de sua iam tunc
etate sentiret perspicias. felix qui non vidit tuam. Quamvis autem ille
et tripudii et vini remissionem probet. veniendum non numquam usque ad
ebrietatem dicat. quod a tam rigido ingenio dictum miror. si fideli
consilio uti vis. vino parce utere. tripudio abstine. alia sunt honesti
ora remissionum genera. quibus fastidieti fessoque animo medeare
in omnibus tamen optimum sunt. quod hic ultimum dixit attenderet et
quecumque ages ita agere tamquam te hostes tui videant atque ob
servent. multo quidem est satius sic vivere ut abstinenciam et gravi
tatem tuam inimici stupeant. quam ut lasciviam amici excusent
Clarior fama est. cui nec verum crimen obicere quisquam potest. vel falsum
audet. quam cui obicitur. sed purgatur accusatorem perfecta virtus
exterret. Mediocris irritat. quod ad sobrietatem attinet. malum

te cesari similem quem uini parcissimum ne inimici quidē
negauerunt. ut tranquillus ait. quam catoni. non censo
rium illum senem loquor. de cuius sobrietate iam diximus
sed hunc ultimum cui obiectam ebrietatem seneca sic refellit
ut dicat facilius effecturum quisquis obiecerit crimen hone
stum. quam turpem catonem. quod ad id uero de quo agitur. nullo
modo tripudies. malim quam ut scipio. Quod si te illuc urget
animus quo nolim. hijs te saltem duabus uti uelim. ut si
penitus tibi insedit illud liricum. Nunc est bibendum. Nunc
pede libero pulsanda tellus. Sic uinum bibas ut cato. sic ter
ram pede pulses ut scipio De Pile ludo. Gaudium

s delectat pile ludus. Ratio. En aliud clamandi
ludibrium saltandique. G. libenter pila lusito. Ratio
odiosa nobis uidetur et inquies. undique labores
aucupamini de corpus utinam. Nam si exercitio
ludus hic queritur. utrum precor honestiorem fa
tigationem furibunda iactatio. in qua nichil
animo queri potest. an ambulatio tranquilla prestaret. ubi et me
brorum motus utilis et ingenij agitatio honesta est. Que mo
rem philosophorum quidam fecerunt suum. ut hinc secta famosissima
nomen sumpserit. An uero tu dionisium siracusanum. quam stagi
ritem Aristotilem sequi mauis. quoniam ut studiosa de ambulacione
philosophum sic tirannum ludo hoc turbido delectari solitum accepi
quamuis et modestos interdum animos uoluptas hec cepit. Itaque
et quintus mucius. Sceuola ille augur. elegantissime hoc ipsum
fecit Et diuus augustus post finem ciuilium bellorum ab exerci
tijs campestribus ad pilam transijt. Et marcus aurelius antoni
nus ut de eo scribitur. pila lusit apprime. Nec tamen uel quia ille
diuini atque humanis iuris peritissimus atque hij doctissimi uel
optimi principes fuerunt. ideo ludus strepens et clamosus placet
Siquidem motus omnis uehementior presertim si clamore permix
tus sit honestum dedecet ingenium De ludo alee et calculorum. G.

Alee ludus et calculorum placet. Ratio. dampnosior
illud hoc inanie. utroque tamen idem ille sceuola quo
que est calculis. Augustus cesar altero uti solitus fertur
Neque rursus ideo quod ille acerimonijs deorum atque
hominum legibus quas excellentissime coluit
Iste a curis suum impij quod diutissime atque op
time rexit. tale sibi interdum laboris diuerticulum elegisset hec
inter probauerim Sunt enim et doctis ac magnis uiris appetitus

quidam peregrini et sui. quorum si ut indoctrinis sic in moribus
imitator fueris facile labi queas. neqȝ enim omnium qui laudā
tur laude digna sunt omnia. G. ludo alee delectat. Rō. quis nō
delectetur sup pictam tabulam ɔsignatam numeris ossiuȝ qua
draturas crispanti cubito iactare. quaqȝ ille direxerint trepi
dantibus digitis rotundas in aciem tabellas mittere. glosum
excidium et predarum nomē et cursus et laureas meriturum. G.
calculis libens ludo. Rō. O puerile studium o pditum temp⁹
O are supuacue o ineptissimi clamores. stulta gaudia ne qȝ
ridicule delicos senes impēdere alueo et pauculis ligmis ua
gis. ac furtim insidiantis atqȝ lati vacantibus. unde latiū
culaiūs ludus apud ueteres dicebatur. quo lusisse simiam.
auctor ē plinius miraris atqui pprie ludus ē simie. miscere
calculos ac transferre et posti uidere raptum iactare manus
ac retraxere. insultare adūsario et collisis dentibꝫ minari ira
sci. altercari. fremere. maxime qȝ intus. ut flacci ubo utar. capt
scalpere. ungues rodere et ad summam omnia facere que risum p
tereuntibꝫ excitant. Numquid enim horum aliquid aut ullū
penitus amentie genus obmittitis. Nōne ita torquemini qi.
ut ura ul' publica salus indubio sit. multi tanto prelio mas
sent. siquam ligneis aut eburneis impendēt curam ueris
militibꝫ impēdissent. uix rei ullius tam interēsum. tamqȝ ī ep
tum studium inuenias. sȝ ē hoc in regno stultitie comūe ut
quarum rerum minor ē fructus et cupiditas et delectatō ma
ior sit. G. alea delector. Rō. ondam tibi si ɔsilio uti voles. ge
nerosam atqȝ honestam aleam. qua olim athenis docti hoi
nes usi sunt. ut festis. s. diebꝫ in ɔcilio amicorum. quisqȝ de li
teris aliquid in medium pferat. non sophisma lubricam ut
illi. sȝ insolidum p ingenio pferētis ad ūtutem aut btām uitā
ptinēs de hinc collatōe fca. sine inuidia sine ira. qui inferio
res doctiorum iudicō uisi erunt. satis quidē de muleterentur
pecunia. hec in philosophicas ūtatur cenas. Sic res una omni
o ɔsumptū excitaū studio calcar ingenio ministrabat. quod
hinc uictos exciteret. hinc uictores. hoc alee genē. quo antiqui
saturnalia. uos pia festa. et quo illi athicas. uos romanas noc
tes instituite. hēs ludum quo et ludere iuuat et lusisse nō pudeat

Iuuat ad taxillos ludē. De ludo taxillorum pspo gau.ᵐ
Rō. O uorago ingens inexplebilis. O patrimonio
rum fluxus tristis ac subitus. O animi tempestas. et
fame nubes. et scelerum stimulus. et ad despandium

nia superiores ut quicumque ludi sunt hic merus est dolor. G. at
michi prosper ludi huius eventus fuit. R. taxillorum nullus even
tus prosper. mali omnis et miseri. Nam et qui perdit affligitur et qui vincat
illaqueatur. neque insidias preterit. G. prospere lusi. R. primis sepe prosperitatis
future calamitatis auspicia sunt et suas habet hec pestis illecebras. si
qui talis ludunt omnes perderent. nemo usque luderet. Nunc lucrantur ali
qui. sed lucrum illud certa est dampni. G. lusi et vici. R. bene nisi in
campum redis. alioquin nullus campus planior. nullo in cam
po volubilior est fortuna. G. lusi et vici. R. ludes iterum et perdes quod
vicisti autem hinc atque hinc mille diripient. quod perdideris nemo re
stituet. Adde quod siquid est iustitie quod vincis non sit tuum. At quod perdis
et si non fiat alterius. tuum tamen esse desinit. multa sunt undique que ab
hac insania bonam mentem dehortentur ac retrahant. nisi nos in preceps
quidam avaritia pulsus urgeret. G. vici in ludo taxillorum. R. sci
o autem te ab exactore impio fenus centesimum accepisse. restitu
es quod vicisti et de tuo addicies. ut non sit qui repetat per se ipsum cuiam
erit. tuque insompnis felix esse desieris. G. vici et dicior factus sum. R.
cum nulla sit stabilis pecunia. sed sua potius rotunditate instabilis
tum precipue que taxillis queritur. Taxillorum ludus michi ulli
donat. eorum maxime qui familiarius illum colunt. sed mutuat
aliquid et extorquet. eo semper iniucundior quo blandior visus erat
Nulla enim amarior est iactura. quam lucri dulcedinem degustare or
so. G. lusi et lucratus sum. R. gaudere lucro taxillorum tale est
ac si dulce gaudeas veneno utrumque mox penas erumpit. G.
ludo prospero delectatus sum. R. peior est delectatio peccati. quam peccatum ipsum
sunt qui mala consuetudine pene coacti peccant. neque post peccatum gau
dent. sed tristantur et si fieri possit non peccasse maluerint. Quosdam
vidimus inter ipsas libidinum flammas. quandam velut glaci
em doloris ac penitentie sentire et si dici liceat velle simul ac nolle pe
iorem. sed impetum mali usus quadam vi detortos. quos haud i
probe quis speret usu excusso ad meliorem semitam posse converti. At qui
de peccato exultant. quid de hiis oro reliquum spei mei est. G. delector
taxillorum ludo. R. spero forte neu semper neu diu etiam delecte
ris. volvuntur assidue fundatarum status urbium. tu stabiles
talos putas. Crede michi volventur et secum inlecebras. gaudium
tuum volvent. Neque enim sic volventur ut iudisti. Nunc manet tibi
gaudium. tunc veros gemitus parabunt. G. delectat ludere. R.
delectatio funesta et turpis. corruptique animi. ira enim et convitio digni
es. Nam quis queso ingenuus. seu quis homo et non potius trux
belua delectari queat ludi nomine habente nequitia atque impieta

te fedissima ubi pret̃ hominū uultus nil hūanū sit uultus q̃
ipi iracundia ac merore obsiti ꝯfusis q̃ clamoribꝫ efferati nec
iam sint hūani ubi nō decor morum. nō modestia sit ullorum
Non amor erga homines. Nō erga deum reuerēcia. ſ; iurgia et
rancores ⁊ doli ⁊ piuria ⁊ rapine uulnera ad extremū ⁊ hōi
cidia quoq; nil in deū seuius pōt hūma temeritas diuini nōis
blasphemie. quibus ante oīs scelerū officinas. ille ludus in
felix scatet. ubi siquos forte tacitos pudor tenet. crebro tamen
suspectates. quid labijs. corde agant sciant ipi Quis huic ludū
uerus homo nō dicam tetare manibꝫ. ſ; spectare oculis possit ⁊
nō angi ꝑrsus fugari q̃ scelesti spectaculi feditate. G. delector ti-
hoc ludo. Ro. uide ne artēsiuz i pectacio ī tuū caput inuadit. ma
la ꝯsuetudīe delectari, quo nil deū leuius. nil euenti grauius ꝑ
pius q̃ exicio ē. G. delector taxillorū ludo. Ro. abiicienda delectacō
in honesta ⁊ si nō uirtutis. at saltē fame studio ⁊ pudoris cura.
Nam uix aliud in actibꝫ hoīm inuenias. ubi tam clare mores
ac uicia detegant. Vidisti alacrit̃ impluriū descēsuros ī hoc ludo
tremēe ac orare flebilit̃ ⁊ suū numerū inuocare. quosdam alibi
magnanimos ac tranquillos. illic ꝓ pua pecunia pcari ⁊ irasci ⁊ in
fine furere. quā multa ꝑ paucis nūmis. sepe ibi fecerūt uiri for
tes, quod ꝓ ingenti thesauro alibi nō fecisset. ibi enim uiciorū oīum
ſ; in primis ire atq; auaricie regnū ē Meministi ut naso in eo libro
quo i honestā quidam ac supuaciā artē docet. utile tn̄ q̄ itdum
aliquid interserit. amatores monet. ut ob aīi uicia celanda. ludo hoc
aut sibi abstineāt. ne ꝯspecte ira tumide. aut auaricia exhauste a-
matoribus displiceant suis, q̄nto id uiris dignius ꝑapr̃ ne nō
mō hoīum. ſ; dei oculos oīa uidentis ⁊ bonos aīos moresq; ī genu
os amantis offendant. G. lusi. uici. gaudeo. Ro. ludus turpis ⁊
dampnosa uictoria, hinc gaudiū. G. uici gaudeo. Ro. omīe de suo
malo gaudiū stultū ē. pinde tartareus quispiam ludi huius in
uentor fuit, cuius iussu ludibrio ac noxe, scientes nō miraculo
subiacerant ac stupori Nam quid mirabilius. quā q̃ ueteri ꝓuerbio
uulgatum. uerum iugi experiencia depꝛhēdi. oēs huiuscemoi ludi
magistros nudos ēē atq; inopes ⁊ egenos De histrionibꝫ gaudiū



Elector histrionibus iocis. Ro. nobilior multo de
lectacio illa ē. que de modulacōne musica liberali
s. q̄dam arte papr̃. hec solius uanitatis ⁊ impudencie
plena ē. G. histrionibꝫ delector. Ro. malum paupi
bus, malum amicis hūilibꝫ, malum tandē solitudīe
delecteris. G. histriones in risum mouent. Ro. quid tu illis quo

acus de se dominum ridentem risit histrio quociens se imitatis
amiciciam ad imitatus finxit aliquid. Sed illum/ uere aute se de
lectaret. G. histriones doctos habeo. Ro. habes de quibus rideas qui
que te rideant et rodant. pestis diuturni prouectusta/ que ab etruscis
orta rome creuit adeo. eorumque fiducie est euecta. ut esopus hinc questi
tum patrimonium incredibile atque immensum filio dimiserit/ Et roscius
magnam sparsamque rem arte collegit. de histrionica librum scribens
in quo artem suam oratorie seque per uite ciceroni equare non erubu
it. eam. scilicet ob causam quod affectus animi conceptusque abditos quos ci
cero uerbis ornatis uarie pronunciaret. ipse alio modo. scilicet effictis pau. ge
stibus aptis exprimeret/ et sane fuit ille mirus artifex. nec scio quod
tam durum esse. ut tam iste potuerit quod non facile leniisset. ,
non dico qui facilimum atque mitissimum Liceronis amiciciam ingre
nio meruit. dignius quem pro quo tantus orator uerba faceret. et de quo
scriptum opus memorie posterorum traderet esse uisus. Sed qui tetri
cum ac superbum Sille animum inflexit. et ab illo omnium contemptore
ad missus in graciam annuloque aureo donatus est. qui tot graues
ac seueros senes. senatumque illum per quem fiena orbis agebantur
quociens uoluit ad risum ac leticiam coegit. qui pplm roma
num tum et tam uarium sic illexit. ut diurnum salarium de pu
blico mille denarios sine gregalibus ac ministris solus ipse perciperet/
magna merces. quamuis exigua fingitur moneta. non sine qui
adam et insolita agilitate cum fieri posse consenserim/ ut si quis
usque rostius affulserit/ non est forte sit uetitum quod ciceroni licitum
fuit. non solum ludis interdum. Sed familiaritate eius et ingenio
uti. Est enim ingenijs inter se quamquam studio et professione distan
tibus multa cognacio ubi non hunc querimus multum bonum tempore nobi
lissime artium retro cessere. ne dicam histrionia que eo redijt et
illi nunc deditos corrupto gustu. Secundoque iudico esse non sit dubium
prefecto enim consequens est. ut quibus mala bene sapiunt. bona illis igno
ta sunt. et curis nobilibus insuetos esse. qui in libus delectantur
G. multi cottidie me frequentant histriones. Ro. sic quietare te de
sinent cum tu diues aut largus dicam rectius cum tu stultus ac
prodigus esse desieris. G. magna michi aces histrionum est. Ro. ymo
muscarum que unctum conuiuent. sicutique destituant. nec destitu
isse sufficerit. nisi hunc plausum par sequatur infamia. Sunt lin
gue quibus quies ac silencium pena est. numquam nisi non de alijs lo
qui uiuat. aut sed laudant aut liuide detrahit. et quorum nequit
mordere diuicias. famam mordent. una est histrionum ac pasitorum
lex utique blandicijs armati post fortunam eunt. uerum illis uetere

implesse sat est. His alia fames. Cibi mentio in hunc genus est
implenda cupiditatis fundo carens. De palestris Gaudium

Palestricis delector ludis. Ratio. Si spectator, vanus
si luctator, insanus. G. Palestris exercitiis vaco. Ra-
tio. In singulis urbibus annus dum mancipium sis ap-
paret. Nempe hec ut superiora corpori serviunt. Quod
ut paulo ante commemini et aliquanto honestius si-
ne impetu et sine strepitu fieri potest, et est agitatio que
tamen animi nobilior. Quam si nosses, hos corporeos conatus
et sperneres et odisses. Sed vos animum quasi hospitem degene-
rem atque invisum, corpus ut dominum gloriosum ac diltin-
colitis. Illi seritis, illi metitis, illi aratis, nunc id quidem illud in-
iustius, quod eo omnia refertis. Ingenuas quoque artes illi disci-
tis, illi denique obsequimini ac servitis sumptuosissimo dominorum
omnium atque ingratissimo, cui nec umquam satis aliquid, nec si quid
aliquando defuerit, illa umquam memoria sit accepti. Huic tamen tali
domino quicquid iusserit paretis atque esuriente animo huic uni
non tantum necessaria sed superuacua undique ac nocitura convehitis, neque
ea solum que ad victum pertinent ac vestitum, de quibus suo egi-
mus loco, sed que ad ludos et variamque libidinem non intendentes
quam nimis adversa consiliis ipsa sit veritas, que disertissimo Cicero-
nis ore loquitur, unde appareat quod qui corpus negligit non
se ille sed fragile caducumque domicilium, atqui animum ille vere sese
negligit. Neque enim, ait, tu is es quem forma declarat, quem-
mens cuiusque is quisque est, non ea figura que digito demonstrari
potest. G. Palestre delector exercitio. Ra. Quadrigarum fervor et e-
quorum strepitus et ardentes rote per angustias inoffense et
luctantium plausus atque collisio, oleum, sudor, pulvis, mira-
bilis seu illa quidem oculorum seu animi seu narium voluptas, he-
betatique sensus indicium ingens, que si sanus integerque esset, non cla-
morum atque tumultuum officinas quas palestras vocant, sed obser-
vatio diligens palestre huius quam nascentes ingrediuntur, qua viven-
tes atterunt, unde egrediuntur obeuntes, atque utilior quedam hone-
stiorque suavitas delectaret. G. Studio deditus sum palestre.
Ra. Fuit hec quidem apud veteres non ultima gloria, sed tam magna ut
senem illum Rhodium Dyagoram, qui et ipse palestrica insignis fuerat,
cum duos uno die filios palestricis insignitos victoriis conspe-
xisset, quasi nihil clarius iam contestaret quo aspirare posset
in vita, amicus alter Lacedemonius senex diceret: Morere Dyago-
ra, non enim in celum ascensurus es. Tam magnum tamque altum

censebat. tantos simul unius familie palestricas ee. lemaila psius
et gtula uere laudis extimacio. s3 ois adeo ut magna eciã turbaret
i gema. Vn et Plato tantus phs. olimpio uices clarus fuit inque
hac arte mltis notus euetib9 adolescẽs tn. amplitudo quidẽ vn
platois nome ortũ putant robur q3 corpis et etatis feruor uiue
mlerãmu i pulerãt ad expimentũ uirum. ubi cu summs q3 par eẽt
accessu tpis ognito quid agẽt. ad meliora se trãstulit. Socratiq3 si
milis fieri maluit quã milonis. et sane mlta etas excusat facile
teneris ãnis ignoscitur uanitatis excusatio nlla ẽ uiro. G. pale
stre studiũ delectat. Rõ. i hac sepe uilissimus oim3 superior fuit. et
corpea mole ai utus oppssa ẽ. que tu in ducti ul' lixioũ proferes
quẽ milo ille nõ supet. qui pstadiũ boue uiuum gestãs humeris
cucurrit. eũdem q3 nudo ictu manus occisum. uno die solus haud
grauatr integrum comedit. mira res dai. s3 apud historicos uul
gata. quis hunc g' i palestre suo regno par ccarreret. Atqui mich
indignius quã generosos sps tali belue subcumbẽtes cnere. et id ẽ
co nobilib9 ais bn sibi fidentib9 summo ope puidendũ ẽ. ne sua
sponte descendant. ubi ab ignauissimis uici queant. Quin tu con
tencoib9 gaudes id ẽ sume ẽtame. i quo semp fere superior. qui
melior non de corpin uirib9. aut oio de re ulla ubi peior idem ee
possit. et uictor. Non de opib9 g' de dignitate de potencia. s3 de scia
ac utute otende. id q3 eo aio. nõ ut cui9q3 fame obstrepas. s3 ut a
liene laudis emulatio. tibi sit calcar ad glãm. nulle ibi sint pte'
pemitus i uide s3 uitutis. lẽs et hic exemplũ Catonis huius ulti
mi de quo ẽspus. Non diuicijs in quid cum diuite neq3 fcione
cum fcioso. s3 cum strẽnuo utute. cu c modesto pudore. cu i nocente
abstinẽcia ẽtabat. honestissimũ hoc palestre genus quo te exer
ceas non tm olimpie. s3 ubi q3 nõ minus i thalamo quã in foro
nec minus i ocio quam i actu neq3 cum pntib9 mo s3 cum absen
tibus qs. cuiq3 etatum oium ac terrarum uiris illustrib9. Semp
enim mẽorabile ac magnificum illud Scipiois apud liuium3 in
dicam il Maximo inquid cum q3 id actũ aio ẽtum hoc. ut se nõ
pntib9 mo. s3 cum ois eui claris uiris opet. Tu q3 ul' de gyge pn
cum si occurrat. qd uix spo. ul' ex oi mẽoria uetustatis. qs libet
tibi parem dilige. cum quo nõ ulnis aut cestib9 s3 ingenio
ac uirtute luctabere. sine metu piculi. s3 in marcessibil' spe co
rone. hec de palestris osilium. hec sña mea ẽ. De uarijs spctaclis. G.

Electori uarijs spectaculis. Rõ. cũ fossam ac theatro
que duo loca bonis semp adusa morib9 fuisse notissi
mum quo quisq3 malus ierit redibit pessimus. nã

Milo

bonis iter illud ignotum ē. qui cū aliquo ignaui adeāt con
tagio nō carebunt. G. Circo delector atqȝ arena. R. Atqui de
lectacōes alie uanum. seu libidinosum aliquid habere. hec utrȝ
qȝ sup. additamqȝ seuiciam ⁊ i huānitatem hēt. bonis aīs remi
dignam neqȝ excusat. qd̄ hijs ipis romani olim flos hoīum
delectati sunt. ideo namqȝ iudico urbs illa alioquin habūdantissīa
bonorum omnium atqȝ illustrium exemplorū. michil omīo repre
hensibilius habuit. reliquis qȝ difformius. sibiqȝ in uicē quam
hunc discordiarum ciuiliū. hunc ludorum studiū i modicū q̄n
non sufficeret bellorum ciuior domi militieqȝ nisi quieta pax eēt
quieteqȝ q̄ uoluptates. nisi ideo fortassis honestius quis theatrū
dixit. cū pīt inhiantes uideas. nō mō pplm̄ ſ; senatū. atqȝ ipos
mūdi dn̄os imperatores romanorū sic spectacul' capiebat illi ⁊ qui
huāno generi spectaculum fūi erant. rem mirabilem dicam. ſ; cogni
tam uulgatamqȝ sic cunctorum aīos teatralis furor ille puase
rat. ut non mō cōiuges cesarum aut filias. ſ; uirgines quoqȝ uesta
les in publicum atqȝ in turbas educeret. quarum pudicicia m
chil exactius. michil fama tenerius michil cōuersatōe secretius usqȝ
adeo ut in eis omīs motus. omīs cultus. omīs sermo laxior nota
dignus. ac supplicio habetur ⁊ tn̄ hijs ipis in teatro locum assig
nasse legitur. non quicūqȝ. ſ; summus atqȝ optimus pn̄cipū augus
tus cesar. neqȝ ideo minor ē error is quo magni errant. ſ; maior at
qȝ cōspectior. G. libent' scenicos ludos specto. R. rem que nec honeste
geritur nec honeste cernitur. nec facile dcū ē. an lusor infamior an spec
tator. ⁊ an scena sit turpior an orchestra. nisi quod in illam sepeq
dem paupertas. in hanc uō semper uanitas trahit. in oī sane delicto plu
rimum interē. utrum inopia an libidine. seu superbia quis delinquat
G. amphiteatri spectaculis delector. R. dampnosa undiqȝ ⁊ pu
blice puatimqȝ nocēs delectacio. quod facile colliges si in animum
reduceat ex historijs rei huius inicium progressusqȝ. quanto publica censuis
impendio quanta quoqȝ in samo pxima ducta circa. quanto demum
ppli studio ac labore cōstituit. equidē ⁊ tot uana dinumerare diffi
cile ē. ⁊ tam uulgata superfluū. mille simul gladiatorum pa
rio ludo tn̄ satis multa ſ; plio elephantum. tigridumqȝ ⁊ leo
num ac pardorum greges. onagrorum quoqȝ equorumqȝ forci
um atqȝ aīalium diuersissimi generis. e toto orbe transmissos. om
tiarum similis. omniumqȝ generū uenatibus romano famulantibus
teatro. Adde edificandi luxuriem exemplo carentem nō imita
cione caritura. cōuectas terra pelagosqȝ marmoreasqȝ columpnas
in ludorum usum ⁊ artificium summis igenijs expolitas ⁊ uariabus

superbas auro rutilante frontibus. cuius princeps insanie nomi-
nandus est Scaurus. Is qui edilis in theatri scenam opus dierum
paucorum et quod paucis lignis ac funibus attolli potuerat sufficeret
cum edilis populi talibus gaudentis. trecentarum sexaginta co-
lumpnarum talium monstra intulit. fecitque opus ut scriptum te-
nes. maximum omnium quecumque fuere humana manu facta. non
temporaria mora. verum etiam eternitatis destinatione quo perierunt
ut verissime dicetur proscriptione primum quam aves. idem post edili-
tate levissima mores bonos in exilium pepulisse. ut qui multi
poiti temporis via prolebeale. multarumque inutilium impensarum rei
publice auctor et exemplum fuit. Sed o mirum dictu mox furorem vi-
cere hunc sequentium furores. quibus effectum est ut miraculo operum ac mundo
fateri oporteat. post Romam nichil mirandum fuisse in toto orbe terra-
rum. Nam et hec eo tempore septem urbes penetrata terre intima perfosse sun-
tes. egeste rupes abdite. auri amnes et insulas coacti. inclusum
aut exclusum molibus iratum equor. suspensa iuga montium tempe-
tique marinum recessus. denique stratum late signatumque nepotibus
iter insanientibus et impleta in nobis spes annorum numquam scilicet defu-
turam esse luxuriam. et ut cumulatius malum sit. publicis damp-
nis accedit calamitas privatorum. qui spectandi cupidine corrup-
ti et cottidiani interim questus immemores. neque diem labi senciunt
neque armatam tergoque instantem respiciunt egestatem. sic in cassum et
privata in publicam et publica pernicies in privatam vertitur. neque non
primo morum iactura gravior quam morum ubi libido discatur humani-
tasque dediscatur. proinde quid de spectaculis speraretis. Iam ab exordi-
o primus regum nostrorum Romulus omen fuit. qui in his rigidam
tetricamque illam Sabinarum pudicitiam commaculavit. et si utrumque
matrimonii honor texit iniuriam. At quam multis hec postmodum
non ad coniugium sed ad stuprum. vagamque luxuriam fuit via. Ad sum-
mam enim hoc teneas velim. pudicitiam spectaculis sepe stratam
semper impulsam. et ut sileam viros quibus is scelerum furor est ut
pene iam adulterio glorientur. mulierum ibi fama periit. pudorque
multe inde domum impudice. plures ambigue rediere. castior
autem nulla. Iam vero corporum clades. nequid prorsus desit in for-
tunii que non singulorum modo sed populorum strages indicio
sunt. et risus subito versus in gemitum. elataque funera e caveis et
plaudentium choris mixte lugentium cohortes. Audisti ut Curio is
qui civili bello processit patribus magnifica occubuit ut Scau-
rum quem opibus equare non poterat ingenio superaret. non mar-
moreum ut ille sed ligneum teatrum duplex tamen ac pensile.

meditatus. ppl'm uictorem genarum ludis uictum et piculis plaudē
tem suis mira arte suspendit. ut ridentes interius stupentes quoque ipsi
externis spectatoribus risui fierent ac stupori Et miramur impu. spe
obiecta. unius licet magni exulis animū flectē potuisse. qui oculo
rum tam leuique uoluptate pposita. tot milia animum uolubili specta
culo circumuoluit. At nemo ibi perijt dicat aliquis. sed perire potuit. et
perire alibi innumeri Ne ue attingam nouas simul ac ueterēs ruin
as. quibus sepe multi mortem simul ac tumulum inuenere. Sub tibe
rio principe celebri spectaculo. apud fidenam urbem amphiteatri
lapsu. oppressa uiginti hominū milia meministi. hic spectaculorum
fructus hij sunt exitus. G. spectaculis cum uoluptate detineor. Ro.
Aut fictis amoribus Aut ueris odijs. primū equitē nō ē mirum uō n
hominis spectare quis ferrum insolentius excepit quis feriendo uul
nere plus cruoris effuderit. quis minus conspecta morte palluerit. quod
crudelitatis ad scolam ne iuuat. nō egetis preceptoribus. nimis tales
malorum estis pluria p uos domi discitis quam necesse ē. Quid si tam
promptis ingenijs artifices scelerum ac magistri errorum plebs ac
cesserit. multos quos natura mites fecerat. seuiciam spectacula
docuere. mens hominis in uicia prona. non urgenda utique sed fre
nanda est. si sibi linquitur egit stabit. sed impellitur preceps ru
et. multum mali auribus inuehitur. sed multo plus oculis
illis qui fenestris bipatentibus in animam mors irrumpit. in
potencius in memoriam descendit. quam quod uisu subit. facile
audita preteruolant. conspectarum ymagines rerum herent etiā
in inuitis. nec se tamē nisi uolentibus ingerunt. nisi primo aut
cursus obstitum Quo pergis igitur. quis te rapit impetus. ut ad horā
gaudeas. unde semper doleas. aut uideas simul. quod uidisse
milies peniteat iugulari ferro hominem aut ferarum dentibus
unguibusque discerpi Aut tale aliquid. quod et uigilem turbet et
sopitum terreat. Nescio quid dulce. quid non potius amarum et
ac triste sentitis. nec ullum maius in uobis insanie argumentū
uideo. quam quod cottidie uos ad mortem miseris delinimentis
allectos et uelut stigio sopore demersos dulcedo amara et delec
tacio in amena precipitat. una ē enim uobis lex rerum ferme om
nium quicquid cupitis. quicquid molimini. quicquid agitis contra
uos est.

De equis Gaudium

Equo agili delector. Ro. ferocissimo et inquietissimo
animante in sompnum quoque et inexpleto uoragine. G.
equo libens circumuector. Ro. non multo ē prius ma
ri turbido quam firmenti equo rapi nullum animal

Insolencius domino suo est. nec inepte equorum domitoribus
iam in proverbium venit. bis equum male facere quod nimis hic hu
mile hinc superbum sit. qui illis viribus eaque pernicitate pulli albo
fieri alterius. domarique duris stringi fasciis. nodosque frene vinciri
ferro fricari. ferro calcari. pertusa clavis ungula ferro urgeri. fer
ratum ferre vectorem. turpe carcere ac gravem frenum pati possit
Inde ante quasi indomitus. non tamen pro libero se se gerat. sed ut domi
in sui hostis agit omnia. si currendum est. stimulos non audit. sed sub
sistendum frena mordicus rapit. si fremendum torpet. si latendum
fremit. obsequiosum illud ut perhibent fidumque animal de quo
tam multe iactantur fabule. animal nobile regium optabile co
lendumque dignum quod enormi precio comparetur. an vera inutiliter
cura. Summo vero animal quod si conferantur cum obsequiis tedii
nemo sapiens emat. nemo diligens pascat animal et cui impa
ciens et laboris. illo timidum hoc delectum. nunc impetuosum. animal
nunc ignavum. nunc audax. nunc trepidum. nunc volatile. nunc cadu
cum. hunc culicem metuens atque umbrarum. hunc dum suum
spernens. divisis quoque illum nivis in discrimen trahens. Quis continu
eam. quis morsus. aut et calces explicet. quis hinnitus et ascensio
nis impaciam ac sessoris. Equidem quod equorum mores. totidem
equitum constat esse pericula. Hoc equorum studio detineor. Ro. mira
rer nisi ingentes viros usque ad ludibrium captos hoc studio me
minissem. Quis alexandrum macedonem non audivit amato
equo tumulum erexisse. urbemque equi nomine appellasse. sed michi de
in illo mirabile iuvente impetus et animi fervor facit. Mirabilior
in augusto. quamvis minor inepcia. neque enim urbem equo ille su
o instituit. sed sepulcrum. idque ipsum illi gravitati atque ingenio im
par fuit. Nam divi Julii monstruosus sonipes an ab ipso an ab alio
ante edem veneris marmorea sit consecratus effigie dubitari potest. Mi
nor multo vel etate vel gloria verum opibus ac cesareo nomine pene
equalis Antoninus verus ut sileam quem vicerunt? quem ve amic
tum equo quem in morte amabat exhibuit, eterne et viventi simulac
rum aureum fieri fecit et mortuo sepulturam quo gravius stomacemur
in vaticano extruxit. tot inter sacra ossa ibi condita et condenda. Vix cre
dibilia loquimur vera tamen. horum similiumque consciis vates
Lexidum animas apud inferos quoque equorum studio deditas
facit. Nec minor ideo sed maior est vanitas. que tam magnos ad se
animos trahere potens est. Neve quis presentium tamen non moderna
~~tm~~ amenciam suspicetur. redeat ad memoriam nec longe seu
loco seu tempore requirendus. adhuc enim vivit nec dum senuit



et in terra ytalica nobiscum degit is quem nominare non est
necesse, fortune utique vir ingentis, nec parvi ingenii consiliique vir
alioquin magni animi nec insulsi ubi quid serio agendum
incidit. qui tamen egrotanti equo quem amabat aureum pul-
vinar ac sericum cubile substravit. cumque ipse interim podag-
vinctus atque immobilis medicorum legibus regeretur nichil-
ominus tamen aut suorum vectus manibus aut equo alteri
iux iniectus et suos medicos secum ducens egrum suum bis
terque cottidie visitabat, illi suspirans atque anxius assidebat, il-
lum leniter manu tractans, blando murmure solabatur. Quid
multa nullum medicine genus intentatum, nil languenti
amico debitum pretermissum fuit. fabulam fortasse posteritas
vocet. vera res et magno in populo nota est. sic vir fortis equi cu-
ram gessit ut propriam, sic extinctum luxit ut filium. G. delec-
tat equitare. R. est id quidem utile interdum et celeritati ad-
miniculum et fatigacioni remedium et nobilitatis insigne. non
inficior gloriosum vulgo extantem insigni equo vehi et cunctis
excellere, nec vertice solo sed humeris et toto pene corpore supra ceteros
contra vero laboriosissimus et sepe domino suo pestifer inimicus e-
quus. optes iter pedibus agere. tanta est respirandi vel minimum
facultas equestre periculum pedestri luto seu pulvere permuta-
re velis. proinde multos media de morte rapuerunt equi, mul-
tos in mortem impulerunt, aut eliserunt, aut corporibus oppres-
serunt. Quid quod ultimum belli semen equi sunt. tolle equos
peregrinos terris in circumsonis partemque maxime bellice cladis abstu-
leris ut quod de ventis in natura, quodque de Julio cesare in hi-
storia est quesitum, expediens ne fuerit aut flare ventos aut
cesarem nasci, et de equis similiter queri possit, tam multa sunt
utrinque contraria. Nec inmerito thesalia que prima equos reperit do-
muitque, prima aureum argenteumque nummum cudit, prima
pelagus rate temptavit, martis seminarium visa est, quod non se-
mel post tot seculis multo claroque sanguine patuit. G. quam
me putas iuvet poeta noster ubi nobilis equi speciem moresque de-
scripsit. R. nec te terreret hebreorum vates ubi ait. Ab increpati-
one tua deus Jacob dormitaverunt qui ascenderunt equos.
excute signacula alias singula non tam illud leve quam hoc
asperum.

De venatu et aucupio Gaudium.

De canibus gaudeo. R. Nunc intelligo adolescen-
tis in verbis gaudium, de quo Flaccus gaudet equis
canibus et aprici gramine campi. unde autem nec quod

sequitur sis. cereus in uicium flecti monitoribꝫ asper. utiliū tard9
prouisor ꝓdigus eris sublimis cupidꝰ ⁊ amata relinquē pernix
huc te enim ēē metuo qui gaudiū tuū infugacissimis rebus locas
G. canibus ac uolucribꝫ delector R. hec insanie de erat nō satis
ē currere ac uagari uolare etiam instituis. G. rides me uolabo
equidem. sꝫ uolantibꝫ delectabor R. at ille delectacōnem tuam
despicient abeuntes nec te noscent ⁊ ingrate se uocanti surdas
exhibebunt. quid implumis facies alata uoluptas tua ē fuge
reddeant. dampnosa reddit occupacio. iterum clamabis ⁊ oblit9
melioris negocij diem ꝑdes. iterum anxius ⁊ oculos fixus ī
nubem post auiculam tuam flebis quasi nil necessarij operis
famie et claris quasi nominibus obscura cognomina. Idque si prin-
cipum maxime evenire potuit. quid privati sperent. quibus esse de-
beat amica mediocritas inimica luxuria. G. corinthijs delec-
tor. R. At si pectus erroribus. oculique fulgoribus claudentur.
liquido appareret. quantum fictilia preferenda corinthijs essent
que vel parata faciliora vel iocundiora usui vel securiora servatu
vel divinis humanisque cultibus aptiora. certe quod ad securitatem
attinet. si vera hec cesaris narratio est proscripti illi securius vixissent
si corinthijs caruissent. ad quod ad divinum cultum. tum propi-
tiam magis hominibus fuisse divinitatem dum fictilibus
coleretur. nec michi dubium nec senece. quod vero ad humanum
usum fictilia tuberonis quamvis ut probrum grave apud populum certis
domino nocuisse suffragijs certum sit et preture repulsam peperisse et
Maximoque valerio summi populi populariter excusanti indigna,
fuisse publico munere videantur. ego tamen hic quoque cum seneca,
sentio. apud quem illa multis laudibus efferuntur. sunt enim
parsimonie antique. et romanis aptissima moribus quibus ut in
modestia privatas familias privata domus. sic bene institute urbis
honestate res publica regi debet ut firmato consensu metam teneat e

nota de vulgo

qui interius est compositi ac tranquilli status. Itaque si helius a
tubero fictilibus suis ante cellam iouis expositis. quibus ille
frugalitatem atque sobrietatem ut quod ait seneca. paupertatem in
capitolio consecrabat. oculos populi iam lascivientis offendit non
est civis egregii culpa sed temporum. iam tunc res ab illa prisca seve
ritate ad hanc molliciem inclinabat. que primum pateras scip
hos que auritos gemmatos. discum argenteum corimbiatum
lancem pampinatam. pateram hederatam mirari cepit et
reliqua que galienus imperator claudio imperatori misit post
futuro deinde alias fluviorum species que magnificencie tribuit
Novissime autem diebus hijs non ederas modo vel pampino vel
corimbos sed ipsos cum incolis suis silvas. omne genus ar
borum ac ferarum et volucrum et hominum vultus et quicquid
vel oculus vidit. audivitque auris vel mens finxit in auro ex
pressa vel argento. longa iam consuetudine non miratur gemmis
illinans de quibus paulo ante tractavimus. quid multa ipsum
iam vilescit aurum crescente superbia. Precium vero que laudas
corinthia viluerunt contemptusque ad vera rerum usum extima
cione laudabilis futuris de falsa nobilium admiracione damp
nabilis factus est. G. ego vero corinthia nunc miror. R. corinthi
orum usta fatibus suo vos ussit incendio et murorum excidium
suorum in vestros animos ulta est. neque id novum. sepe numero
victores bellorum externorum simul externis vicijs victi estis
Sic vos scipio asiaticus et mallius volsco asie victores. asiati
cis delicijs. lectis que purpureis atque aureis vestibus. exquisi
toque supellectili quodque vilissimum epulis cocis que pessundedit
sic pompeius gemmis ac margaritis. sic vos mummius tabu
lis pictis atque corinthijs subiugavit ut dum de hostibus du
ces vestri et de vobis vestris que demoribus hostilia triumpharent
G. cupide corinthijs vasis utor. R. neque vasa corinthia ne
que aurea meliorem cibum faciunt. neque fictilia peiorem neque
odio de equalitate rerum. sed ex morbo animi hec vana cupiditas or
ta est. seu ipsa potius morbus est animi cui ut consules convalescas pro in
utilium tot vasorum curis unam arripe utilem ac salub
rem ut scias ipse tuum vas in sanctificacione et honore si
cut scriptum est. non in passione desiderij possidere. De librorum

copia

Librorum copia magna est. R. oportune admodum de hijs sermo oritur. nam
ut quidam discipline sic alij voluptati ac iac
tancie libros querunt. sunt qui hac parte supellec

tilis exhornent thalamos. que animis exhornandis inventa
est. neque aliter hiis utantur quam corinthiis vasis. aut tabulis pic
tis. ac statuis ceterisque. de quibus prius disputatum est. Sunt qui
obtentu librorum avaritie inserviant pessimi omnium non
librorum vera pretia sed mercium extimantes. pestis mala sed recens
et que nuper divitum studiis obrepsisse videatur qua unum
quam unum concupiscentie instrumentum atque una ars accessit. G.
librorum larga copia est. R. operosa sed delectabilis sarcina et a
iocunda distractio. G. ingens est copia librorum. R. ingens simulque
laboris copia et quietis inopia. huc illuc circumagendum ingenium
hiis atque illis pergravanda memoria. quid vis dicam. libri quosdam
ad scientiam. quosdam ad insaniam deduxere. dum plus hauriunt
quam digerunt ut stomachis sic ingeniis nausea sepius nocuit
quam fames. atque ut sic ciborum. sic librorum usus. pro utentis
qualitate limitandus est. in rebus omnibus. quod huic parum illi est
nimium. itaque sapiens. non copiam sed sufficientiam rerum vult
ille enim sepe pestilens. hec semper est utilis. G. immensa librorum co
pia est. R. immensum dicitur quod mensura caret. sine qua humanis
quid in rebus rectum sibique conveniens tum metire. est in hiis etiam
que optima iudicantur. immensitas atque immoderatio fugienda
semperque pectoribus herendum. illud comicum. nequid nimis. G. li
brorum inextimabilis multitudo est. R. maiorne tibi quam
ptolomeo philadelpho regi egipti. quem alexandrine bibliothe
ce quadraginta librorum milia coacervasse opinio est. qui tamen
diversis ex locis. diu magno studio quesiti simul omnes arserunt
quod elegantie regie cureque opus egregium fuisse Ait livius
quem seneca reprehendit. non id elegantie cureque regie opus dicens
sed studiose luxurie. ymo ne id quidem sed sui ipsius conquisitis specta
culis inaniter ostentationis. et livii tamen dein et tholomei factum
utrumque forsitan regie opes excusent et in longum publicis
usibus prospiciens regis intentio. In hac certe laudabilis quod
sacras litteras mundo non utiles modo. sed necessarias summa diligentia
atque impensa per electos ad tantum opus viros in grecam linguam
ex hebraico fonte transfundit. At quid facias privatis non equantibus
sed superantibus apparatus regios. Sereno equidem samonico
doctrine viro ingentis. sed maioris cure plurimarum litterarum. sed pli
um voluminum. duo et lxta milia librorum fuisse legimus.
quos omnes Gordiano iuniori cuius preceptor fuisset amicissimus ille mo
riens reliquit. magna profectus hereditas et multis suffectura inge
niis. unum non quis dubitet oppressura Quid hic autem queso

si nil egisset in vita, nullum illi vel scribendi studium fuisset vel
querendi labor. Michil omnium tot voluminibus comprehensorum
legere atque intelligere laborasset. An non satis huius negocii libros
ipsos ac librorum titulos et auctorum nomina et voluminum for
mas numerumque cognoscere. Pulcra vero ars que de philosopho librarium
facit. Crede michi non hec nutrire scriptis ingenium, sed necare
mole rerum atque obruere, vel fortasse medijs in undis more
tantaleo siti anxiam torquere rebus attonitam degustantem nichil
atque omnibus inhiantem. G. Libri innumerabiles sunt mihi. Ro. Et er
rores innumeri quidam ab impijs alij ab indoctis editi. Illi quidem
religioni ac pietati et divinis legibus, hij nature ac iusticie mori
busque ac liberalibus disciplinis, seu historie rerumque gestarum
fidei. Omnes vero adversi. Inque omnibus et presertim primis ubi maiori
bus agitur de rebus et vera falsis immixta sunt, perdifficilis ac
periculosa discretio est, utque ad plenum auctorum constet integritas
quis scriptorum inscicie inhercieque medebitur corrumpenti omnia miscen
tique? Cuius metu multa iam, ut auguror, a magnis operibus clara in
genia refugerunt, meritoque id patitur ignavissima etas hec culi
ne sollicita, literarum negligens et cocos examinans non scriptores.
Quisquis itaque pingere aliquid in membranis manuque calamum
versare didicerit, scriptor habebitur doctrine omnis ignarus, expers in
genij, artis egens. Non quero iam nec queror ortographiam
que pridem interijt, qualitercumque utinam scriberent quod iubentur. Ap
pareret scriptoris inscicia, rerum substancia non lateret. Nunc
confusis exemplaribus et exemplis unum scribere polliciti sic a
lij scribunt ut quod ipse dictaveris non agnoscas. An si redeat Cice
ro aut Livius multique alij veterum illustrium, ante omnes
Plinius Secundus, sua scripta relegentes intelligerent et non passim
hesitantes nunc aliena crederent esse, nunc barbara. Inter huma
narum inventionum tot ruinas, licet sacre stante tum maiore
hominum studio, tum vel maxime protegente sua sacra poemata
suas sacras historias divinasque suas leges auctore illarum deo
suamque plenitatem suis inventionibus largiente, reliquarum
nobilissime perierunt et iam magna parte periere, sic ingentis dampni
nullum est remedium quia nullus est sensus. Neque id no
vum. Hac in re et virtutum et morum dampna ingentia negli
guntur, cum tanto studio minoribus occurratur. Literarum iac
turam inter minimas numeratis. Sunt qui numerent inter lucra.
Fuit nuper non in agris aut in silvis sed in maxima florentis
simaque et quod stupeas urbe Ytalie, neque hic pastor, arator, nec sed

de scriptoribus malis

uir nobilis magnuqz apud suos ciues loci/qui uiuit magno
se p̄cio emptitium/nequis unq̄ suam patriam l'ratus incoleret
aut intraret. D. uox saxei pectoris fertur tale aliquid sensisse
licinius infestus l'ris ut scriptum ē. quas uirus ac pestē publi
cam noiabat. ꝫ origo illum rustica forsan excuset. ⁊ si eum
usqz ad cesareum nomē ascendisset. naturam tamē non ex
ueret. verumqz ē illuc flacci. Fortuna non mutat genus/ꝫ
quid nobilibus uīs dicam. qui nō nīs pre l'īs patiuntur/
ꝫ exoptant uotis/Equidem hic rei pulcerrime ɔtemptus
atqz hoc odium breui nos in p'fundum ignorancie demise
runt. Accedēt ne apposito de eriem ⁊ sc̄ptores nulla frenati
lege. nullo p̄bati examine. nullo iudicio el'ti/nō fabris nō
agricolis. non textoribus. nō ulli fere arcium licencia tanta
ē. cum sit in alys leue periculum in hac graue/sine delectu tñ
ad scribendum ruunt oīs ⁊ cūcta uastantibus certa sūt p̄
cia/nec nō hec sc̄ptorum magis humano more lucra capta
cium quam studiosorum publicisqz rebus p̄sidenciū culpa
ē/quib9 nulla unq̄ rei huius cura fuit Oblitis quid euse
bio palestine ɔstantinus iniūxit. ut libri. s. nō nisi ab artifi
cibus hys qz antiquarys ⁊ p̄fcē artem scientib9 scriberentur.
G. librorum copia bona ē. Ro. quid si capax aīus non ē. Me
mi nisti sabinum illum apud senecam seruorum suorū scīe
cia gl'iantem. quid int' te ⁊ illum intē. nisi qz aliq̄to tu stul
cior. uterqz equidē alieno uerum ille seruorum ⁊ ēte suorū
at tu liberorum nil ad te ptinētiū ingenio gl'iaris. sūt qui⁊
quitquid in libris sc̄ptum domi hēnt. nosse sibi uideant cūqz
ulla de re mēcio inadit hic liber inquiūt ī armario meo est
hoc tm̄ idqz sufficē opinantes. q̄ simul ī pectore sit/ellato ⁊
supcilio ɔticescunt/ridiculum genus. G. libris affluo. Ro.
quam mallem īgenio ⁊ eloquēcia ⁊ doctrina. multoqz maxīe
innocencia ac ūtute. ꝫ hec uenalia nō hēntur ut libri. ⁊ si hē
rentur. nescio an emptores totidem reptura/quot libri/illi
eum muros uestiūt/hec aīos. qui quoniam oculis nō ui
dentur ab hōībus negliguntur. at p̄fcō. si librorum copi
a doctos facēt. aut bonos/doctissimi oīum optimi eē posset
qui ditissimi/cuius sepe ɔrium uidemus. G. adminicula ad dis
cendum libros hēo. Ro. uide autē ne impedimēta sint pocius
ut nonnullis qd̄ de magno pompeio lectum ē ad uincendū mt
titudo bellatorum/sic mlt'itudo librorum multis ad discendū
nocuit. ⁊ ex copia ut fit inopia orta ē. qui si illuc adsint non

abiciendi equidem sed sequestrandi erunt utendumque melioribus et cavendum ne qui forsan intempestive profuturi essent intempestivi obsint. G. Multi et varii sunt mihi libri. R. Fallit sepe viarum multiplicitas viatorem et qui uno calle certus ibat hesit in bivio multoque maior est error trivii aut quadrivii; sic sepe qui librum unum efficaciter legisset inutiliter multos aperuit evolvitque. Multa sunt honerosa discentibus, doctis pauca sufficiunt, nimia utrisque sunt importuna, sed fortioribus humeris subnectant agilius. G. Librorum nobilium magnum numerum contraxi. R. Librorum numero nemo quod nunc certarit post regem illum egiptium nobilitatis est, neque id sibi tam numerus dedit quam famosa translatio, haud dubie mirum opus, tot ingeniorum nisi unius post ingenii miraculum maius esset. Calle alio niti oportet ut ex libris gloriam queras, non habendi sed noscendi, neque bibliothece sed memorie committendi, cerebro non armario concludendi sunt, alioquin vel librario publico vel armario ipso gloriosior nemo erit. G. Multos egregios libros servo. R. Multos in vinculis tenes, qui si forsan erumperent loqui possent, ad iudicium te privati carceris evocarent; nunc flent taciti multa quidem, nominatim illud quod per sepe unius in eris affluit avarus quibus multi egeant studiosi.

De scriptorum fama gaudium

Quid quod ipse libros scribo. R. Morbus publicus contagiosus insanabilis, omnes sibi usurpant scribendi officium quod paucorum est; unus hoc correptus malo multos inficit, emulari enim promptum, imitari arduum; unde indies crescit egrotantium numerus simulque vis egritudinis ingeminat, cotidie plures, cotidie peius scribunt quoniam sequi facilius quam assequi. Scatum neque compertum et cum tempore clarius est illud sapientis hebreorum: faciendi plures libros nullus est finis. G. Scribo. R. Suis utinam se finibus tenerent homines, rerumque ordo constaret qui mortalium temeritate confunditur. Scriberent qui sciunt et qui possunt, alii legerent vel audirent. Ita nunc perversa enim animi voluptas intelligere est nisi manus ad calamum presumptuosa festinet, ut quisquis libri particulam intellexit seu intellexisse visus est sibi, illico libros scribere videatur idoneus. Hereret utinam memorie unum nunc Ciceronis dictum in Tusculani sui vestibulo, ne quem lateat, claro scilicet ac patenti loco positum: Fieri enim inquit potest ut recte quis sentiat et id quod sentit polite eloqui

non possit. et sequitur mandare quemque cogitationes suas litteris. qui
eas nec disponere. nec illustrare possit. nec delectatione aliqua
allicere lectorem hominis est intemperanter abutentis et ocio et litteris.
Sunt quidem ciceroniana ista verissima. sed eciam usque adeo vulg
aris abusio est ut nemo non sibi unum dandum putet. quod illi oli sac
tissimo exuli. qui non arescentibus rivulis sed de ipso veri fonte
potaverat. dandum est et sepius repetitum scribe. cui precepto contemp
tores preceptorum omnium. omnes obedivit. omnis scribunt. quod si
in hiis qui alienos veteres scribunt libros. magnum diximus
esse periculi quanti putas in hiis qui proprios recentes quibus dubias et
dampnatas mundo invehunt disciplinas seu quod in hiis malis
est levissimum. stilo obtundunt inconditio et agresti. sic ut utilis ingenii
iactura saltem temporis. laborque aurium tediumque non deerit. hic i
ncarum hodie non alius fructus in vecordium aut inficere. aut af
ficere. refice autem numquam aut perraro. omnis tamen assidue libros
scribunt. nec illi etati tanta vel scribencium. vel disserencium copi
a. tanta sciencium atque eloquencium fuit inopia horum de libris ac
cidit quod ibidem cicero idem ait. Itaque suos libros inquit ipsi
legunt. cum suis nec quisquam attingit preter eos qui in eandem
sibi scribendi licenciam permitti volunt. quod quidem acerioris e
tate rarum fuit. nunc commune est. omnis igitur attingunt quia
eandem licenciam volunt omnis. sic se mutuo cohortantur impellunt
que. scribentes inania et laudantes. laudemque filium filiis de laudi
bus aucupantes. hinc igitur illa scribencium audacia rerumque con
fusio. ne tu tibi valde placeas libros scribens. G. Scribo libros
Ro. melius fortassis illos legeres. optime autem in vite regu
lam lectam converteres. tunc est noticia utilis litterarum. dum in actum
transit. seque ipsam rebus approbat non verbis. alioquin verum sepe
deprehenditur quod scriptum est. scienciam inflare clare velocitate que in
telligere multa vel et grandia. eademque tenacius meminisse et orna
te loqui. et artificiose scribere et pronunciare suaviter hec omnia ni ad
vitam referantur. quid sunt aliud. quam inanis instrumenta ac
tancie. inutilis que labor ac strepitus. G. libros scribo. Ro. for
sitan utilius arares campum. gregem pasceres. telam texeres. ma
ria navigares. multi quos natura mechanicos fecerat. illam in
vita atque obluctante phantur. et aliquos philosophie aptos natos
in arvis. aut pascuis. inscanis opificum. aut nautarum tran
striis fortuna detinuit. unde effectum quod videtur causarum
inscii. ut in mari medio. aut rure in silvis. atque officinis acta
et erecta reperiantur ingenia. cum in scolis exanguia ac deiecta

sint. difficile enim vincitur natura si vincitur. G. Scribo ardenter
R. quanto ardentius olim multi. quorum ardor sic extinctus
est. ut scripsisse illos nisi id alii scriberent nesciretur. nullum opus
humanum semper durat et mortalis labor nichil efficit immortale
G. Scribo multa. R. quanto plura alii. Quis Ciceronis libros aut
Varronis enumeret. Quis Titi Livii aut Plinii opera recenseat. Greco
rum unus sex milia librorum condidisse traditur. O ardentem spiritum
si vera res est. O longum otium ac tranquillum. etenim si unum duos ve
aut omnino paucos libros bene scribere multi negocii est laboris. tot
unum milia scripsisse non tam est credere quam mirari. sunt tamen at
testantur auctores. quibus non credere durum sit. quique huic nu
merum non auditu sibi nec visu solo sed eorum librorum lectione
comptum dicant. quos si omnis unum legere potuisse mirabile quanto
mirabilius est scripsisse. longum est enumerare. qui vixi apud nos. qui
ve apud grecos. et que scripserunt. quorum nullus ad plenum studiorum
fortunatus fuit. sed horum aliqua. illorum autem magna pars. quorun
dam omnia periere. tu de tuis quid presagias videto. G. Scribo et ea item
michi voluptas unica. si ut ingenium exerceas. scribendoque alios Ro
te doceas. si ut obliviscaris temporum presentiumque memoria. presentis tedium
effugias excurso. si ut scribendi morbo occulto et insanabili mede
aris misereor. sunt namque que nescis. qui non scribunt nisi quia
nequeunt desinere. et velut ex precipiti decurrentes volentesque
subsistere rapiuntur. G. Scribendi impetus ingens est. R. melancolice
spes infirmitas fuerunt. Alii lapides iactant. Alii libros scribunt
hinc scribere furoris initium fuit. hinc exitus. G. Scripsi multa
et scribo. R. si posteris profuturus nichil sanctius si tibi medium
nomen quesiturus nichil vanius. G. Multa scripsi. R. opere cla
rum insaniem et miramur si membrane solito cariores sunt
G. Scribo et hinc famam quero. R. dixi iam melius forsitan
arares. aut foderes messem sperans. humi enim tuaus quam
in vento seritur. atqui fame studium et pertinax studium scribendi
opera ut quosdam claros. sic innumerabiles stultos quoque inopes
in senium misit. nudosque et loquaces spectaculum vulgo fecit
Ecce dum scribis melioribus curis. pretereum tempus elabi
extra vos rapti sopitique non advertitis. donec presto vos senec
tus excitet ac paupertas. G. Scribo tamen fame cupidus. R. no
vum studium de labore victum querere. certe ego victos op
tare nauticum putabam De magisterio gaudium

Et magisterio insignitus sum. R. mallem fateor disci
plina. magis enim condisciplinato et rudi nichil est turpius

G. magi[ster] ex merito fctus sum. R[atio]. ut magi[ste]r digne sis. non nisi di
scipulus meruisti. obsequentem atq[ue] humilem te docilem q[ue] p[ro]
bueris oportet. alioquin ob errasti in uia que ad magisteri
um ducebat. et si non ignore[m] quosdam sine magi[ster]o ad sci[enti]e
g[ra]dum altissimum [con]scendisse. id q[uod] de ipsis uiros magni no
minis p[re]dicasse. l[itte]ris q[ue] mandasse. s[ed] hijs labor et ingenium et
discendi ardor et intentio et assiduitas et p[er]seuerancia p[ro] ma
gi[ster]o fuit. nec interius in silencio magister de fuit. at nunc
michi de co[m]munib[us] sermo est. G. magister dicor. R[atio]. multis ne m
agi[ste]ri ueri e[ss]ent. magi[ste]ri falsum nome[n] obstitit. dumq[ue] de se plus
omnibus quam sibi. dumq[ue] q[uo]d dicebantur. s[ed] non erant e[ss]e cre
diderunt. q[uo]d e[ss]e poterant non fuerunt. G. magisterio clarus.
sum. R[atio]. uidisti unum acidi tabernam picturis aut floribus uer
nis insigne[m]. ubi sitiens uiator falli possit. s[ed] nu[n]quid et caupo
suis fallitur artibus. sunt e[ni]m aliqui sic fallacijs assuefti ut lo
go usu fallendi alios ad extremum et se fallere incipiant. q[uo]d
q[ue] diu suasere alijs. aliquando p[er]suadeant sibi et q[uo]d falsum sci
uerint uerum credant. tu ut libet magisterio gl[ori]are. quod si
digno obtigit. nichil noui si indigno. duo hec mala secum
attulit. ut et disce[re] pudeat et necior ignorancia tua sit. Cum
De uarijs tititulis studiorum gaudi[um]



itulis multis ac uarijs exornor. R[atio]. secunda
frondium e[st] uanitas. s[ed] inanis fructuu[m]. G.
Titulis multis habundo. R[atio]. si ueris grauis
sarcina. sin falsis et feda et pudenda. quid o
pus e[st] titulis. quibus et labor in sit aut dedecus
uirtus uno aut paucis nullo titulo [con]tenta.
ip[s]a sibi e[st] titulus. G. teologie titulu[m] su[m] adep
tus. R[atio]. erant olim huius sci[enti]e p[ro]fessores hodie
q[uo]d indignans dico. sacrum nome[n] p[ro]phani et loquaces dyaleti
ci dehonestant. q[uo]d nisi sic e[ss]et. non hec tanta c[it]o subito pu
lulasset seges inutilium magi[st]rorum. G. ph[ilosoph]ie magisterium
merui. R[atio]. ph[ilosoph]ia no[n] sapiam s[ed] amore[m] sapiencie pollicetur. quis
quis hanc igitur uult. amando [con]sequitur. no[n] e[st] ut quidam pu
tant. operosus aut difficilis hic titulus. mo[do] uerus amor sit
et uera quam ames sapi[enti]a. ph[ilosoph]us uerus eris. ueram sane sapi
enciam. non nisi purgate pie q[ue] a[n]i[m]e ul[tra] intellere possunt uel
amare. ad id ergo res reddit. q[uo]d sc[ri]ptum e[st]. Pietas e[st] sapi[enti]a.
ph[ilosoph]i aute[m] nu[n]c huius sunt [con]temptores aut ignari. ut de the
ologis nunc dicebam. ad ubosam inutilemq[ue] dyaleticam sunt

redacti Itaqꝫ de deo illi. hii autem de natura temerarie fabu
lantes illi omnipotentissimā maiestatē uictosis sophisma
tibus circūscribunt. et subsannanti irridenti[que] de deo. sic insolētis
iusticie leges ponūt. isti uero de nature archanis ita disputāt
quasi e celo ueniant. consilio[que] dei omnipotentis interfuerit. obli
ti quod scriptum ē. Sensum dn̄i quis nouit. aut quis consiliarius ei[us]
fuit. Neqꝫ nūm audientes Ambrosium. qui sepe id multis ac va
riis argumentis. Eo autē libro in quo fratris obitum luget precise ad ex
modum breuiterqꝫ presi inquit de celo disputantes. quid loquant[ur]
ignorant. G. artes profiteor multas. R. facilium id quidē multas
nosse difficilius. melior sane tutiorqꝫ confessio quam professio ē. illa enī
humilitatis et penitencie. hec leuitatis et insolencie plena ē. multo
certe facilius indulgenciam confessi querunt. quā sapienciam professi
G. diuine atqꝫ humane sapiē titulum consecutus sum. R. titulis
non eget sapiā. quia per seipsam clara ē. quis lucernam quod umquam
soli ut uideretur addidit. multi et cum hiis titulis obscuri et
absqꝫ his clarissimi euasere. sepe nullum bonis. clarum ma
lis meretrix signum fuit. G. quid quod poetica laurea coronā scri
psi. R. superior unus ē labor uerum querere. s[ed] hic duplex querere
et ornare. atqꝫ ad aurium oblectacōni fingere. magna res. ardu
a. difficilis. eoqꝫ rarissima. ueri nempe poete. utcꝫ operam dant. con
munes uero primū negligunt. contenti faleris. G. rarum laure
ptum decus. R. quesitum inde rem publicam. remqꝫ famili
arem unum post hec[?] cure. quesitum iter ad inopiam. uisedē ti
ultro prodiga tibi opes conuehat fortuna. quesitum inde aliis
amicos. aliis insolēs uidere. G. michi ipse lauream decerpsi. R. o
uirentissima arbor si te cerpit confestim nisi ingenio uberi ui
qꝫ studio rigetur aruerit. G. parta michi laurea. R. partus
labor. partus liuor. seu illa studiorum. seu armorum merces ē.
Tenerille ramusculus anno tuo michil omnino signū utica prebuit i
ane. ostendensqꝫ te multis quos melius latuisses. quid aliud
quam te morsibus obiecit inuidie. pace belloqꝫ multis insignia
nocuere. G. artem oratoriam sum professus. R. aurium audio
ea nempe in desuetudinem abiisse iam pridem uisa erat. ut que i
mensis et innumerabilibus rebus constat. unde fit ut oratores ipsis
etiam uatibus rariores semper fuerint. proinde fiere. qui dicerent
oratoris proprium de omni re copiose ornateqꝫ posse dicere quā
uis ea sententia uelut arrogantissima sit reiecta. quantis sane
de rebus et si non de omnibus dicere habeat orator adhibita in singulis
artificiosa et dulci quadam eloquencia. que per se ipsam magna res

est· equa si lance librarius obstupescens teq3 fortasse pfessionis te
merarie penitebit ut caueas ne dum scire ut infinita ul' oīa
uis uideri nichil scire uidearis· ⁊ qđ sepe accidit· sub scientie p
fessione multiplicis ignorancia delitescens necessario in apertu3 ex
eat. G. At liberalium sum pfessor arcium· R. O sepe etiam plus h3
ea res audacie quia doctrine admiraci oĩ que arcium breuis ē uita
unius tu sufficis omnibꝫ· una ars uni ingenio satis ē ut ad sum
mum estuando ⁊ anhelando perueniat· multas degustasse q̃ ptiu3
cepta necessitas ex posat· id q3 ipsum nosse· quam professum ee mo
destius Adam· qđ doctissimus uisum ē unam ipam ex oī parte
9gnosce· nulli etiam illustrium 9tigisse· de sola nempe rethori
ca notū illud senece· Magna inquit ⁊ uaria res ē eloquencia· nec
ad huc ulli sic indulsit· ut tota 9tingeret· satis felix ē· qui in a
liq̃ eius ptem receptus· id sane quibꝫ uiris ⁊ q̃tis testibus
pbet audisti· qđ cũ ita sit· quid agit ⁊ quid audeat cogitent
agmina pfessorū· pene iam uulgus equancia tam iudita
te quā uiuō· que nō una quidē pte· s3 nec una arte 9tenta ex
equo omis inuadunt. G. fiducia ingens s3 iam publica. G.
quid de medicine tandē iurisq3 pfessione dictura es. R. O. ad
egri tui clientes uideant· quid illis unq̃ ad salutē corporis
uictoriamq3 cārum· titulus iste pfuit· tibi ad lucrum sepe for
san pfuit· in hec artes seu arcium noia queritis ⁊ qđ scie defu
erit suppletur titulis atq3 habitu· uerūq3 illud fit illud satirici
purpura uendit causidicū uendunt amentistina nec id minus
ut reddeant ueteres cicerorum nemo ducentos· nunc dederit
nummos nisi fulxerit annulus ingens· postremo hec tibi ·h̃o
rumq3 oīum summa erit· ee quosdam raros quorū solida et
honesta sunt studia· horum finis ē uirtus ⁊ fructus· hec ē rerū
notica· morumq3 correctio ⁊ ul' uite mortalis ornamētū uel e
terne additus· Reliquorum uō que ingens turba ē· pos gl'ia3
petit· primum inane· s3 fulgidum· maiori autē pti unius ful
gor pecunie finis ē· primum uō exiguū mō s3 sordidum ⁊ la
bor impar ⁊ ingenio· indignū uisū· hijs s3 omibꝫ titulus ⁊
ut dixi habitus non spernendus quidē ad id enī qđ intendunt
ualet· nempe oīum pene mortaliū ⁊ psertim uulgi hor̄
ope egentis animus iudiciūq3 umbris eludit· magna ps rerum
opinionibꝫ agitur· at uirtuti dedito· titulus gl'ie alienū pror
sus atq3 ab somnum primo uero nec possibile quidē reor. G. mul
ta pfiteor. R. O. pstat unū bn facere q̃ multa pmittere· bn uenit aut
res humane si qđ pfitent' hoies id eent De titulis negociorum G.

Procurator regis sum. Ratio. Ergo hostis populi.
G. Procurator fisci sum. Ratio. Et rei publice inimi
cus. G. Negociorum gestor regius sum. Ratio.
Sua negocia gerere laboriosum est. Quid cense
as aliena, precipueque potencium, quibus placuisse
perpetua servitus, displicuisse discrimen, sup
plicium grave, parumque plerumque etiam offensione
supplicium. G. Negocia regis ago. Ratio. Rationem
sub duro iudice reddituris, nisi omnium spolijs
tuoque odio et crimine vix implendam. G. Regis nego
cia procuro. Ratio. Vide ne cum procuratio sit difficilis, tum
difficilior sit ratio, tamque inextricabilis, ut quod de multis
vidimus, patrimonium, famam, tuumque caput implicet.
G. Regius procurator sum. Ratio. Displicendum multis, ad extre
mum domino, quodque periculosius deo, per que levi regis emolumen
to gravia regni mala et ingencia dampna populorum vel dissimu
landa vel persequenda. G. Procurator regius factus sum. Ratio. Quo primum
die in usum hoc officium domus tue limen attigit, tibi vivere
desisti. Libertas inde et quies et iocunditas abiere, pro hijs fructus, la
bor, occupatio, metus, dolor, afflictio et mordaces subierunt cure. Et vita
iam non vivis etsi spires; occupatorum enim mors est. Qui cum mi
seri omnes sint, illi sunt omnium miserrimi, qui palacijs maximeque
per regibus aut tyrannis seu quibusque potentibus occupantur. G. At sum
iudex. Ratio. Sic iudica, qui mox ab alio iudicandus. Unus est omnium
iudex, unum tribunal incorruptum, ante illud stabitis morta
les. Quid si litorio iudicas, selle iudiciarie impositio et barbarica
admonitione iusticie opus est, ea in sella quisque iudicium sedet, ubi
si iniuste iudicabitur nec pecunia nec gratia nec falsi testes nec
indigne preces nec minaces nec diserti proderunt patroni. G.
Consul patrie mee sum. Ratio. Difficillima gloria rarum est quidem sic consu
lere ut prosis et placeas, ut sit enim in verbo veritas, in consilio fides,
in commisso silencium, in oracione suavitas, eventum fortuna mode
rabitur, tuo consilio precium dabit. G. Prefectus urbis sum. Ratio. Bel
uam indomitam, ut que ait Flaccus capitum multorum, tenui
frenas loro, atque in mensam solus agitatam magnis fluc
tibus puppim regis. Parva domus egre regitur, magne urbis quam
difficile regimen sit video. Parum ne tibi curarum domi erat,
qui publicas adoptasti? Quid quod non difficile modo iam officium
sed vile est prefectum urbis nullicum satiriacis vocat statum notans
temporum illorum, qui si tunc nullicias. Quid si nunc siluncis seu silua



nus sit· ceperat ea etate nulla ee roma· iam silua e. G. sum p
ses punicie. Ro. honorato exilio dampnatus· curum domesti
cam externa solicitudine permutasti· dulce nichil aut tranql
lum speres· amara et turbida psidencium sors· festis diebus lu
disque et conuiuiis arcentur muneribus clausum limen et aptum
litibus· tectum locis uacuum· plenu querimoniis ac iurgiis
Quicquid languidum· quicquid egrum· quicqd marcidum
impunitie uisceribus latet· totum tibi tractandum curandumque
obtigit· durum opus· qsti nempe negocii multos sit corrige
hinc patet· qd sese corrigunt paucissimi De titulis bellorum



militia et ducatu gaudium·

Ilitari cingulo exornatus sum· Ro· pauca ne ti
bi uite mala uisa erant· nisi militiam addidis
ses· qua uel inquietus semp inglorius· ul' peric
lo expositus ul' contemptui sis optet. G. militia
sum pfessus. Ro. hanc nascendo pfitemini· qd
pfessione alia opus erat· hic ferro corpus. hic
animum dolis· hic arguciis· linguam armat. nemo uim e in
hermis. hic serit· hic edificat· hic declamat· ille cas orat h
pedibus· ille equo seu carpento uehitur. hic currit· hic nau
gat· hic paret· ille imperat· nemo uim ociosus· que nam hec no
ua militia e. hic in castris· hic in rostris· hic in scolis· hic in
nemore· hic in agro· hic in pelago· hic in pallacio· hic domi
hic pegre uitam aget· oms militant· neque homines mo modo
sed militare in siluis catulum flaccus ait· Et militantem qui
dem multa sunt gna· militia uita e· uita hois super terram
quam qui militiam diffiniuit· ille michi demum uero et acri
iudicio rem librauit· mo militie pluz addidisset. G. arma
te militie sum ascriptus. Ro. quid armaris exterius· intus i
gna bellum e· illam uicia obsident atque oppugnant· quis h
ferro locus· nisi illud ad ornatum corporis· non ad aie tutelam
induitur· sunt qui dicant enim· nil pulcrius uiro armato· ego
quid pectus et quid caput ferreum· pulcrius heat· quam paci
ficum et in ermie non uideo· qn autem hec uoluptas tibi e. age
ferro membra constringito· ymbrem solemque galea excipies f
ro indutus clipeo opere· humi dormies· classico excitabere ad
eptus· tibi magnu aliquid uidebatur· sed errabas anceps et cru
entum officium elegisti· multe sunt autem fraudes· spei multe
fateor sunt cathene· que aios boni illius· qd omnia appetunt
in consulte auidos in exicium trahunt· neque inficior quosdam

milicia ad amplissimas opes siue etiam ad sūmum imperium pue
nisse. Crede autem michi. plures ad inopiam. ad carcerem. ad
seruitutem. ad uiolentam subitam[que] mortem. eodem tramite p ue
nerunt. Tu ex quo miliciam pfiteri. animus fuit. nisi de honesta
re artificium tuū ius semp actam ī mutato l'ras optet. semperq
aures tuas. cesarea uox illa circumtonet. disce ferire. disce mori
sillaba una breuis aut longior. tua fata numerabit. Aut occides
aut uiuum hostis locis tuis. omnib' te patium exhibe. hec artes. hec
delicie tue erunt. Sine uero sitiriam loqui. prima milicie mutante
in mirabilia equidem pfatus. uix paucissima colligit. in quibus
prima et sūma licencia ē peccandi primum hercle. Non tam iustis
uiris optabile. quam armatis legibus ut aiunt inter arma si
lentibus. G. milicie filium ascripsi. Ro. ē id ferme usitatum ut
filius militis miles sit. nō pōt enim nisi quam hēt hereditatem
filio pr dare. arcum. scutum. et gladium. et bellum. et qd ludum
ofiat. auro aucta calcario. sz qd prius diximus. sibi filius dictū
sciat. G. belli dux uictoriis clarus sum. Ro. quanto melius
pacis dux uirtutibus clarus eēs. G. multa bella cofeci. Ro. quie
tem tibi atq alijs abstulisti clarum opus. G. uictorijs ac tri
umphis notus sum. Ro. sepe malum bono notius et atra te
pestas serenitate famosior. denique parasti busto titulos. uul
go fabulam. tibi michil.

De amicicijs regum gaudium.



Quesiui michi regum amicicias. Ro. hōinum
uera amicicia rara ē. tu tibi regum fictas ami
cicias. quos fortune splendor timorq animi
oīum iparium contemptores faciat. G. regib' ca
rus sum. Ro. utilis ergo tibi amicia. uirtus fa
ma. quies. ocium. seruitus. notus ē mos regū
uix diligunt. nisi qui hijs oīb' neglectis
et abiectis. illorum se seruiae ac libidinis et
auaricie fuum feat. Si ergo carus es regib'
non est quod amplius de te queram. utilis es tibi. G. ego autē
bonitate et uirtute sum carus regibus. Ro. quid irrides Crispo
nam regibus inquit boni quam mali suspiciores sunt. semp
hijs aliena uirtus formidolosa ē. G. regi meo bonis artibus
sum carus. Ro. quibus queso aucupio an uenatu horum stu
diosum imprudenti quodam colloquio denotaui. an uō milicia
de qua proxime disputatum ē. que nisi largo sanguine magnis
q periculis honestetur. non milicie sz militaris ignauie nomē
tenet. nō regum meo iudicio sz uulgi. G. bonis artibus regi ca

ius sum. Ro. vanitate an periculo an criminibus fortassis. ho
micidio. veneficio. lenocinio. proditione. blandicijs atque men
dacijs. mala peste sed publica. quamquam usus extulisset et commendet
urbanitas. hee sunt quidem artes promerendis regibus aptiores
quibus inimicitius nichil est quam virtus et sit in hijs igitur nulla
spes ad amicicias regum. odij potius causa sunt. sic inter sapientiam ac
fortunam rara pax est. G. magnus apud regem sum. Ro. ma
ior nec apud alexandrum lisimachus. apud tyberium seianus.
utriusque magnitudinem et ruinam nosti. Et si de primo varient
scriptores. linquo alios. longa est ystoria. G. carus sum regi meo
Ro. melius esses incognitus. melius forsitan odiosus. fugiens que
nunc sequeris discrimen. peior est auribus irritantis aucupis bla
da modulacio. quam nullia sonitus deterrentis. G. meo sum carus
regi. Ro. sunt quorum dubites periculosior ne sit caritas an o
dium. peiores serpentibus quibus insunt venenis mixta remedia
hijs vero nil nisi pestilens ac nocivum inest seu oderint seu di
ligant. prope par malum. nisi quod odium fugat. amor detinet Et
ad summam regum amicicijs preter regna ipsa nil usque inquietius
nil quam periculosius. et si hoc periculum non ignorem. frustra sepe op
tatum sepe magnis emptum quesitumque periculis. sic est usus
hominum. sic periculis emitur periculum. multis unum magnis ma
ximum. mira res. bonum ingens spiritum gratuitum. mag
nis malis maius malum queritur. G. spero me regi meo carum
Ro. id de quo speras quale sit cogita. fundamentum fragile
caducum tremulum. crebre noteque regum indicant ruine
vertex nubilosus. turbidus inquietus. quod sic esse vita regum
probat. talis occupata. difficilis. vide ergo ubi struxeris ut fortu
na sic voluntas regum varia et inconstans ac semper incerta est. quod
quod nec stantibus illis boni aliquid ista res habeat. mali multum
G. amiciciam regis mei multo periculo ac sudore promerui. Ro.
heu quanto carius. quam tuoque facilius regis omnium amiciciam
meruisses De amicorum habundancia gaudium

Amicicijs habundo. Ro. miram tibi vim rei ha
habundanciam esse cuius quidem cunctis temporibus
penuria tanta sit ut ex omnibus seculis vix
paucissima memorentur amicorum paria. G.
michi amicicie multe sunt. Ro. fucate igitur
vere enim amicicie rerum bonum usque adeo ut
qui unam longa licet in etate quesierit nego
ciator rerum talium sat industrius habeatur. G. amicicijs fe

lix sum. Ro. hoc scire non potes nisi rebus alijs sis infelix. verum
est enim illud. Felix se nescit amari. G. amicicie certe sunt. Ro.
ergo et adversitas certa est. verum est enim illud quoque Amicus certus in re
incerta cernitur. G. amicicie multe sunt. Ro. huius rei iudicium experi
encie committe non fame multa mentiri solite. pauciores erunt for
tasse quam reris. G. amiciciarum nimis magna copia est. Ro. o
mitte superba tua in rebus omnibus. qui quod satis est hoc amplius
non requirat. G. amiciciarum satis magna copia est. Ro. ad id
ipsum neque populo romano. tum dum maxime floreret. neque ulli
mortalium contigisse. apud illustrem legis ystoriam. G. amicicie
multe sunt. Ro. dixi iam flete igitur aut equidem imperfecte ut philosophis
placet. quoniam fieri potest ut uno tempore cum altero amicorum sit gauden
dum. flendumque cum altero. aut inter illos orto odio huic fidem
vel illi vel utrique deserere sit necesse. G. copia est utilium ac delec
tabilium amicorum. Ro. sencio ad vulgares amicicias descen
dis. que tamen ipse simul plures esse vix possunt. quod multis rebus
familiariterque convivere oportunissimum sit. animo presertim in exercicio
aliuspiam difficilis atque ingenui operis occupato. G. amicos qui
prosint et delectent habeo. Ro. caduce amicicie quarum delectacio
vel utilitas fundamentum. nam et stantibus illis tremunt et caden
tibus ruunt. id non possibile tantum sed perfacile. ymo non prope ne
cessarium quod hec plerumque vel fortunam sequuntur vel etatem
formeque graciam. quibus nichil incercius. atque in virtute fundantur
immortales sunt eo quod virtus ipsa quiddam stabile firmumque sit
et ut verbo utar aristotilis. mansivum. que quoniam mori nequit idci
rco quos propter honestum dileximus. diligimus vel extinctos. G.
amicos in fallor fidos habeo. Ro. vide autem ne fallaris. neve ex
periri cupias. nam sepe cuius rei fuerat dulcis opinio. amarum
fuit experimentum. G. amicos puto bonos habeo. Ro. unde id pu
tes etiam atque etiam examina atque illud imprimis consideranti ipse
amicus. sunt enim qui non amant et amari putant. quo nichil
est stulcius. his quoque communis error est diuturnum amorem precio emi credunt
qui inicio querunt amorem. generosissima res animus bonus. non ver
bis neque carminibus magicis movetur. non auro aut gemmis
non ad extremum ferro flectitur. amando vincitur. colendoque.
est hecatonis. greci philosophi. amatorium notissimum. quod seneca plac
uit et michi. si vis amari. ama. quamquam et hoc sepe frustra est
tam multe tamque inpenetrabiles ac profunde sunt pectorum ca
verne. tam venenosi tamque inhumani et implacabiles quorun
dam animi. ut et culti spernant et amati oderint. his contenti nul

lam pio effectu uicē reddere. quod nec beluis quidem nisi a
trocissimis accidit. exaspernantur obsequio. et si circa potamo
re ad odium irritantur. qd periculosissimum et inter multe mala
grauissimum humana simplicitas experitur. G. certo amicos op
timos habe. Ro. Est hec quidem amicicie preciū. Epytheton. qd et
si lingue absit ad e intellectu. ita qz brevius loqui potes. dic ami
cos una optimos dixeris. G. habe amicos certo. Ro. caue ne sti
cedas. neqñ te aliter credere ipa res cogat. abissum animi metiri
non e hominis mic amicos nobis uina conciliant. lacrime autem probat
et qd debuit primū esse nouissimū e. G. amici in hoc statu rerum multi
sunt. Ro. rerum certo felicium. ita enim ferme accidit. ut et si for
tuna omnis amiciciis egeat. illi tamē amicorū copia maior sit
cui rerum ceterarum indigencia minor e. sic in copiam semper in
opia. copiam committetur copiam. cresceat siue adueniat egestas
decrescent seu abibunt seu uerius detegentur amicicie. qui amica
tui fuerint. qui fortune illa uidebis abeunte. te tui sequentur
illam sui. hec melior. illa densior caterua. nec e qd mirari dicas
uase exhausto illos abscedere. qui solam uini dulcedinem se
quebantur. aduersitas simulatorem abigit. fex potatorem. G.
In numerabiles uideor habe amicos. Ro. bene ais. uideor. un
de tibi autem hec opinio. cum omnium uere amicicie rare sint i nu
merabiles tuas esse persuasum autem esse debet imprimis. nisi inter
bonos amicicias non constare. hic iam certius extimabis. qd non
dicam tibi. sed humano generi. amicicie pure sint. cum numerare ceperis
quot sint boni. G. amicos habeo quam plures. Ro. notos dic idque
quam ueraciter sis dicturus. in dubio e. nullum enim animal nulla
mers difficilior cognitu quam homo. G. amici multi sunt michi
Ro. contubernales forsan aut conuiue. hii enim nisi epule defue
rint non deerunt. amici autem semper pauci. sepe nulli. sepe quod
iniquissimum e. amici nomine. domesticus hostis tenet et sub
uelo ficte beniuolencie. familiares insidie delitescunt. G. su
pra necessitatem sunt amici. Ro. apprime necessarius fere omnibus
maximeque potentibus deest semper. qui scilicet inter tot assentatorum
mendacia. uerum loqui audeat et uelit. quam in re multis amico
utilior hostis fuit. G. multos habeo amicos. Ro. crede michi plu
ribus indiges. sanctiorque esset orbis terrarum et quietior si
tot essent amicicie quot feruntur. G. amicum habeo. Ro. mul
tum est. nil amico carius. nil rarius De amicis incognitis.



Fama presens absentes michi nisi per famam gaudium
peperit amicos. Ro. e id quidem aliquando usum. ut

non incognitos. sed hostes quoque fama faciat amicos. Fecit mas
sinissam scipioni. ut qui in omni carthaginensium equitatu
primus esse consueuerat. in omni romanorum equitatu aduersus car
thaginem primus esset. neque hostes tantum proprios sed predones. qui pub
lici omnium mortalium hostes sunt. eidem illi fame splendor
attraxit qui ad eum literninno in exilio habitantem. forte aggressi
uenientes. sic ut primo aspectu terribiles uiderentur. ubi se suspectos
intellexerunt. positis minis atque armis et dimissis satellitibus
insuetam mansuetudinem induti. soli predonum principes accesserunt.
eumque ceu numen aliquod. domumque eius ut templum de
uotissimum uenerati. dextra illa uictoriosa. multis osculis fa
tigata. affixisque muneribus domus in limine. qualia deorum
aris affigi mos tunc erat. quasi ingenti lucro aucti. quod uirum
illum conspexissent et tamquam celesti uisione alacres abierunt. hoc
illi uni contigit. querere alium. ubi eum queso reperies. ut tamen
alius accidat et nominis claritas. absentem conciliet amicum mul
tum enim in rebus non inficior potest fama. numquid tamen uerendum
erit. Ne quod ait quidam. minuat presentia famam. quia multi
quos absentes obstupuerant coram positos contempserunt. tenerum
res est iudicium humanum. facile flectitur. G. fama michi amicos
transalpes et transmaria quesiuit. R. uestra fere omnia friuola eque
et inania sunt. Nam quis usus. aut quis fructus fuerit illius
a quo nec uisus nec uidendus. quem nec uideris. nec uisurus
umquam sis. uitia nostra presentes. quoque amicicias inutiles faciunt et
infidas. quibus non sint ille quidem sed dicuntur amicicie. quid nunc
igitur de hijs tuis amicicijs speres uide. Obsequium amicos
parere ait comicus. primo hercle ueri amici. uix multis obse
quijs pariuntur. tu credis amicum paucis forte et ne tuis quidem
uerbis quesiuisse. bone spei es. G. fama ab extremo terre in
attulit amicum. R. fama contraria illum tibi auferet. eoque facilius
quo potentiores malis quam bonis relatibus aures sunt. G.
fama bonum michi peperit amicum. R. unde scis quia bonus sit quem
non uideris rogo. cum illi ipsi quos cottidie uides atque alloque
ris. quales sint in tempore multum scias. sepe uos credulitas uestra
circumuenit. libenter creditis quod optatis. in ultimum fidei fame
tribuitis mendacij. spes enim animum uidere. cuius numquam frontem
uideris cum sint inter notissimos quoque tot pectorum diuer
soria tot latebre difficile est amicum nisi in magna aduersitate
te cognoscere oppositus est illum nosse. quia querere una sepe hora
paucis uerbis queritur. qui uix multis annis atque experimen

tis agnoscatur. Ro. Et nunc amicum ut vulgus verus enim nō
ante queritur quam probetur. Nunc amicum probant aliorum ubera
certe nec propria sed experta caritas. fides q. G. amicum michi de lō
ginquo fecit fama. Ro. de te aliquid mentiendo quispiam tibi amicū
dedit. de te vera loquendo. vel forsitam mentiendo id idem tibi et
hunc ipsum alter eripiet. quibus initijs fuit. eisdem q omnia eis
dem facile resolvuntur. et natura vult ut cito aucta cito desinant

De amico vero ac fideli gaudium

Amicum verum fidum et expertum habeo. Ro. Scire in
experiendo verum erat acumen. et dum vos vos
peritissimos iudicatis. in hoc ipso ac pene cete
rarum rerum in extimacione fallimini. G. Scio
o ego non extimo amicum michi esse fidissimum
Ro. et quot putes idem credentes. primo ut sibi
videbantur et scientes. cum ad artissimum ven
tum esset examen sese lusos invenerint. unde vero tot cottidie
de amicis prodeunt querele. nisi quia quos fidissimos habebatis
invenistis infidos. Nullius rei tam difficilis quam huius con
iectura extimacioque est. G. michil coniecto. michil extimo ut di
xi. sed scio me amicum habere verissimum. Ro. habes ergo rem dulcis
simam. sanctissimamque. qua una post virtutem solam michil homini
melius in hac vita. seu natura. seu casus aliquis. seu labor ac stu
dium dedit. dulces fateor parentes. dulces filij. dulces fratres. pos
sunt tamen amarescere. nec parentes. ideo nec fratres. quidem desinunt esse
At amicus solus dum sit verus. dulcis et carus esse non desinit
Cari inquam sunt parentes. Nonne autem Jupiter saturnum
patrem regno expulit. Nicomedes. Prusiam bithinie regem suum
patrem consilia licet necandi filij agitantem vita privavit. Et ptho
lomeus hinc philopater dictus. patre ac matre insuper et fratre occisis ad
ultimum et uxore Euridice interfecta regnum egipti scortorum
sic rexit arbitrio. ut michil in regno proprium haberet. preter nudum et
inane regis nomen. Nonne et horestes clitemestram matrem et
agrippinam nero. Antipater thessalonicem interfecit. Cari filij. Nonne
theseus ypolitum castissimum. Philippus rex macedonie deme
trium filium adolescentem optimum iussit occidi. Nonne et ptho
lomeus alter adversum pietati nomine. et ipse quoque fedissimus rex egi
pti duos. et herodes rex iudee unum. Et constantinus romanus
imperator unum quoque crispum filium interemit. Nonne malchus dux
cartaginensium carthalonem filium crucifixit. quin etiam matres
quarum amor hinc intensior. hinc maior sexus in filios seu

Istoria

runt nota

runt Nota omnibus medea. Quid laoydice capodocie regina
que regnandi cupidine filios quinque mactauit Cari iniquã
parentes respecto cari filij cari fr̃es. at ut in uno exemplo omĩs
claudatur impietas Phraates rex partorum. omnium regum scele
stissimus omniumque mortalium. regnandi non cupiditate. ß rabie
furijsque actus Orodem senem et afflictum prẽm ad hec et triginta
fr̃es suos dñi regis filios suumque insup filium occidit. ne quis superẽt
in parthia qui regnaret. ß uetusta hec Numquid non et recẽciore
memoria. inter prẽm et filium de regno in britannia certatum au
diuimus. Et nudius t̃tius interfr̃es in hyspania decertari uidim⁹
quamq̃ talium odiorum et maxime fr̃niorum crebra antiqua et noua
et uetera sint exempla. ut pene laboriosius sit exquirere. qui amu
ci fr̃es fuerunt. quam qui hostes. utrumque postponimus. remedia ei
mĩc non exempla colligimus Quid preterea an cari coniuges care,
uxores. ß interrogabis Agamenonem ac deyphebum et de ueste
claudium cesarem. ac minorem p⁹ tiberius affricanum. hij tibi
quam cari fuerint uxoribus suis dicent Contra uero octauiã
sasatire et Arsinoem. quid illa de nerone suo. hec de suo senecat
Pholomeo Illa de adoptiuo. hec de nãli fr̃e. utraque de marito. il
la quidem in se ipa. hec in filijs experta testabr eminencia ut in
des. et clara decerpimus. uulgus et urbes. et comunẽ uitam hoi
num. hijs plenam querimonijs preterimus Quibus ita se hũn
tibus cum in omni genere illorum. qui carissimi iudicantur
odijs sepe latentibus. sepe etiam manifestis. multa insit amari
tudo. sola amicicia odijs uacat Nemo unq̃ uo dicam occidit
aut prodidit amicum. ß ne lesit quidem uolens Quam ob
rem si amicum uerum. qualem p̃dicas inuenisti. magnas
te diuicias inuenisse credito Illud uide ne ut magna pars
hoĩum rebus dedita uilibus et nobiliumque contemptrix et a
gris aut mercibus quam amicicijs ac uirtutib⁹ colendis in
tencior quod optimum nactus es negligas Si tantam curam
impenditis custodie auri et argenti atque orientalium lapillor
que sunt terre feces et pelagi purgamenta. quanta diligencia
amici cultui impendenda ẽ. rei preciosissime ac diuine ne qua
unq̃ re offensus. ne quo unq̃ uerbo alienatus effugiat. se
cumque audias illud ecclesiastici. sicut qui dimittit auem
de manu sua. sic reliquisti primum tuum. non illũ capies
nec illum sequaris quoniam longe ab ẽ. effugit enim sic
caprea. quoniam uulnerata ẽ aĩa eius. ultra eum nõ poteris colliga
re. Proinde ingens bonum hẽs ac suaue. opposuim tamen ac

difficile. quesiti inquam operosum et custodia. Magnus thesau
rus e animis uenis. sed magna seruandus cura magno si pere
at lugendus fletu **De diuiciarum copia Gaudium**

Sed habundo opibus. Ro. iam non miror. si et ani
mis habundare uisus eras. non e nouum. neque inso
litum locupletum limina uulgaribus amiciciis et
simulatis obsequiis frequentari. G. opum magna
uis e michi. Ro. anceps et honerosa felicitatis et que
plus in iudicie sit habitura quam gaudii. G. diuicie exundantes
sunt. Ro. non statim ideo exundans quies exundansque iocun
ditas. uix diuitem inuenies. qui non sibi melius fuisse in
mediocritate uel honesta etiam paupertate fateatur. G. multe
michi accreuere diuicie. Ro. securitas gaudium et tranquillitas
decreuere que si cum illis crescerent non amari tantum diui
cias paterer sed exhortarer. G. opes multas habeo. Ro. habes
rem quesitu difficilem custoditu anxiam amissu flebilem.
G. magne mihi diuicie sunt. Ro. sparse si fuerint decrescent. ser
uate non te diuitem sed occupatum. non diuitem faciunt sed custo
dem. G. diuicias habeo ingentes. Ro. uide ne parum habere hoc
e ne non diuicie tue sint sed tu illarum. neque ille tibi seruiant
sed tu illis. nam si nescis. plures multo sunt qui habentur quam
qui habent. multoque crebriores quos propheticus sermo notat.
Uiri diuiciarum. quam diuicie uirorum. Sic uos uestra cupiditas
uilitasque animi de dominis seruos facit. Usus quidem pecunie
notus e ut nature necessaria comparentur. pauca simul et exigua lon
geque facilia. quicquid excesserit graue e. nec iam diuicie sed ui
cula sed compedes. nec iam corporis ornamenta sed impedimenta animi
et sollicitudinum atque formidinum aceruus. G. diuiciis plenus
sum. Ro. caue ne te rumpant. omnis enim plenitudo querit
exitum. multis mortem attulere diuicie. requiem fere abstulere.
G. opes habeo immensas. Ro. bonis moribus rem aduersam im
mense opes non modo singulorum hominum. sed populi romani cor
ruperunt mores. miramque illam et eximiam fregere uirtutem
qui tam diu clarus et tam diu iustus atque integer quam diu pau
per fuit. in egestate uictor gencium. et quod e gloriosius uic
tor sui. domitor uiciorum a diuiciis uictus e. atque pessumdatus
Nota loquor. quid nunc tibi de diuiciis sit sperandum uides.
G. diuiciis affluo. Ro. quam mallem uirtutibus habundares.
G. in diuiciis acquiesco. Ro. sopiti estis in uepribus miseri
grauis sopor qui non sentit aculeos. ueniet certe que nos ex

arcet· ⁊ exponat luce clarius Jd quod scriptum ē· Dormierūt sō
nnum suum ⁊ nichil inuenerunt omnes uiri diuiciarum in
manibus suis De aurifodina Gaudium

Aurifodinam inueni· Ro· hec spes opum· multis i
nopie· nō nullis exicij cā fuit· dum neglectis oībz
alijs curis· huic uni deditis ⁊ laboris plurimum
⁊ lucri modicum res huit· dum ad hec auri cupidi
ne· celo ⁊ sole derelicto· in tenebris euum agē
didicerunt· ceco ⁊ noxio ante tempus uapore
ꝯsumpti· G· aurifodinam casus obtulit· Ro· ut auersus a con
solacione celestium terrestribus inhyes· ne tantūmodo humi
acclinis· ſʒ subterram mersus infelicius uiuas ⁊ breuius· G·
aurifodinam ingredior· Ro· nero cesar supma illa sua nocte
terribili ⁊ misera· ſʒ sibi debita· ut in quoddam specus ingredi
ens· ignominiosam mortem ⁊ ludibria ppli psequētis euadēt
a suis admonitus negauit uiuum sub terram se iturum· tu
nullo impellente· ſʒ auaricia rapiente uiuus is sub terram·
neqʒ te hinc almum celi lumen retinet· Jllinc acre tellūs
horror excludit Quid mirum· si p omnes terras querende
diuicie homines fatigant· quando ⁊ sub terram quesite ⁊ effos
se thartareos exagitant manes· Vtqʒ ait naso· Jtum est in
uiscera terre· quasqʒ recondiderat· stigijsqʒ admouerat umbris
effodiuntur opes irritamēta malorum· G· aurifodinaʒ in
ueni· Ro· uetus ē uerbum· sepe unus leporem mouet· alter capit· i
uenisti predam quam plurimi accipere cupiant· unus rapiat ⁊ tu il
le unus forsitan non sis· certum optabilia sit cursus ⁊ piculū
ē inuenisse unum· quod cupiant multi· nullus partiri uelit
hec est ea· Cur cum ytali a· ut ait plinius· metallorum oī
um fertilitate nullis cedat terris· interdictū id uetere ꝯsul
to p̄rm cautum ē ut ytalie parceretur· G· auriferam terrā
fodio· Ro· labor certus· euentus ambiguus· quid si multū fodias
⁊ nichil inuenias· quid si multum inuenias· ſʒ nō tibi· quid si
inuenisse peius sit ⁊ nichil inuenisse erat melius· humano·
sepe gaudio meror ē proximus· G· in aurifodinam descendi· Ro
uitea homines queri solet· qd in uetitum mergat in tartara· tu
apud thartarum queris qd te tollat ad superos· G· aurifodiā
reperi· Ro· pronum iter ad inferos inuenisti· De inuētiōe thesauri

Thesaurum reperi· Ro· caue dolos ⁊ insidias fortune·
Hamus esca ptendit· uiscum ⁊ laquei blandum ali
quid pre se ferunt· G· thesaurum inueni· Ro· multis

thesaurus mors fuit. ut nullum corpori periculum sit. discrimē
ē ingens anime. non saciant opes desiderium. ymo nec mitig
ant sed accendūt. humana cupiditas mardescat et crescente auro cre
scit auri sitis et querendi studium minuitur quā virtutis. que ma
ior anime ē. G. thesaurum mī sors obtulit. Ro. pondus infestum
curarumque modestie nil sibi nō arrogat. quē repens fortuna beave
rat. G. incaus in thesaurum incidi. Ro. incaus forsan in colu
brum incidisses. cum enim divicie auri et argenti virtutum in
opiam afferre soleant. idque sit omnibus proprium. tum precipue re
pentinis. quod alie scilicet sensim veniunt. dum et vero aliquid detra
hunt in dies et opinionibus robur falsis adiciunt. hee subito pa
riunt stuporem improvisoque impetu mente turbant. G. the
saurum invetum domi abdidi. Ro. quod in hac tua leticia sū
mum ē. invenisti gravem et inutilem terre fecem. pudeat cele
stis nē animum hys attolli. G. thesaurus insperatus obtigit re
pente. Ro. hunc mansurum credis. et repente desinet. queque
fere cito crescunt cito cadunt. subite opes. quasi felicitas so
mpniantis

De fenore gaudium

Pecuniam tuto in fenore posui. Ro. Est et qui bene in
ventis male utitur. et qui male inventis. peius et
qui pessime. tu pecuniam invenisti nō ut dives fi
eres sed ut malus non tam malus. ut augurior fu
turus in pecuniam invenisses. Sunt enim qui suc
cessibus nequiores fiūt non dei numinis agno
scentes neque illi saltem humiles similes de quo scriptum
ē. Confitebitur tibi cum benefeceris ei. sed apertam sibi celitus
nequicie semitam extimantes. invenisti ergo pecuniam
qua decoctis mercareris et metallum ex anime. anime
tue sarcinam faceres infelix. G. fenus bene posui. Ro. malū
non bene poni dixeris. sed deponi siquidem malum pondus
ex cussoris bene erit. alioquin ubicumque posuiris dum ad te per
tineat malum esse non desinet. G. fenus optimum bene collocatur
Ro. quo bene collocatur malum videris. sane quanto optimius ma
lum tanto et peius. Notum illud davidicum prodiit quasi ex adi
pe iniquitas eorum. quanto ergo dicior fenerator tanto et nequi
cior. tanto maior avaricia. maior impietas. G. fenori studio.
Ro. an nulla arcium erat cui melius studeres. an erant nil te
sed hunc aptius erat ingenium. an quid rei ē ut cum huic stu
dio animum applicares. quo nescio an aliud usquā fedius
invenire potueris. aut vilius. aut tam miseri precius ac deiec

ti animi tamquam in hertis iudicium. tot undique patent artes. tot
uiuendi uie. pessimam omnium elegisti. quod quietior uisa est. sedere
uidelicet et numerare dies. ac uelocissimum finem mensis expecta
re. non intelligens tibi quoque horas. diesque et menses et annos cur
rere. et ut nexus tuus sic et tibi terminum instare. sicut inquam
illis sic tibi ut tibi. ut nature debitum soluas. turpiter parta
destitues et incertis an. extorques ergo pauperibus quo ignotos
dites et futuri semper incertus iudicii et obscene interim non diues
sed custos pauidus rapine fame pressus et in fauilla. mirarer in
urbibus politicis huic flagicio locum esse. nisi esset et reliquis sceli
que cum paulo ante hoc tempus feneratores ut leprosi a consortio
hominum segregati agerent. nec tantum ad eos nullus accederet
nisi egenus. sed etiam ut male olentes atque contagiosi. ab obuiis
uitarentur. nunc non. tamen modo cum populo. sed cum principibus conuer
santur. et matrimonia contrahunt et dignitates adipiscuntur. tanta
est uis auri. Animo quidem quod promonstro audias. Ipsi quos dixi opes No.
male perdat principes fenerantur. tam leuis anime fameque iactura
tam suauis undecumque quesite pecunie odor est. G. fenerari
iuuat. R. turpis delectatio et misera. G. fenerari solitus sum
R. si citum credimus. hominem occidisti. G. ars feneratoris artifi
cium aliud non didici. R. hic auaricie clipeus. hec causa preten
ditur. quod si discere nolenti quoque difficile est quid discat inuitus
G. semper fenerabor. R. semper igitur miser eris semper cupidus semper
inops. De agro fertili ex culto gaudium

Fertilis ager est michi. R. tum fecundatoris intel
lige. donisque celestibus sic utere ne displiceas lar
gienti. quod ita demum rite facies si et sobrietatem
et modestiam fertilitas non excludet et ubertatis
impetum egenum ueniet atque amici. nil soli dulce.
nil soli sapidum. G. agrum fertilem exquisitissime
colo. R. non homo terre. sed terra homini fuisse de
buerat. hominum culpis effectum est. ne terra possessori
suo sine labore rideat. In culta messem. horridam lappas. ac tribu
los parturit. hanc ferro solicitare. mirisque blanditiis mollire mor
talis coegit indigentia. hinc agriculture fluxit uicium. sanctissime
ac innocentissime quondam uite. nunc uni ex multis et perse laboris
et nouis uitiis obnoxie. postquam nichil in urbe atque auaricie in ac
cessum rusticas etiam casas urbana piacula peruasere. certe ultimos
hominum rusticos malos fuisse conuenit. unde illud poeticum extre
ma per illos. iusticia excedens terris uestigia fecit. sed uerendum

ne qui mali fuerant nouissimi primi sint et si umquam forte esset ad uirtutem
redditus et ad priscos mores, in hoc quoque sint ultimi. Nunc ad ipsam
agriculturam redeo, que magnis olim tractata uiris atque ingeniis in
precio fuit, in qua ut in multis in rebus altum locum Cato censorius te-
net, de quo cum iustissime scriptum esset Optimus senator, Optimus
orator, Optimus imperator, tandem laudis ad cumulum illud est ad-
ditum, sine emulo seu sine exemplo sui temporis agricola. Quem pu-
deret igitur cum Catone terram colere, quis omnino turpe
sibi aliquid duceret quod pulcrum sibi ille duxisset, qui preter cor-
poris atque animi uirtutes rerumque gestarum gloriam etiam de hyspania
triumphasset. Quis sollicitare atque hortari boues erubesceret, quos
stimulum urgeret illa uox que tot magnos exercitus in prelium ac-
cendisset, tot an apites eas disertissime perorasset, quis rastrum
atque aratrum fastidiret quod illa triumphalis ac philosophica manus
attingeret, que insignes de tot hostibus pepulisset, tot de rebus
optimis preclaros libros scripsisset, siue ad philosophiam, siue ad hy-
storiam, siue ad usum uite spectantibus, quales sunt quos de hoc
ipso quod nunc loquimur scripsit. Primus quidem apud nos collecta
agrorum precepta collegit in formam artis ac redegit in litteras, secutique
illum multi alii, quorum quidam humile illud ac despectissimum
artificium nobilissimis atque altissimis usibus extulerunt, quos
nunc memorans, Nec humane immemor necessitatis agriculturam
esse non improbo. Numquam tamen aut scriptorum claritas aut ino-
pie metus coget ut liberalibus et honestis artibus preferendam
censeam, nec equandam quidem. Quamuis enim eosdem duces
simul illustres et agricolas primum illud imperii tempus habuerit,
Mutata iam spacio res est, neque ut fragilior nunc natura est ad
res tam uarias ingenia nostra sufficiunt. hac etate igitur
excellentibus uiris agriculture operam dare non pro arte uel nego-
cio, sed pro ocio et curarum alternatione permiserim, utque incidunt
teneros ramos pubescentibus gemmis inserere, luxuriancia fo-
lia curua falce compescere, lasciuos palmites plus in spem scro-
bibus cauis infodere, sitientibus pratis querulos riuos prono
calle diuertere. Illos suam sic fodere pertinaciter atque arare, to-
toque animo terris incumbere, nisi necessitas cogat, indecorum
atque indecens docto fortique uiro arbitror, cui nobilioris exerci-
cii deesse materia uix possit. Natura parens optima, dum mul-
tas mortalibus artes daret, ipsa etiam distinxit ingenia, ut
cui quisque erit aptissimus illi insistat. uidebis aliquem medio-
cri ingenio tam solerter aut arua sulcet aut maria ut hac

primus agricul
ture precepta dedit

in re ciuilis iuris acumen philosophi. nulla sibi conferri possit industria
stultum et ingloriosum fuerit cum alio non in tua sed illius arte
contendere ubi toto maior uiceris minor appareas et uictor in ma-
ximis multis ac paruis in rebus facile uinci queas. G. Ager hac
michi estate perfertilis fuit. R. proximam operire. prius sepe ferti-
litas. uenture sterilitatis causa est. rara quidem sine intermissio-
ne prosperitas. G. diligenter agrum colui. R. bene si nil melius
quod facere fuit. G. colui uineam exquisite. R. letam cum illa
forte uindemiam pactus. an cum pruina aut et cum grandine
pepigisti. G. solito largius agrum seui. R. plures passeres grues
que iure. plures domi mures. uolucrum hospes ac uerminum
lolii excussor. ante compactor horrei architectus. mercatum finis
ac teriacum. G. seui agrum largiter. R. esto in spe bona metes quod
seuisti triticum atque sollicitudinem. nisi illud est uerius quod tritici
plurimorum sed anxietas tua est et ut proprie dixerim ager ipse est
animus cultus intentio semen cura messis labor hanc uberrimam
percipies. G. rus optime colui. R. dicam quod mireris. ipsi illi anti-
qui agricole uiri fortes quibus gloria fuit agricultura colendum bene esse
fuerunt sed non optime. incredibile primo forsan auditu at experien-
tie comprobatione uerissimum. uix enim fertilitas sumptum equat
est quod apud ipsos ueteres hominis atque agri compacto non inepta ut utique
si sumptuosius fuit quam ius et questiosius reliqui nichil aut modicum
sit. neutrum igitur est magnum extimandum. G. summo studio terram colo
R. te mallem coleres sed terrestre aliquid tuum amas. nec multum ani-
mum illam quam nunc percolis impinguabis. cole agrorum atque arbo-
rum quantum uis. neque multos terre precos ad ultimum occupabis
neque ut ait Flaccus harum quas colis arborum te preter inuisas
cupressos ulla breuem dominum sequetur. De uiridariis gaudium

Amena michi sunt uiridaria. R. habent hec inter-
dum fateor honeste aliquid uoluptatis. non num-
quam etiam inhoneste. eque igitur studiosos
ac uoluptuosos uideas umbrosis secessibus
delectari. nam et ingenium locis excitat et ad peni-
tentiam quosdam alios ad incontinentiam ac la-
sciuiam exhortatur. nec de nichilo est quod summus
orator dum infesto ico adulterum obiceret
amena in quibus id commisisset esse loca descripsit. que ad flagitiorum sti-
mulos. non locis igitur sed animo gaudendum est si talis obti-
git qui locis omnibus uti noris. G. secretis uiretis affluo. R. secre-
tum tyberii uiretum et secessum capree quis ignorat. pudet pigetque

q3 exequi que omnibus id idem nota sunt. Ille senex hyrcanus
loca illa se posita quibus probris infecerit. Quanto autē glori
osius arido in rure exul scipio affricanus uixerat. quā suis ī uo
luptatibus princeps ille romanus. repeto igitur nō in locis. nec
q3 illis pt̄er aīz in rebus hitat. omnis uīa felicitas. unde 7 qui
solitariam uitam recessus q3 abditos laudarūt. sic intelligi
uoluerūt. si is āius uti sciret. 7 nō alit̄. proinde que tu de uirc
tis tuis fructum colliges exspectandum erit. ac tum demum
quid primū aciem uideris. Nam si locis tm̄ gl'iaris. que tua nudius
tertius nō erant. 7 tua forsitan cras nō erunt. ac si rite ɔsideres
tua etiam nunc nō sunt. alieno proculdubio gl'iaris. quis hic g.
glorie tue locus. quid ad te si gelide p estatem alpes. si olipus
nubibꝫ altior. si ramosus ac frondifer apenninus. Quid silua
dus ticinus si amenus athesis. si sonorus sorga. hec laudes si
sunt. ēte nō sunt hominum s3 locorum. tui sit expedit quo lau
deris. Hō. decoris spacior uiretis. Ro. refert que nam arte iteru
tuo in pectore spacietur. Nam quid iuuat arcula in eburnea ī
unguēta olida odidisse. quid pulcris in locis turpē āimum. qt
in rupibus horridis. sāsissimi floruerūt uiri. quot ī ptibꝫ flore
tibus turpes adulteri marcuerūt. Adde qd nō āis solum s3 cor
poribꝫ uiteq3 hominum. interdum loca huiusmōi nocuisse ɔpertū ē
Non tm̄ haustu aeris immodico. s3 ferro etiam occultoq3 impetu
Quis nō legit apud Curcium amenissimos nemorū recessus. 7
uireta illa medorum manu ɔsita. regium ac satraparum curaz
7 papuam ut phibent uoluptatem. Atqui in illis iussu ebrij 7
d' morte ciceronis
uesam regis adolescentis Interfctus ē pmenio clarus senex. 7. ni
fallor macedonum p̄mus duci Quis non nouit caietani litto
ris flexum illum. quo nullus sub celo pulcrior. nullus ame
nior. Illic iussu temulenti 7 crudelis Antonij cesus ē Cicero
7 potēt utrumq3 tanto uiro locus ɔuenire ut postq3. s. rome mori
licito uetitum erat. florido in rure moretur florētissimus oratorum
uirq3 optimus. s3 7 modus 7 auctor mortis prsus indignus fuit
spaciabatur illis tūc in locis cicero forte. urbānis fugiēs procellas. 7
ul' ad phiam. uiteq3 cultum suo more noui aliquid cogitabat. ul'
rem publicam miseratus. destatū prīc xceptum. āi dolorem ocu
lorum oblectatiōe leniebat. qn̄ ab illo oms hoste ūtutis ī mis
si carnifices talem uirum abstulerūt mūdo. qualē ut auguror
secula nulla restituēt. Sic ē igit' loca delectabilia sepe insidijs o
portuna sunt. dum licentius ibi laxius q3 degitur. auersis q3 7
magis sensibꝫ a circumspectione pīculi. Nam 7 laqueo densis ī sil

nis fere et uisco uolucres sed tu illius in ramis uiridibus capiunt
G. letus in uiridariis et amarum uiuens dego. Ra. leticia ama
rum que uiuentes cautionem semper aduersa est. dum sua nempe quisque
pericula. dum omnem humani generis statum. omnis acriter cogitat aut
mirer aut letus ualde aut amarum uiuens quisquam uiuet. neque lo
corum spes. neque opum spes obliuionem attulerit impendencium
malorum. G. libenter in uiridariis meis usor. Ra. non hercle libe
ais quia apri et ursi. non refert autem ubi sis. sed quid ibi agas. im
quid te locus nobilitauerit. sed tu locum. neque id aliter. quam pre
clarum ibi et insigne aliquid moliendo. De gregibus et armentis. G.

Gaudeo gregibus et armentis. Ra. brutinum gaudi
um. G. armentis ac gregibus habundo. Ra. belluina
prosperitas quam belue peperere. G. amo greges et ar
menta. Ra. in omni amore amantis et amati simili
tudo suspecta est. G. armenta greges que amo. Ra. amatis
omnia nisi uos in uicem ac uirtutem. que ipsis
amanda erant. amanda negligitis. et negligenda
diligitis. G. amo armenta gregesque. Ra. O miri re
rum amatores. osoresque nobilium. amatis que nec se amari
senciunt. nec amantibus uicem reddunt. cum interea nec uos uicem
reddatis amantibus totumque hoc malum facit auaricia. ut non modo
suum ingenium sed pecoris hominis proferendum extimetis. G. armentorum
gregumque ingens copia est. Ra. si per te ipsum illos pauceris. quid m
si occupatissimus pastor eris. officium uile licet laudatum a mul
tis ante alios a catulo ueronensi. sin per alios non tu pastor. sed pas
torum seruus. pastorumque dolis expositus. nunc uiannus obsistit. nunc
pepiciarum. nunc morbus. nunc abactor. cottidie aliquid fugiendum
unde dampnum dolorque et illusio. magna non pars mali fuit illusor
iudis. G. armentis ac gregibus diues sum. Ra. laudate diuicie sed in
certe et casibus multis obnoxie. fraudibus et rapinis pestibusque. que
tam crebre et tam ualide sunt. ut sepe totos greges. totaque lacerent
armenta. Nota pestis quam lucrecius. quamque illum sequens ma
ro descripsit et quam multas putas famosas minus scriptorum
penuria sed dampnosas eque. G. diues sum gregibus et armentis
Ra. uage patentesque diuicie. que non dicam arcula ut aurum aut
gemme sed nec domo licet amplissima claudi possint. Iam nec a furis
nec a furibus. nec a feris circumdatoribus tutus es. omnibus tuas in diui
cias datum ius. G. gregibus et armentis gaudeo. Ra. gaudes semel
dolituris multos. nullus dies sine rumoribus mestis ibit. nunc re
uenerunt sabei tuleruntque omnia. nec non pueros gladio percusserunt ut

pretioso illi quondam mancipatum ē servi nunc bos cornu fregit
Nūc crus equus nūc vagantem lupus agnum. nūc infectū
gregem mors invaserit. non sat miseris vris malis ⁊ mortali
tate ppria visi estis nisi mortes brutorum quoqȝ animaliū
lugeretis **De elephantibus ⁊ camelis gaudium**



Sunt michi elephantes. Ro. cui queso usui pa
cis ne an belli fuerunt hos duo illi notissi
mi hostes ytalie. Pirrhus ⁊ hanibal quibus
dum romanas turbant acies sperant suas
turbauere. animal graue ⁊ enorme primus ⁊
quod qȝ ut ex hystoriis nosti. sepe suis exitio
fuit. aspectu mirum. ⁊ mole. ⁊ specie. ⁊ odore. ⁊
stridore terribile. effectū autē inutile periculosū ac
difficile. G. ē michi ingens elephas. Ro. fuerunt olim in ytalia
elephantes. non venatu quesiti illi quidem. sed ab hostibus capti ⁊
in triumphos ducti. quosqȝ prima fronte terruerat. equos ytalos
victores in capitolium secuti. excepti autē pirrho cartaginensi
bus vero non excepti tamen. ut ⁊ quos haberent domitos traderent
⁊ alios non domarent. ita sensim obsolevit usus elephantū
non solum in ytalia. ubi longe advene. unqȝ adducti erant. sed
in africa etiam ⁊ egipto. que illorum sūt vicinores origini.
Itaqȝ in ytalia avorum memoria. unum frederico romanorum
principi fuisse. ⁊ nūc egiptio tyranno nō nisi unicū eē fama
ē. utrumqȝ vero ad spectaculum potius quā ad usum. Sic in indi
a atqȝ ethiopia exterarum tedio gentium liberati silvas prias
incolunt elephantes. Tu quis es qui elephante glorians videris
alter ne hanibal qui uno vectus elephante. unoqȝ fretus oculo
ytaliam fatigavit. Ego hanc beluam ⁊ si humani emulam intellectus
ab auctoribus proditam. ⁊ moribus miris insignem. habendo tamē in
utilem ⁊ ineptam ⁊ regie potius luxurie quam private fortune
habilem dico. que domū impleat horreum exhauriat. G. at ca
melos habeo. Ro. una ē pene id utrorumqȝ. nisi qd elephas turribus
camelus sarcinis ferendis ydoneus. eo qȝ utilior. aptior qȝ si con
silium petis. utere beluis. quas is ubi vitam agis mundi ptibus
genuit natura parens prudentissima. que ⁊ beluas ⁊ alia siue
queqȝ climatibus aptiora distribuit. G. camelum habeo. Ro. tria mi
lia habuit ⁊ amisit Job. ⁊ morbi ⁊ raptores ⁊ infecta pascua ⁊ rui
ne ⁊ mille casus via undiqȝ armenta circumsident campi ⁊ colles
⁊ menia produnt assidue. quid his facies. que non stant bona
via fere omnia in precio motu sunt ⁊ quam insita utitur ani

deberetis famam quereret peregrinorum animancium nouita
sectamini. **De simiis et ludicris animantibus gaudium**
Simia delectabilis est michi. Ratio. Fedum animal as
pectu. triste animal effictu. de quo quid aliud quam
tedium speres. quicquid domi reppererit aut cor
rumpet aut sparget. si iis atque huiusmodi delectaris
utique delectabilis simia est tua. Monstruosam bel
uam uocat Cicero nec minus aliquid mirum
dicat. quam urnam sortium euertisse idque pro
ostento grecorum in ystoriis scriptum esse iure optimo doctissim
us ridet. cum uere mirum potius uideri debeat. si non omnia
euertet ac dissipet. G. Ludicris animantibus habundo. Ratio. Tur
pe simul et ludicrum esse aliquid non potest. quis enim in turpitudine
ludus est. Quinymo quicquid ab omni quod oculos aures que et nares et ani
mum afficiat. fugiendum est. corrupti gustus est amara dilige
re. Sed hic iam est mos turpibus delectari. neque uero turpia et inepta tantum
animalia. sed quo nichil est fedius. obscenos etiam homines lingua
que et moribus odiosos. in delitiis habetis. et ad summam quanto quisque
deformius. tanto uobis acceptius carius que. hec in rebus omnibus
uniformis est regula. hic amor. hec indoles. hoc studium. hec uni
iudicii laus est. **De pauonibus. pullis. apibus et columbis gaudium**
Pauonibus affluo. Ratio. ex illorum caudis argi
oculos reperisse consilium fuerit. ne predibus no
ceant notissima tegularum pestis. G. Pauones
multos habeo. Ratio. auem uisu pulchram non in
ficior atque amenam. Sed hec uoluptas oculorum
multo aurium tedio pensanda est. quibus contra illum
tartharee uocis horrorem. uel fuge uel ulixee
picis auxilio opus sit. ut sileam omnium peius
tedio uicinorum odium ac lamenta. uos uero dum in
periose et nichil intemptatum relinquentes gule pareatis.
nec aliena nec uestra in comoda cogitatis. obliti hanc et
uiris fortissimis solicitudinem non fuisse. quum intacti pi
sces et fere. et uolucres tute erant. et preter pennas nichil
in pauone placebat ut Naso ait. neque nunc sane. quod
in hac aue tantopere placeat inuenio. preter nobilitatem carni
um que non putrescere dicitur. longum etiam in tempus si ser
uentur. quod et tibi licitum experiri. et expertum se asserit Augusti
nus. Ita iam fame nisi adsit ambicio nec cibus saciat nec uo
luptas. pauonem certe cibi gratia rome primus occidisse fertur

hortensius primus pauo
nem occidit rome

J

hortensius orator. vir eloquio clarus. moribus delicatus et mol
lis ut femina. Sed qui morum plurimos. eloquii autem raros habet
imitatores. G. Pullos nutrio. R. impedimentum domus. escam
vulpibus aree suffossores. quorum ungulis et pulveretum so
lum semper et nunquam superficies equa sit. G. Gallinarum magnus
est numerus. R. ut cessent tedia pene par fructus et impensa.
erit magno pavo longisque clangoribus exiguum ovum constat. G.
Sed habundo apibus. R. non mortalis modo sed volatilis et fugitiva
felicitas tua est. G. Alvearia multa sunt michi. R. non minus
inquietis quam ut in magna urbe negotiorum vel in castris est strepi
tus. nunc examina fugient. nunc pugnabunt reges nunc tin
nitu eris. nunc iactu pulveris res egebit. ut salva sint. sepe omnia
expertus nil profeceris. quin etiam ditior esse credideris. nudus sis
pungendi fugandi studium cum melle contuleris. mel amarum vo
ces. G. Sed columbis affluo. R. atqui apium in thalamis sile
tur per noctem. Ut Virgilius ait. In columbario autem nunquam vix est
animal inquietius columbo. G. Plena michi sunt columbaria.
R. Sunt qui litigent et qui gemant. qui diebus domum fedent et
noctibus somnium frangant. en magni gaudii materia. De pis
Piscinas michi extruxisse gaudeo. R. Non || cinis gau.
puto felicius extruxeris quam Salamon. cum te ergo
converteris ad universa opera que fecerunt manus tue. et
ad labores in quibus frustra sudaveris. videbis in
omnibus vanitatem. et afflictionem animi. ut unde
te gavisus fueris fortasse doleas. iacturam extim
ans et temporis et impense. G. Facta michi piscinas. R. Non sa
tis est gule omnes terras lustrare. aque etiam temptantur
et in regno suo piscibus carcer erigitur. G. Piscinas imple
vi. R. libertatem piscibus abstulisti ac nature donum
quosque illa sanos fecerat egrotare docuisti. G. Coegi aquas
in piscinam. R. vim aquis intulisse In Iulio Cesare tanto illo
quidem viro notatum et superbie datum vides. quid in te igitur
speres. G. Pisces vivario conclusi. R. pennatas vero volucres
caveis et imperio coercetis. quid mirum si pigris quoque pisci
bus imperatis. omnia prorsus in vestra potestate et viris subiecta sunt
pedibus. laboriosi et cupidi mortales. preter unum animum. quem
regere ac frenare. vel non potestis. vel quod est verius non curatis Ita
que vagus et indomitus ille vos agitat. et in omne vanitatum gen
us ac scelerum impellit. qui si vobis. ymo si deo subditus atque
obediens esset ad meliorem finem rectiori calle vos duceret prestare

retque ut multa que cupitis sperneretis. G. pisces in clusos in pisci-
nis habeo. R. cum omnia subiecta sunt vobis. inde quam decorum
sit. ecce vos subditos voluptati rerum omnium vilissime. rerum nobi-
lissimos omniumque sub celo sunt. sed sic est omnibus imperare vultis ut
libidini serviatis. Neque vero novus hic error. nec plebeius sed anti-
quus et illustrium. piscinas ac vivaria hostrearum primus insti-
tuit Sergius orata baiano in littore. sub idem tempus reliquo-
rum piscium vivaria incepit licinius murena. uterque agnomine
seu illud agnomen a pisce sortitus. En preclare agnominum cau-
se. quod ille sibi oratam asciuit hic murenam. Si qui africani et
macedonici titulos merebantur. et forsitan non curarum minus
huius in piscibus capiendis et condiendis inque suis vivariis extru-
endis susceperant quam scipio et paulus in liberanda atque ornan-
da patria suisque victoriis ac triumphis. Ita penitus verum sit quod
quidam dicunt. quantitate curas hominum pene pares. qualita-
te vero longe impares. Atque ut mala semper exempla imitatorum
turbis semper affluunt. secuti sunt licinium hunc nobiles vi-
ri. Philippus. hortensius. ac lucullus. vir alioquin memorabilis
qui vivario simplici non contentus. illic prope neapolim montem
scindi fecit. non minore sumptu quam quo villam erexerat. et
quidem captis piscibus meditatus. fluctu equoreo fasse rupis cla-
ustris. instar tranquilli portus immisso. quam obrem magnus
pompeius. ut qui non vivaria sed imperia cogitaret. haud inepte
hunc lucullum xersem togatum. hoc est montium effossorem nun-
cupabat. Quid de aliis. murenarum vivaria primus fecit chir-
rius quidam nescio quis. Nam cum omnibus murenis suis adhuc
male noscatur. quarum illi copia tanta fuit ut earum sex milibus
triumphalem cenam Iulii cesaris adornaret. Et hic quoque suos
imitatores habuit. Nominatim ortensium oratorem de quo
supra diximus. virum qui molli numquam defuit exemplo. ita
ure lite sex michil detrahunt in fame. non numquam vero quod mino-
ris adiciunt. dum licere sibi omnia extimant. qui literas didicerint
et multa sibi arrogant. que sine literis non auderent. et hic ergo
vivarium dicitur habuisse baiani tractus in littore. ibique inter ceteros
pisces sic murenam unam dilexisse ut extinctam luxerit. en
amor egregius. en certo quamque viro dignus fletus. qui nec
sui temporis bella domestica. neque proscriptiones ac civium mor-
tes flesse legitur. nec ciceronem si suum in tempus incidisset fle-
turus fuerit. unam murene obitum flevit. tanta hec levitas
fuit. ut minor venia debeatur. Antonie etas ac sexus excusa

biliorem reddit in epistolam· que murenam suam tamen non de
functam gemuisse· sed uiuentem aureis in auribus coluisse tradi
sic ut baulos id erat uille nomen· ipsis b·nanis infinitis multos
spectaculi nouitate traheret· fuerunt et uiuaria ostrearum et a
lie piscium uarietates atque imprimis lupus tiberinus inter
duos pontes captus· sed satis multa de alienis erroribus
in quo plures hijs implicatos uides· eo diligentius caue ne
talibus impliceris neque tibi nunc usum piscium sed nimis ma
gnam curam rei ignobilis interdico **De auiarijs auibusque loq**

Aues uarias in auiario **cibus et canoris Gaudium**
·xlusi· Ro· iam piscium minus inter ergastu
la sunt et uolucrum· quibus latior ac liberior
patria celum erat· Inuenit gula uenationem In
uenit piscationem· Inuenit aucupium· nec cepis
se satis est quas libertas natura creauerat nisi eti
am asseruentur· At quanto erat honestius gulam
cogere parabilibus atque facilibus contentam
siluas feris· maria piscibus aerem que uolucribus linquere· quod
in hijs tamen studijs ponitur conatum sic captandis in uirtutibus poneret
illas iam pridem Nam minime sunt fugaces optimo studio si
quesitas· intra animum bitum clausissetis· unde nunquam effugere po
ssunt nec auferri· G· auibus auiarium impleui· Ro· rem ne
quaquam necessariam et quesitu nec minus custodia difficilem
preuetustam tamen· annis ante mille quadringentos annos·
rome auctor fuit lelius quidam cognomento strabo uir equester
Non ille quidem lelius sapiens dictus· qui si auiaria reperis
set nomen sapientie amisisset Quedam sunt in uictu ut uidentur
utilia ac iocunda· que tamen ingenia alta dedecerant qui pis
cinas· qui auiaria inuenerunt· quid aliud quam gule studium
habuerunt· quod uirtutis cultoribus alienum est· G· inclusi pingues
turdos ac turtures· Ro· sed non tardos tortores· tot illecebris
irritata gula· supplicia exigit stomaci laborantis An non sati
ricum illud audisti· pena tamen presens· cum tu deponis amictus
Turgidus et crudum pauonem in balnea portas· de pauone
loquimur et formosa et ciuium et famosa est auis sed non sola que per
capitem gulam plectat· Gule quidem oblectatio· gustus bre
uis· ipse quoque mox in nauseam uersurus in conexeras pena
autem longa· cruditas indigestio· bilis· morbi· sepe etiam et mors
est· nunc tardis pinguibus ac turturibus glar· G· loquaces
coruos ac picas et psitacos· Ro· letatus hijs augustus cesar

d' gula

cos magnis emit preciis. qui victorem ac triumphatorem ce
sarem salutarent cum subinde alii atque alii ingererentur. satis se
salutatorum talium domi habere respondit ponens illi metam vanita
ti. nisi corvus ipse novissimus. loco illo mirabili plurius se quam
ceteros redemi coegisset. et hec quidem in saturnalibus legimus
Canit in naturali uiam uiri veronensis hystoria. Corvus ille ta
dalis. esutrina ubi impense alebatur in publicum evolare so
litus et Tiberium cesarem et drusumque et germanicum nomina
tim totum deinque romanum populum salutare. tanta plebis gratia
tantoque omnium favore. ut cum eum vicinus vel invidia vel ira preci
tus occidisset ingenti omnium merore occisor ipse ex ea vicinia pul
sus primum. deinde etiam a populo interfectus sit Corvus autem operosis
exequiis et solempni funere elatus. ac traditus sepulture. O
ineffabilis populorum semper insania. In illa urbe fletum et sepultum
corvum et eius interfectorem. romanum civem morte multata
tum. in qua nec affricanus maior sepulcrum habuit nec minor
ultorem. quia si diis placet. corvus hic populum salutabat ut
diximus. Illi autem non salutabant. sed salutem populo gloriamque contu
lerant. Adeo gracior vox corvorum. quam virorum virtus il
lustrium. neget nunc aliquis tutum sese populi commisisse iudicio quod
quam veteris exti matoribus non sit minus hic publicus
virorum fortium contemptus. cum ab hiis corvorum volucrum
que loquacium imitatoribus et divine vates et celestia sperantur
oracula. G. formosus est michi psitacus. Ratio. solus nempe omnium
torque aureo insignis nisi fenix et ipse avium torquatus esset
et preterea sue unitatis speciei. verum psitacus salutator magnus
et prefatum principum. plane qui adulatorem illum fecerit natura
Vnde discatum illud in notum. psitacus a nobis aliorum no
mina discat. hec didici per me dicere cesar ave. G. est michi
pica doctissima. Ratio. cum pauci rari sunt homines docti. tibi
doctissima pica est. loquax fateor et salutatrix est sedula. unde et
illud. pica loquax certa dominum te voce saluto. si me non videas esse
negabis avem. certe de huius avis intentione. discendique studio
mira nescio an et vera narrantur. Illud ipsimus vix credibile pro
positum ei verbum si oblita sit angi illam graviter et affligi mo
lestiamque animi tacita meditacione testari. tum si ei verbum ad
memoriam reducatur miris modis hylarescere. ac si prius seu
verbi difficultate seu memorie imbecillitate vincatur. pre dolore et
interdum mori. ut iam minus mira homeri mors poete sit ha
benda. si tamen etiam illa vera est. Neque vero picis omnibus hec

docilitas datur. que ex glande abium nomen quod rapiunt. et apud nos uulgo glandarie uocantur. picarum spes et forma insignis et ingenio. G. dulcissimam atque dulcisonam canoramque lusciniam nactus sum. Ro. Et hanc quoque sturnum greci latinique sermonis dociles inueniri et turdum insuper insueta etate sermones humanos imitantem rome fuisse auctor est Plinius secundus. quod de sturno nuper publice notum fuit. qui seriatim plurima uerba proferentem humanis accentibus. sepe in ipsius Plinii patria et audire tibi contigit. et mirari non iam despitacio tam trita res. ut mirabilis. iam esse desierit. quociens hunc audisti tibos unum atque alterum clara uoce poscentem. quociens inuitorem suum nomine proprio uocantem. atque ut persuaderet multa illi gestuum ac uerborum dulcedine blandientem quociens sic ridentem. ut astantes in risum cogeret. nec omnino aliter quam ueri risus hominis caderet. Que quamuis ita sint tamen hii omnes luscinie presertim melius multo michi credite. siluis in ramis canerent. quam uestris in caueis. nisi quia cupiditas nichil extimat. nisi quod sibi proprium fecerit. cum natura fecerit cuncta communia sic ultra suos fines. atque ultra sui nominis tendit auaricia. G. aues innumeras congregaui. Ro. ut multas siue ut omnes habeas. phenicem puto deerit. siue unus siue est nullus. siue illud insitum recipimus. quod quidam tradidere anno urbis octingentesimo ante hanc. ex arabia in egiptum euolasse captam que ibi et romam delatam atque in comicio spectaculo populi expositam supremam tandem ut credibile est mortem obiisse. quod ultimum falsum non dubitat qui de primis magni dubitant auctores. Ita cum omnes aues habueris. mirabilem pulcerrimamque non habebis. doleo et indignus icor. ut quid enim semper pueri manibus gaudiis exultatis. utque ait salomon. usquequo paruuli diligitis infantiam. quin aliquando conuertimini ad correctionem meam. ut item ait. siquidem ipsa eadem sunt que loquor. Sinite o cara aues insiluis agere et nidificare. et pasci. et canere. et errare. nos inertes plumas animi ad celum pandite. atque humo nos attollite. cum tenemini non uolucres captare sed uolucres fieri. Tuque hiis obmissis de quibus loqui pudet. si quid habes quo letari uirum deceat profer.

De coniugii claritate gaudium 6



Uxorem duxi nobilem. Ro. mallem tibi non tantum picis et psitacos sed bubones strigesque domi esse. illi canerent ista iurgabitur. illi aliquid inquinarent hec purget. illos excludere licet. hanc non licet. G. claro coniugio ornatus sum. Ro. speciosa uinctus es chatena. unde te sola mors.

liberet. G. claro coniugio felix sum. Ro. casto felicior. felicissimus ce-
libatu. G. pulcro coniugio illustratus sum. Ro. anceps uxoris elec-
cio. deformis facile fastiditur. formosa difficile custoditur. ea lege qua
inter formam corporis atque animi castitatem lis perpetua est. sed
ut quod rarissimum contigat et forme pudicicie iuncta sit. uberi-
orum agam. Accedant et feminee dotes alie. nobilitas. sensus
opulencia. fecunditas. atque facundia. fame integritas morum
candor. scito tamen lumen hys immixtam subintrasse superbiam
ut iure satiricus uideatur. malle uenusinam quam corne-
liam gracchorum matrem africani filiam. preuius triumphis ac gloria
insolentem. G. nobile coniugium et honestum obtigit. Ro. quid
de fastu fastidioso que ais. paruum ne feminei mores noti. disce
ferre. disce pati disce caros perdere. in coniugio uacandum est
amiciciarum scopulus uxor imperiosa et uiri affectuum modera-
trix. G. generosa uxor michi obtigit. Ro. grauius sarcina du-
re compedes. liberos humeros. atque olim liberos pedes premunt
durum dictu. durius cogitatu. durissimumque perpessu. non unius
lucis. sed totius uite hospes. forsitanque hostis. uacuam possessionis in-
uasit domum. unde illam ut dixi ueteris repudii spe sublata
sola scilicet mors excludat. G. coniugem grandem duxi. Ro. erras. illa te
duxit. diu nimium fueras tuus. accessit sponso domina. carnifex pri-
uignis. emula socrui. familie iugum. coquine labor. domus pe-
num. sumptus ancille. ornamentum aule. diurnum spectaculum fene-
stre. lis nocturna cubiculo. G. uxor michi uenit amantissima. Ro.
cum amore si nescis zelus. et suspiciones. et querele subeunt. immorta-
le duellum domi habes. ipsis ex uoluptatibus ac iocis inimicicie
erumpent. nec ad mensam nec in thalamo tutus eris. nullum
tempus litigio uacabit. media nocte pugnabitur. G. exoptatas nup-
cias contraxi. Ro. cum coniuge nupcias. cum pace diuorcium. G. uxor
contigit cui unice placeo. Ro. melius forsitan displiceres. non te
amando premeret. atque arceret. et cogitare et res tuas agere et sop-
num carpere sineret. nunc uxori placens. nil quod tibi placeat p-
ter illam speres. totum sibi te uendicat. nec sufficies totus.
siquo forte ire uelis. finget te fugere eam. finget siquid ag-
as oblitum sui. siquid cogites iratum sibi. si cibo abstine-
as. sordere res suas tibi. si sompno cesseris externa te uenere
fessum dicet. denique ut uxori placidus tibi atque alys inu-
tilis sis oportet. G. uxorem habeo que me ardenter amat. Ro.
melius amaret. caste. pie. sobrie. uerecunde. ardens amor
quid nisi incendium animi est. quia ardente. quis nam ibi mo-

deste. quis reuerencie coniugali. quis tranquillitati locus. aut quie
ti. Ardenter te amat uxor. ni uicissim se amari senserit. tepescet. a
moremque odio mutabit. sin equandus est tibi amor et tu ardeas
necesse est. unicumque deditus sis amanti zelotipe coniugis nunc insop
nis. nunc blanditijs. nunc querelis. fictisque criminibus excitan
dus excercendusque pretereo. seu liberalius oculum deflexeris. seu
ridenti lenius arriseris. postremo aliquid dixeris. aut feceris
quo suspectus reusque lesi sis amoris. que si inter dia dz. que
nam mors dicenda sit nescio. et hec quidem de tuo ardenti a
more similia nostra est. G. est michi perpetua thori consors. R. et sompni
perpetuum exilium. maritalis lecti rarus ac tenuis sopor est. hinc
uoluptas. hinc iurgia quies nunquam. G. habeo uxorem fidelissimam
R. fuisse fideles aliquas non nego usque etiam ad mortem. et
presto hominum. qui hec inter genus elegerit. magne diuicie coniux
bona et fidelis. maior tamen est acies aduersa. nempe etiam illust
rium multi dolo coniugum perire. sileo danai nurus et cruentas nu
pcias. et in funeream noctem. unicamque tot simul iuuenum stragem
Non hec illi quorum supra meminimus. Grauis agamenon. non
felix deiphebus neget. non ex nostris africanus minor. Albuinus — non posterior recencior
rex cui ab inpudica et seua fusus coniuge. nudi atixsis npam.
sanguis infecit. G. uxorem nobilem. castam. mansuetam. hu
milem. obsequiosam. piam. fidam repperi. R. mirus anceps
cornicem candidam inuenisti. uix est tamen. qui inuenisse se
fuscam putet. De formosa uxore gaudium.



Formosa michi uxor obuenit. R. difficilem
nactus es prouinciam. uigila dixi iam dum.
custodire quod a multis appetitur. G. forma est ux
oris excellens. R. solet forma corporis. ut mul
ta alia paritate gaudere. imparitatem ac dissimi
litudinem aspernari. si par igitur tibi forma est
excederis. alioquin contempneris utrumque labo
riosum. G. forma coniugis magna est. R. et ma
gna superbia. uix est aliquid. quod eque animum tumefaciat et ex
tollat. G. forma uxoris est maxima. R. unde ne casside parua
sit. scitum est illud satiricum. rara est adeo concordia forme atque pu
dicicie. ut hec constet morum insolenciam quis ferat et cottidi
ana fastidia. G. formosissima est uxor. R. habes domi ydolum su
perbosum operosum. uidebis indies peregrinos nouosque habitus lau
da hinc corporis habitudinem. quam omnia decent. hinc ingenium in
uenticias. ad cuncta uersatile. tum iacturam prorsus luctum

uxta. G. habeo uxorem formosissimam. R. habes idolum litigiosum insolens. quod affusus colas. quod extra te raptus stupeas. quod adores unde totus pendeas. submitte collum iugo. et contentus forma coniugis. curasque alias. et propriam libertatem procul abice. dicebam modo caue neque aliam preter illam laudes. nequando oculos ab illius fronte diuerteris. ne solito prius blandiaris. solito minus insanias quicquid resipueris capitale erit. omnis sanitas defectio. uiue deinceps ad uxoris edictum. et nutu domine suspensus obsequia mancipium non maritus. hec facito si tanti extimas aliquandiu formosam habere n sciam amplecti. leuique ad tempus aure gaudere. et candido natos ex utero tamquam poma nobiliora. pullaque de uase suscipere. G. uxorem habeo formosam. R. uenenum dulce. compedes aureas. splendidam seruitutem. G. forma delector uxoris. R. uana breuisque delectatio. nil forma fugatius. et precipue feminea. qui uxorem propter formam diligit cito illam oderit.

De uxore fecunda et facunda gaudium

Fecunda est michi uxor. R. multas tibi curas. multos tibi pariet labores. uxor sterilis unica tantum at fecunda quidem sarcina domus est multiplex. notum est illud comicum. uxorem duxi. quam non ibi miseriam uidi. nati filii alia cura. G. non fecunda tantum uxor sed facunda est. R. hinc filii et mutites aderunt hinc sales et uerba non deerunt. habes cum qua disputes ac declames. et satiricum non audisti ubi ait. Non habeat matrona tibi que iuncta recumbit dicendi genus nec curtum sermone rotato torqueat entimema nec hystorias sciat omnes. coniugem querebas magistram inuenisti. iamque illud impolitum commune aliquid loqui sine coniugis censura et irrisione non poteris. frustraque eiusdem satiricum illud optaueris. soloecismum liceat fecisse marito. inter mundi tedia nullum importunius procaci femina et tacere nescia.

De opima dote gaudium.

Dote auctus sum opima. R. et opima tyrannide malum malo additum. superbie coniugalis duo stimuli dos et forma. G. multum dotata uxor est michi. R. multum dotata uxore nichil est importunius. nichil intractabilius. nil sibi non licitum arbitratur. que suas opes mariti comparat egestati. que uirum pascit. dominam se putat esse non sociam. G. magna dos meum subiit limen. R. unde dos ingreditur inde libertas egreditur. quod bene prouiderat ligurgus. cuius lege cautum ut indotate nuberent

⁊ adiecta racio ut uxores eligerentur non pecunie. Senecius q; matri-
monia sua uiri cohercerent. cum nullis frenis dotis tenerent ute-
q; sapiēter. Nam ⁊ uere multis in domibus non uiro uxor sed pecu-
nia nubit auaricie. ⁊ ē utique magna dos. licencia coniugis frenum
uiri. G. ingens cum uxore dos obuenit. Ro. muta ordinē ymo
cum cum ingēti dote uxor subiit. quā libencius exclusisses. si
sola posset excludi. Plane coniugium obscenum. ubi non spe pro-
lis ad cubiculum uiri uirgo. sed ad arculam auaricie impulsa
dos cupita deducitur. G. magnam michi dotem uxor attulit
Ro. dic precius magnū preciū libertatis tue. que si tibi cara eēt ut
decuit. nullo eam precio uendidisses. G. ditissima in uxor obtigit.
Ro. de moribus nichil narras. nempe nichil ut reor de moribus
cogitasti. deq; optimis femine dotibus fide uerecundia. castitate modestia
sunt uobis ista contemptui ⁊ solum in nupciis uestris attenditur dos ⁊
forma. hec ē auaricia ⁊ libido. pronube nupcionis hys condigne. G.
pecuniosissima ē mi coniux. Ro. uide an non themistocleum illud
consilium. quo diffinit. malle se uirum pecunia. quam pecuniam uiro
indigentem. idem etiam ad feminas trahi possit. G. uxor michi diues
ē. Ro. quanto melius erat cum inopi requiescere. quam labora-
re cum superba. melius esurire cum paupercula humili. quam cum in-
solenti diuite litigare. G. coniugis dos in mensa ē. Ro. consequens
ē. ut elacio animi sit in mensa. timor autē uiri nullus. non au-
debis mica reḣdere. dum respicies dotē. non presumes humiliare eam
p quia meminens superbire. nec fastidia dumtaxat ac tedia. sed pro-
bra etiam ⁊ iniurias tollerabis. An forte non Aurelii Antonii prin-
cipis meministi. illius qui philosophi cognomen ob imperium non obmisit
qui cum uxoris nosset adulteria ⁊ amici ut eam uel occideret uel sal-
tem dimitteret hortarentur. uidebat si uxorem dimittimus redda-
mus ⁊ dotem. dos autē erat imperium. uides ut ingentis uiri animum
dos frenabat. tuum forsitan non frenabit. G. dos maxima inextima-
bilis. infinita ē. Ro. dos matrimonium honeribus supportandis non
auaricie estib; irritandis inuēta ē. Itaq; quo magis illam exag-
geras. magis infamas. ut que utique mole sua noceat. ⁊ hinc dan-
tis impudenciam. hinc cupiscenciam accipientis auctura sit. G.
ē michi maxima dos uxoris. Ro. non quanta sit dos. sed qualis ux-
or refert. ⁊ in dote ipsa non quantitas ēte. sed qualitas extimanda sit
unde scilicet perfecta quibus parta moris multe magne dotes. malis ar-
tibus sunt quesite Eliopolitanum ⁊ punicum more nostri. quo-
rum nuptias non pietate precia. sed stupris ac dedecore dos consta-
bat De gratis amoribus gaudium.

Gratis fruor

Gratis fruor amoribus. Ro. Gratis insidiis opprimen-
dus. G. Gratis uror amoribus. Ro. Bene ais. Mors est
enim amor. latens ignis. gratum vulnus. sapi-
dum venenum. dulcis amaritudo. delectabilis
morbus. iocundum supplicium. blanda mors. G.
Amo et mirifice amor. Ro. Primum nosse potes. se-
cundum in ambiguo est. si forte nocturnum mu-
liercule tue murmur in testimonium trahis. G.
Amor haud dubie. Ro. Persuasit ut video vel ma-
gnum persuaderet volentibus. omnis amans cecus et credulus que
si fidem in re amicto amatorio ius inesse. sceptum ab amante cyrogra-
phum. tenera in glacie testibus austris in testimonium profers.
O insane nichil umquam impudice perfidum credas femine. scelus. ar-
dor. levitas. consuetudo mentiendi. fallendi studium. fluctusque
fallacie. hec singula multosque maxime hec omnia. quicquid illi-
ore prodierit suspectum faciunt. G. Amo quod iure animum delec-
tet. Ro. Credis ex me audire quod ille magister amorum ait. ut
feliciter ardens gaudeas et vento tuo naviges. voluptatis id
quidem non consilium est. Ego vero quo suavius arseris eo cautius
ex incendio fugiendum consulo. tunc sunt mala periculosissima cum
delectant. sepe suavitatem hanc durissimus finis exasperat. G.
Amo amorque. Ro. ut sit ita quid sum nisi duplex nodus nexus ar-
cior gravius discrimen. melius de te sperarem si amares tantum
non etiam amareris. et si enim facilitatem amoris atque difficulta-
tem eque nocivam quidam dicant. quod facilitate animus capiatur
cum difficultate contendat. Ego tamen ita sentio. nichil ad amandum
efficacius quam amari. contraque nichil esse quod magis ab amando deter-
reat. quam scire se non amari. nec amatum iri credere. quamvis id
non facile creditura sit ceca et cupida mens amantis. qui unus
est ex illo grege de quo scribitur quod qui amant. ipsi sibi somnia fin-
gunt. G. Amo ego cum gaudio. Ro. qui quia male sibi est non sentit
obtorpuit qui in malo suo gaudet insanit. G. Apud me fateor de-
lectabile est amare. Ro. Odiosum malles ac molestum. quo et
fuga mali promptior foret. et propinquior spes salutis. nunc delecta-
cio morbum alit. sanus enim fieri respuit. quem delectat egrota-
re. G. ut libet apud me quidem ingenuum est amare. Ro. ut quisque
sapit. et loquitur. apud me vero servile prorsus ac languidum. et
quod fortissimos etiam viros emolliat enervetque. dicam quod
nemo est qui nesciat. nemo erit qui audiens non miretur. sic magis
num rerum recordacio. ut scientibus admirandum est. neve omnia se-

quar. quod nec necessarium puto. nec possibile. duarum toto orbe
clarissimarum gentium. duos longe prestantissimos duces ad me
moriam reuoca. Julius cesar victor in galliis. in germania. in bri
tannia. in hyspaniis. in ytalia. in thessalia. in egipto. idemque mox
in armenia. in ponto. in africa. et rursus in hyspania. supremo
marte victurus. in medio tantarum victoriarum. ab amore re
gio interim apud alexandriam victus est. hanibal apud ticinum.
apud trebiam. apud transimenum. apud cannas victor. ac demum
in patria vincendus sua. prius apud salapiam apulie opidum
quo inexcusabilior sit. meretricio amore subactus est. quanta tibi videtur
mali vis. que tam duros animos. tam rigida pectora. levi frangat
incursu. tam rapidos pedes. tam fortia brachia fragilibus vinclis
liget. linquo fabulosa et vetera nimis. in beluas transformatum Jo
vem. radiantis vinclis martem implicatum. duris nentem pensa
digitis herculem. ad hec et leandrum fluctibus. biblida lacrimis. pro
chrim telis viri. propria cuspide pyramum. Iphim laqueo peremptum
quodque est ceteris atque sonantius et grecorum duces de amore certan
tes. et notis troyam flammis ardentem. ab hiis omnibus ac mille
similibus. satis duo illi quos premisimus. ad probandum de quo
agitur. vel magnitudine nominum. vel hystorie fide sufficiunt. G.
Amo. quid de odio dices. si amorem dampnas. Ro. ut tu accipis
utrumque dampnabile. neque ideo bonum aliquid dicam. quod adver
sum malo sit. duo enim extrema sibi invicem adversa pariterque a me
dio. hoc est a virtute distantia. pariter mala sunt. G. ergo malum est a
mare. ego hoc fateor malo. nichil melius invenio. Ro. Credo
hercle ut est animus. sed tua opinio rem non mutat. G. oderint quos
delectat ego amabo. Ro. odium atque amorem indifferentia dixerim
Nam ut odisse vicium et amare virtutem eque laudabile est sic seu virtu
tis odium. seu vicii amor. eque dampnabile et ad summam nichil in
venies. quod per se ipsum sit laude. vel infamia dignum sit. quin paucis
additis laus ac vituperatio alterius locum sumat alterius. tu quid
ames videris. G. quid amem nisi quod ceteri. Ro. non omnes idem a
mant. fuerunt qui amarent deum tam enixe ut pro amore hec omni
a. quidem et se ipsos vitamque suam proiecisse lucrum ducerent. fuerunt
qui non altius aspirantes. pro nuda virtute aut pro patria idem facerent
numerarem nisi innumerabiles essent. G. ego nec in celo unquam fui
nec virtutem vidi. amo que cernere possum. Ro. si nichil amas. nisi
quod cerni potest nichil igitur magnum amas. quid quod de dictis ob
vias precepto illi vulgatissimo. Nolite amare que videntur. que enim
videntur temporalia sunt. que autem non videntur eterna. vos autem ce

caram esse decet. quanto et preciosior et inreparabilior illa est. sane vir
gineam castitatem nulla arte melius. quam maturo coniugio pre
servabis. G. formose michi sorores domi sunt. Ra. ne dividas.
ibi sunt prede. multas rapinis ornabunt domos. **De bono domino. G.**

Dominum bonum habeo. Ra. an habeas an uerius habe
aris cogita. sed loquendi mos est sic. dominum habetis.
ut scabiem. siue ut tussim. multa sunt que ha
bentur inuitis possessoribus. moleste opes. quibus
non licet caruisse. G. bonum dominum habeo. Ra. lib
tatem igitur amisisti. hunc et illam uno tempore ne
mo habet. Iam neque sorores. de quibus modo agebas
neque filie. neque nurus. neque coniux denique ipsa et
neque patrimonium. neque uita in tuto sunt. propter
unum quem habes dominum. habere sic omnia desiisti. G. bonum michi et pre
dium sors dedit. Ra. in compassibilia pervertis que dicta namque si bonus
non dominus. si dominus non bonus. preter unum super omnia si se dominum dici uelit.
G. bonus est dominus. Ra. boni sunt parentes. boni fratres. ac filii esse possunt
amici autem semper boni. alioquin nec amici sunt. dominum bonum dicere
blandum mendacium. atque adulacio nota est. G. optimum dominum
habemus. Ra. rectorem populi fortassis. et rei publice defensorem. quo
nil acceptius humanorum actuum rerumque rectori deo ferunt. illum uero non dicam
optimum. sed bonum. et non proculdubio pessimum. quis dixit. qui quod
habent optimum libertatem summum ac precipuum bonum uite suis ci
uibus eripiunt. per quem unius explenda uoragine. que expleri ne
quit. tot milia miserorum siccis oculis intueri potest. neque eum
quasi non iusticia. aut misericordia saltem pudor. atque mesto retra
hit spectaculo. sit licet affabilis. sit blandiloquens. sit postremo
munificus in paucos de multorum spoliis hee sunt enim artes,
tyrannorum. quos uulgus dominos uocat. carnifices eripitur hec
prestigia attonitis ingerunt luminibus. hanc hamus. ac laqueis
pretendunt escam. sic credulos aucupant. G. dominum habeo prepotentem
Ra. is in celo unus est. qui se iure suo dominum dixit. et dici uoluit
Nam terre dominus Augustus cesar. edicto uetuit se dominum dici. ille deo
rum deus. iste hominum impera(tor). ille maiestatem tenuit. iste modesti
am. denique et super hec populum romanum grauissime corripuit. sic de ipso
enim scriptum est. Et dominum appellacionem ut maledictum et opprobrium
semper exhorruit. quod successorem quamquam longe rebus omnibus imparem tamen
obseruasse optimum est. qui licet dominandi auidus. titulo tamen domina
cionis abstinuit. atque ita se inter ambicionem et uerecundiam medi
um tenens. esse dominus uoluit. dici noluit. ut qui sciret iniustum esse

quod auferet saltem exprobrationis in iniuriam intueret. dominum ei
supbiamqz et grue nomine ē dn̄s. illic maxime ubi amor libertatis ac
seruitutis pudor est. secutus horum uestigia alexander hic romanus prin
ceps. ut priuato sibi non aliter scribi uoluit. Nam ille alter macedo.
non dn̄s m̄o. s; deus dici uoluit. que scauti animo huius temporis
latrunculi. una urbe uel altera uix insidiis oppressa. non tm̄ dn̄i dici
noluit. s; dici hominem erubescit atqz ad iniuriam trahit. G. dn̄m
hēo uere optimū R. uere ē unus dn̄s. que si hēs. honestissima reg
nis qz felicior seruitus tua ē. G. iustum dn̄m regemqz optimum ha
bemus. R. int' dn̄m siue regem et tyrannum nō discernunt greci. Sin
qd poeta uir de rege loquens ait. pars m pacis erit. dextram tetigisse
tyranni. apud nos autem ut intersit. non nisi ppositum. utrqz seri
es facit. qui iusticia regit. ac regitur. Ille demum uerus ē rex. at
qui ex altiore fastigio non salutis publice speculator. s; priuate libi
dinis prurator. uel rapinam cogitans. uel uindictam. cupiditati et
aut iracundie sue paret. et rapidis atqz efferis animi motibus ce
dit. is malorum seruus dn̄orum. et si altior cinctus appareat. sceptro
qz aureo ac ueste purpurea supbus incedat. utiqz rex nō ē. s; pro exacti
onum aut suppliciorum pmotus predo. eoqz loci positus unde liberiore
seuiens flagello. atqz hos pbans. illos puniens cunctos uexans et ex
agitans. ignarus quidē ac passionum obsequens. nutu tm̄ illius qui ma
la bonos uertit in usus. iustum dei iudicium. in iustis licet. ac sceles
tis manibus exequatur. qui equā pij iudicis sententiam tortor seuus
G. iustum piumqz regem hēt patria. R. rarum bonum et rei publice.
felicissimus status. nisi preis gaudium futuri metus rerumqz felici
um semp suspecta breuitas minueret. anxiisqz desiderium mox ue
turas cumulaturum miserias obuersaretur animus humana nos
cenctum. uolubilemqz fortune rotam. que nil psperum longum si
nit. leuit quidē mali sensum ɔsuetudo. insueta deicit. unde opti
mum quidam semp prospis caruisse diffinuit. qd nō diceret
si psperitas duraret. G. iustum benignum et clementē regē. R. illo supsti
te mori opta. ne mutatam regni sortem lugeas. bonum enim bonus
raro sequitur. malum peior sepe et peiorē pessimus. De serenitate. G.



cirinus ē aer. ac iocundus. R. iam quis arguit
celestem hunc animum herere in aere illum. appē
ditis et amore uirum in eo ponitis elemento. quo
nullum instabilius. G. aer serenus atqz tranquil
lus ē. R. expecta dō. cicius nebulosus erit ac
turbidus. alio te sub celo positum credas. G. se
renus ac tranquillus ē aer. R. quam mallem sere

nus esset ac tranquillus animus tuus. utilis quidem illa serenitas
stabilisque tranquillitas. quam nec nubes occupent. nec quaciant uenti
G. serenus est aer. R. non serenum omne statuum optimum. ymo
uero pruinas nubulas serenis esse salubriores. et in hac sentē
tem platum legimus orienti. G. aer hic lucidus me delectat.
R. delectari in opibus ac factura dei minime uetitum. modo
inde eum uelut omnis boni fonte tota animi delectatio reflec
tatur. et in rebus temporalibus. eternus rerum conditor laudetur. ali
oquin attende quod scriptum est. Si uidi solem cum fulgeret i
quit. Iob. et lunam incedentem clare. et letatum est cor meum in ab
scondito. et osculatus sum manum meam ore meo. que est ini
quitas maxima et negacio contra deum altissimum. G. serenissi
mus est aer talis utinam semper sit. R. non semper modo sed diu
talem ferre non possis. uicissitudo temporum per optima. iure a multis
sed precipue a Ciccrone laudata est. G. serenissimus est aer atque utinam
non mutetur. R. nescio quam cito sit tedium hec serenitas alla
tura sit. in tam delectabile. quod non redemptitas in amenum re
dat. nullum efficacius remedium contra uite tedia quam temporum
locorumque uarietas hac fouetur et pascitur mens humana Et ut
ait augustinus. quia qualitate rerum non potest saltem uarieta
te saciatur. De nauigacione prospera gaudium

Navigacione utor prospera. R. sencio neptunum
tibi laqueos tendit. G. tranquillum michi se
prebet mare. R. insidiosa tranquillitas. ut que
ita dixerim esca naufragii. si semper turbidum
esset mare. nullus hominum nauigaret. G. ma
re michi blandum et suaue est. R. suspecta su
auitas. predonum blandicie minime sunt. hec
facies maris repente mutabitur esse aliud putes
monstro que gelidus queras. ubi est equor illud
quod laudabam. unde uero hii tam multi. tamque horribiles
aquarum montes. et minacibus spumis surgentes fluctus in
nubila. nesciunt nisi experti quid est mare. et quam ferox belua cuius
ne illi aperta monstri nomen impositum. nichil enim monstruosius
in rerum natura. nichil cui sit minus fidei. minus ue constancie.
nullius rei transformacio tam crebra. tam periculosa. tam subita
nichil denique seu mollius dum iacet seu dum surgit immitius.
G. placidum nunc equor immotumque est. R. terre ipse subsidunt ac
oscillantque in pelago tribus ut consistat. simulatus torpor. noli fidere
sepe fortunam retentare dementia est. G. Nunc saltem placide nauigam

Iob.

Ro. nullum fere animal sic illaqueos iuit ut non aliquid dul
ce p̄senciat. G. prospe navigaui. Ro. et sacrilegi p̄spe navigauit et uni
sāctissimi naufragantur. G. navigaui feliciter. Ro. crede michi si p̄gis
infeliciē navigabis. De uotiua portus apprehensione gaudium

Iam portum attigi. iam in littore sedeo. Ro. multi in
portu perierūt. plures in littore. p̄mutasti p̄iculū nō
fugisti. G. terram attigi. Ro. ita hec dicis q̄si terre di
scrimina. uel minora uel pauciora q̄ pelagi. quāuis
occultiora sunt. nō ne hec in equo posuit. is qui michi obi
qz multa et glo̅sa p̄icula. p̄uēitate p̄tulerat. neqz nō sine
causa paup ille scrutator aquarum apud staciū mo
riens hyemes qz nothosqz laudat. et expti meliora peri
cula ponti. G. in terra sum. Ro. casibus eo pluribꝰ patens
quo plus hominum terras incolit quam maria. si maxi̅a
pars malorum homo hominum ē. sic inde mors p̄uēit. unde
auxilium p̄bebatur. ut sileam pestiferas animaliū species
quibꝰ ea ps rerum scateat. G. terra sub pedibꝰ saltem stabit
Ro. atqui sepe non stetit. utqz antiqua p̄tereā Achaiam qz et
reliquam. Siciam et syriam atqz alias ubi et urbes hauste
olim funditus. et colapsi montes. et demerse insule. ut obmit
tam ueteres in dūum monciū casus Ethne ac uesein. apud
nos nup ipā urbium. caput roma ɔtremuit. qđ qz multis uel
li tp̄ibꝰ p̄inō sī o hitum alpes hac etate g̃uissime tremuerūt
et ɔuulse rupes altissime solis radijs insuetum ascensis pre
buerūt iter. Ispanie ac germanie bona ps corruit uidisti modo sta
tes urbes. uidisti solidas arces atqz opida. paucos post diebꝰ mise
rabile spectaculum atqz terrificum hum passim strata om̄ia
quin et solito mestiorem et Renū ipm q̄si flentē labi deformatā
minus utraqz ripam eamqz p̄cipue que edificijs ornacior fuerāt
querulis abluetem ūtiabꝰ. desine iam secūs ēē. ubi securitas
nulla ē. G. sub pedibꝰ t̃ra ē. Ro. nam tam c̄ta sedes animaliū q̄
sepulcri. G. ad terram p̄uenisse gaudeo. Ro. similia similibus
gaudēt et tu t̃ra es. G. in terram redij. Ro. nondum quidez sed
redibis cito. De exitu carceris gaudium.

Iuuat carcerem euasisse. Ro. ē et hec fateor inter
missa gracior libertas ac reddita. quam seruā
ta. s; non oīa que delectāt p̄sunt. et sepe nocua
sūt dulcia. et amara salubria. sepe non carcer mo
s; mors utilis fuit. sepe uita et libertas inutilis
G. carcerem euasisse gaudeo. Ro. atqui modo.

gaudebas portum apprehendisse · nunc gaudes portum euasisse
Carcer multis portus · multis refugium ⁊ arx fuit · ⁊ in libertate
perituros · seruauit in uinculis ligata ⁊ clausa diligentius asser
uantur · nesciunt mortales ceci · quid expediat ⁊ id circo mala
sua cupiscunt ⁊ assecuti gaudent · unde mox doleant Non ne lon
gius exemplum queras · audisti nuper uirum illum animosi
⁊ magni potius quam constantis incepti · qui aduerso tempore se pro
num romane rei publice professum ausus · ipse sibi tribunum noui
assumpserat · dehinc uariante fortuna urbe depulsus · romanum
primum principis post pontificis lapsus in carcerem uinctus obiq
bin hitus atque honeste tandem [illegible] aliter emissus · gladios que
hostium non [illegible] tantummodo sed discerptus · puto moriens ·
carcerem suspirauit · G · e carcere letus erupi · Ro · ibis prouistra
turbida litibus per plateas urbium · tumultus que negociorum
⁊ tempestatem libertatem putans congratulaberis · dum que cla
uis una concluserat · mille stringent laquei · cumque leti omnes ex
cellis portum petant · unus tu nauta mirabilis · e portu letus
impellas remis · G · e carcere digressus gaudeo · Ro · [illegible]
ut in reliquis consilium erat neque multum gaudere neque ni
mium dolere · sed equanimitatem omni in statu · ceu uite gubernacu
lum tenere · in tanta presertim caligine futurorum · neque tam in
serum est ut fertur intrasse neque tam faustum e carcere exiuisse
quotiens carcer libertatis hostis · propicius est saluti · quotiens optata
notis omnibus libertas in periculum ⁊ in mortem uersit · G · exiui e carcere
Ro · [illegible] multi hominem casus eripuit · ex angustiori
aut · sola mors eruit · G · molesto de carcere discessi · Ro · potes in
hunc carcerem reuerti · in illum alterum cum semel exiuis
non redebis [illegible] in tempore De tranquillo statu gaudium

Ebus nunc compositis tranquillus ago · Ro · sal
uia tua nauis fluctibus maris · sic animus inte
curis explicatus · portum attigit laborum ac
terrorum · sed non ita est nunc · nunc maxime metu
endum · nescis quod res hominum non stant · qui
uolubili in rota sedet · altior is prunus est
ruine · G · optato cunt omnia · Ro · ueneris · cunt
omnia · nichil enim manet · ante ergo quam felix
uideare · spei forte aliquis post leuis est metu
ad extremum luctum · gaudio autem nunquam · gaudium loquor uerum
donec ad uera ⁊ stabilia bona peruentum sit · G · rebus prosperis humanis
tis acquiesco · Ro · summa rerum humanarum labor ⁊ merori huius

igitur requiescas. durum caput et lodice ferrea et spinoso reclinans
puluinari. G. opipare prouisa sunt omnia. Ro. expectata puto in
eum nauis applicuit. periculum euasisti. extruxisti domum. exarasti
aruum. putasti uineam. irrigasti prata. congessisti aceruum. inseruisti ar
bores. effodisti riuos. texuisti sepem. columbarium erexisti. misisti gre
ges in pascua. apes in aluearia. sementem in sulcos. nouas merces
in maria. tuto loco collocatum fenus. plena archa. diues aula. au
ratus thalamus. referta horrea. spumans penu. prouisa dos filie. coniugi
um nato. empta populi gratia. blando ambitu parta suffragia. proximum
ad te opibus summus atque honoribus. stratum iter. o felicem te restat
ut gaudeas. hec ni fallor conclusio tua est. mea non longe alia. restat
ut moriare. rarum ualde inter homines. ut multo studio quesitis
multo fruantur tempore. longus labor. usus breuis. G. prosperis rebus eunti
bus stabili instituti sunt. Ro. quo autem rebus euntibus tu stes. ui
deris. nempe ego non uideo. G. rebus ad uota fluentibus letus sum
Ro. nunc igitur tempus est moriendi. speras ne hic diu aliquem
letum esse. morere dum letus es. antequam esse mestus incipias. quod iam
dixi repetam. est enim minime tediosa rerum utilium sed iocunda repe
titio. meministi igitur quid apud ciceronem lacon ille ait. senem
et odio diagore leto tunc ualde leuibus licet ex causis quas audisti
super cum de palestris ageremus. morere diagora inquit non enim
in celum ascensurus es. grauiter id quidem. Nam quid amplius ex
peteret animus letus. in hac rerum tanta uertigine nisi ut letus esse
desinat. esse tristis incipiat. itaque oportune. admodum diagoras con
filio paruit anima. spectante quidem et plaudente populo. inter filio
rum uictorum amplexus et oscula exspirauit. scriptum est in libro
noctium atticarum. et ad summam plures gaudio quam tristicia perire
omnibus ergo qui sapiunt. sed maxime gaudentibus mors optanda. de
hac semper et presertim in tempore prospero cogitandum. illa cogitatio reliquas
stinet. G. laboraui en quiesco. Ro. omnes enim id spatis. sed erratis
mihi omnes. stilus enim uite alius. multumque finis a proposito di
uersus. hec tua requies aut breuis aut falsa est. aut quod est uerius u
trumque. quid hic requiem somniatis. sic a cathenis uinctus li
bertatem. eger sanitatem somniat sic sopitus esuriens opim
as dapes. sed en dies ultimus aderit. Itaque confestim discussurus
hec somnia. Nolite autem falli somniis atque opinionibus falsis
quibus plena est uita mortalis. nolite uobis hic requiem spondere
credite michi. tota quies hominum post laborem mors. G. omnia
que in rem usa sunt suppetunt. Ro. superuacua in rebus plura sunt
quam necessaria. sed hic humanis animis est ut professus ascensum celi tanto

studio se honerart· q̄to uix exhonerare debuerat. ita qȝ peregrino
fasce arruatus. dum in altum inti uult ruit· et p celo illa terra ē. G.
Cumulata sunt oīa. iam in portu sum. Ro. nauigacōis in fine igit(ur) est
eciam prius uita sumlima p(er)iculoso mari illius finis i littore huius
morte· utrūqȝ portus nōe dr. p(er)fecto aute magna ps mortaliū acerriam
dis uite adminiculis anxia. int(er) ip(s)os apparatus rerum moritur et
nulqȝ iam usitaciūs· quia ut uite studium mors p(re)uertat paucis acci
dit ut ad optata p(er)ueniant· s(ed) qȝ ip(s)is tam diutium questus eripi(tu)r
ut gaudij breuitas· quedam uelut accessio sit doloris. de quo mul
tos in morte q(uo)q solitos notum ē. G. iam p(ost) actis laboribȝ securus
uiuo. Ro. et int(er) uiscum ac laqueos· secura auis uolitat. piscis i(n)t(er)
hamos ludit int(er) plagas fera· sepe ubi periculi plus ē et pauoris mi
nus. ars fortune est ut licencius feriat metum demit. G. pomei
uitam laboraui ut in fine quiescerem securus. Ro. securitatem et quiete
tuam i p(re)cipiti collocasti et uixisti mestus ut letus morereris. non
sulsum uite mortis qȝ consilium. mō de securitatis et quietis et tristicie
et gaudij qualitate conueniat. G. omnia undiqȝ conquesiui quibus
instructior uita eēt. Ro. ymo nō quibȝ mors molestior egisti plane
negocium medicorum. iam si requietes ad erūt sratum qȝ camistre
perit aderunt captores· testamentarij· erūt et qui gaudium p(re)mant
et qui fletum simulent et qui tenacem spm seram morte tarde incep(er)it
et qui cursum fuerit et qui p(ro)nosticas inhient et qui cadauer aureū
p(ro)solentur totū hec tibi conquisita undiqȝ uite conferūt instrumenta nō
ut melius uiuas. s(ed) ut commiciacior moriaris. nō penitus operam p
didisti et iam et comites languenti et libitine sūptus et funeris
pompa nō deerūt. G. conquisita sūt omnia. quiescendum ē. Ro. iā
dixi uite requiē et solacium querebas. laborem mortis ac tediū
inuenisti. G. cuncta dispositū p(ro)speritas parta ē. Ro. congessisti falla
cissime ac fugacissime spei nidum· qui ubi p(ri)mū adoleuerit. e
uolet mestū et uacuum cor relinquēs. sepe uel in plumis p(er)eat
G. longo succedit requies labori. Ro. breuis ipsa adeo fortassis
ut nulla pocius dici possit. multorū sepe studiū annorum in mo
mento excidit. ymo cum fere semp(er) gradarij sint p(ro)gressus raro nō
repentini exitus rerum sūt. G. p longas curas ad securitatis
inicia uentum ē. Ro. solicita multum de p(ri)ncipijs humana cu
riositas. finē ceca nō p(ro)spicit. densa uectiū caligo t(em)p(or)is mortalis
aciem frustantur obtutus deliberacio utiqȝ ura sit consumacō
fortune. dicam melius dei ē. cuius in manibȝ sortes sunt hoī
num. nō q(ua)s ip(s)i uobis opinione ura· sepeqȝ improba fingitis. s(ed) q(ua)s
ille p(re)sciencia sua uidet. cuius ē aute illa uox. Stulte hac nocte aiaȝ

tiam repetunt a te. que autem parasti cuius erunt. continuatio horren-
da. que nisi spes somnos quoque mortalium interrumperet obsurduisti haud
dubie. De hereditatis expectatione. Gaudium. Spes.



Hereditatem orbi senis expecto. Ratio. modo,
te tranquillum predicabas. ipse tibi ne contrarius sis at-
tende. numquam expectatio tranquillitasque cohabi-
tant. nec ullum vite tedium expectatione mo-
lestius. S. expecto senis hereditatem. Ratio. ne-
scis forsan quid ille expectet. est ea quidem in-
hominies uulgaris insania ut fere omnes non co-
euis tantum sed iunioribus quoque diutius se uic-
turos sperent. in uita sua de morte cogitant
mortales. de aliena autem libenter. cum tamen contrarium agere esset utilius
S. senis hereditatem spero. Ratio. quid si ille interim tuam sperat. falli al-
terutrum est necesse. quot autem senes in uices mortem iuuenum expec-
tantes. et sane nemo tam senex qui non possit annum uiuere, nec
tam iuuenis. qui non possit hodie mori. S. hereditatem orbi senis
spero. Ratio. iustius hanc sperabat filius. iuniorem iustior spes elusit
S. hereditas orbi senis adhuc ueniet. Ratio. quid scis an ad illum tua
Gaio Claudius Neroni Galba Domitiano Nerua Commodo Pertinax
successit. et successionum talium plena est hominum uita. S. orbi senis
hereditas me manet. Ratio. que non fallere possit uolens. qui quem
noluit fefellit. aut superuiuere negat. qui filio superuixit. S. orbi
iam senis elogio scriptus heres sum. Ratio. an in tabellis forsan ada-
mantinis. unde non facile delearis. an ignoras quam leuibus e
causis testamenta mutant senes. multis in ipso uite exitu quod per
omnem uitam uoluere displicuit. S. heredem me uult orbus senex
Ratio. potest nolle. nichil est autem indignantius orbo sene ac diui-
te. ubi sua diligi. seque sperni sensit actum est. S. hereditas orbi se-
nis promissa est. Ratio. ea utinam in reuerentia. atque ea mortalibus
fides esset. ut et numquam nisi honesta promitterent. et semper promissa serua-
rent. nunc nec promittendi modus. nec promissa putor frangendi
ullus. quod in hereditate potissimum licere sibi homines putant
itaque uoluntatem testatoris ambulatoriam uocant. non te exem-
plis premam nota res est. legisti credo quibus hoc accidit non so-
lum uiuentis promitteretur hereditas. sed supremo etiam morientis
amplexu. osculo. annulisque aureis donaretur. quod apud illos
indubie successionis indicium erat. cum interim et heredes alii et
eorum mentio penitus nulla esset in tabulis testamenti tamen medi-
a de morte perfidia ausa est. te ne igitur uiuorum fraudibus immer-

reris. cum dolis morientium circumuentos legas. summos etiam
et illustres uiros. Nam ne singulis in morem. genus hoc ludibrii est
passus. Lucius. Lucullus uir amplissimus. quodque est clarius Augu
stus cesar. horrenda longeque mirabilis libido fallendi. que nec
pharias animas nec in morte destituat. G. sic est mos. et tu promissa
in hereditate spem defigis. quam frustrari possit. et uita longior testa
tis et breuior fides. quamquam hiis cessantibus. mutandi cum proposita possit
esse iustissima suus heres. Noua senum oriens progenies. siquidem octo
genario maior cato filium genuit. nonagenario iam propior
massinissa. id quod ac etiam. nunc etate uestris senibus eueniet. qui u
tinam prestis ut gignendo. ui. sic uigore animi pares essent. que
cum ita sint. heres certe legittimus captatori obstat. atque im
probam spem precidit. G. iam testamento scriptus heres sum. R. sed iu
uentis forsitan et iuctum testamenta autem in uita fiunt in morte
firmantur. funus et cadauer cogitas. lupus quidem expectatione
lassandus et media. G. hereditas ad me recto calle uentura est. R.
quid quod ut testator. sic hereditas casibus subiacet. ut neque semper
quem uelis heres heredem. et sepe nil aliud quam inane nomen sit here
ditas. quid quod interim uasto precio. precia res emuntur. dum senem
et obsequium submissum et indigne uiro blanditie merentur. nul
la est tanta utilitas. que decoris impendio extimanda sit. G. nul
lo legum aut fortune obice hereditas ad me ueniet. R. unde id
nosti. cum sit satium illud marci catonis. sapientissimi senis
dictum. sepe inquit audiui inter os atque offam multa interue
nire posse. esto autem nichil interueniat sed ad te sperata ueniat he
reditas. non manebit tecum. sed a te rursus ad alios migra
bit. uolubilia sunt bona. rotundamque nummi precipue formam
dicunt. ut perpetuo rotetur motu. quesiuisti hereditatem successori
tuo mestus forsitan gauisuro sollicitus odioso. et sperasti de alio
quod idem alii de te sperent. De potentia gaudium.

Potentia magna sum. R. ergo et inuidia. G.
potentia multa sum. R. et periculis multis. G.
potentia sum ingenti. R. et laboribus infinitis
et inextricabilibus curis. G. multa possum. R.
quo plus in alios potes. et plus alii in te. G.
potentie est plurimum. R. quo potentie magis
et maius in illam imperium fortune. tepide se
exercet in paruis urbem eligit materiam in ma
gnalignorum mole concitatius seuit incendium. magis
prosperitas magne uiam facit aduersitati. nec facile quecumque

plane miserum videbis. qui non valde felix fuit. non pōt igno
ti hominis nota ēē calamitas. G. quod volo et possum. Ro. tāā
ergo nequid mali velis et scito quo potencie plus. eo plus ēē ne
gocij. minus ve licencie. G. potencia ingens ē. Ro. quid scis an di
uturna. piget exequi. qui potens brevi ad impotenciam. seu qui
reges ad infamie cruciatum sunt redacti. ne prurosi et lubrica sūt hūa
norum gradus ascensuū. tremulus vertex. precipuum horičoni
egre ascendi ad eminentem statum. anxie ibi ↄsistitur. grauiter
inde. ac repente descendi. id sic ēē non singuli tm̄ reges aut ppli
ꝫ maxima etiam testantur impia. G. armis atqꝫ opibꝫ potens
sum. Ro. vera et firma potencia in virtute fundata ē. fundamentum
si detraxeris. quo maior eo periculosior structura. quid implere.
opibus domos iuvat. arva legionibꝫ. maria classibus. si intus
in terra domesti hostes. animum oppugnant. vis ut te potentē
fatear. illos doma. finibꝫqꝫ tuis pelle. vince iram. vince cupi
ditatem. vince libidinem. vince te ipm̄. fame atqꝫ anime hos
tem tue. que nam ista potencia ē vincere alios. passionibꝫ suis
victa. G. funda in solido potencia ē. Ro. quo pacto. cum vita
ipa mutet assidue. o. quid times in bēllum animal. de potencia
disputas. de aīa interim periclitaris. quam vel ictus vl' nature
vis occultior. vl' exigui morsus animantis. vel extrema ↄtemp
tissimiqꝫ homines sepe potentissimis abstulere. G. potencia egregie
stabilita ē. Ro. ubi queso. ī armis. an ī fluctibꝫ. an ī vēto. an ī
ipa ut plurimi fortune rota. quam tu amice male susceptam po
ne fiduciam. nulla hic stabilis potencia. ut qꝫ vl' improvise expu
mam qꝫ senio. nulla potencia potēs ē. De gloria gaudiorum:·



ed ingentem magnam gloriam. Ro. magna in
exiguo qualiter explicentur non intelligo. si
temporum. si locorum angustias meditare. ma
gnam hic glām non ēē fateberis. non inge
ram tibi. ut terra omnis punctus ē. cuius
ipsius ptem maximam natura fecit ī habitabilē
atqꝫ in accessibilem fortuna ut tps̄ pūs pūcto
minus. idqꝫ ipm̄ semp instabile. fugeqꝫ tam
rapide. ut vix illam animo sequi possis. due
relique temporis ptes semp abūtes. ita ut altera vos lubrica me
moria. altera expectacione anxia fatiget. ut omne sil' tpus. aut
diluvius aut estu nimio. aut peste aliqua. vel celi inclemencia
vl' tirannum aut demqꝫ pse ipm̄ lapsu pprio. ita discerptum atqꝫ
ↄfusum sit. ut una sepe etas. ppe nil hēat commune cum altera neqꝫ

minimus in temporibus quia vilescis. videas exiguo intervallo notissi
mum non agnosci. hec inquam et que sunt id genus plurima tran
seo. vulgata sunt omnia. quibus liquido cernitur. que nam hec
mortalis ac terrene glorie magnitudo est. G. quam condicio mea fert
gloriam sum adeptus. Ro. si indignam brevem hercle. at si dignam
gaude non quod habeas. sed quod meritus sis. G. gloriam quesivi. Ro. gloria vera
nisi bonis artibus non queritur. unde tibi partum inde sic intelliges
an gloria vera sit. famam si eius dedit. eripiet. G. multum est
glorie. Ro. cave ne quam gloriam veram putas. ymago falsa sit et
glorie. in rebus hominum multa regnat illusio. G. plurimum est glorie
Ro. ut nemo pauper magne pecunie famam querit. nisi ut fallat. sic
nemo ignavus. magne virtutis opinionem. utrumque tamen sibi conscius
quicquid alii de se loquantur quantum vel pecunie in archa vel virtutis
in animo sit. G. insignis est gloria. Ro. si eximio. modeste utere ne su
perbi illi notam affricaveris si nimius. fac ne diu populum fallas
G. prefulgens est gloria. Ro. vel mereri stude vel que non tuum indu
mentum exue. in glorie esse perstiterit. quam mendacio gloriosum vera
etiam gloria cum labore fulgitur quid de falsa speres. cum omnis fic
cio difficilis sit tamen difficillima est quam multi undique obser
vant. rari nempe sunt gloriosi. hos propter dissimilitudinem obscuri
atque in invidum vulgus odit. grave est inter tot hostium insidias
latere. perstringere omnium oculos non potes inter tanto studio de
fixos. G. gloriosus appareo. Ro. melius forsitan lateres. et certe
tucius. hec quoniam dixit is qui multa leviter bene qui latuit be
ne vixit. G. clarus atque notus sum longeque conspectus. Ro. li
vor abdita penetrat. miraturque putas conspecta preterat. quid
quod pauci sunt quibus expediat apparere et conspici. pauci quorum
fame non noceat ad plenum nosci. Notissimum claudianum dic
tum. minuit presencia famam. quanto magis illa minuit noticia
raro sunt homines quod videntur. G. gloriosus videor. Ro. cava
nube circumdatus delitescis. si paulisper consideris. quo plus glorie
fuerit. eo vere plus erit infamie. G. at gloria vera. Ro. id neque
te melius novit. ita demum si exterum iudicas in corruptum ani
mus in rebus assumpseris. gloria quidem ut sapientibus placet quasi
quedam umbra virtutis est illam comitatur. illam sequitur. illam
quoque etiam antecedit. quod in adolescentibus clare indolis vide
mus. quos ante perfectam virtutem preceptam de illis spes hominum cla
ros fecit. que quibusdam velut stimulis. generosos modestos
que animos excitet atque erigit. et impellit ad equandam speram
civium suorum. stultos autem timidosque precipitat hic tamen scoria

cio. illa iudicia clarorum adolescentium in obscuros senes laus
quidem sapienti utilis. stulto nocet. ex hijs uides umbram p se
ipsam ẽẽ non posse. rei auuspiam sic oportet. uis ne igitur glori
am ueram ẽẽ. fac ut uera et solida uirtus sit. **De bñficiis in multos collatis gaudium.**



Eneficia in multos contu
lisse gaudeo. Ro. multos ingratos experiens
dolebis. G. bñficia in multos effudi. Ro. ite
rum. nam si accipientium animos inficere
bñficiorum magna ps pdita. G. multitudine
is bñficiis sunt obstricti. Ro. quidam se
obliuione relaxabunt. alij forsan in iniurias
bñficia pensabunt. ut cessent iniurie non
cessabunt querimonie. quia nihil de bñfacto
ribus querantur suis iniquum fateor si commune. adeo ut nõ
tam crebre de hostibus sint querele. audisti apud lucanum de
pompeio querentem ptolomeum. apud senecam uero fabium
de augusto quid nõ te ad lr̃as atque ad antiquitatem uoco ur
bes medias contemplare. iam omnes lamentis talibus pleni sũt
omnis autẽ ingratitudinis triplex nisi fallor ẽ ca. In uidia. s. que
dum impensa alijs bñficia suas ducit in iurias. uise collata nõ
aspicit. Superbia que se ul' maioribus dignum ẽẽset. ul' pferri si
bi aliquẽ indignatur. Cupiditas que muneribus non leuit' sed
accendit' et dum querẽdis inhiat. quesita nõ meminit. possem
breuius totius mali cãm stultitiam dicẽ. ea nõ nõ huius tm̃ s
malorum õium cã ẽ. ignorantia ueri boni. opinionũque pusil
tas. hinc nimirum pestes iste prodeunt. Supbia ĩ pmis et cupidi
tas. quibus nullum obsequium non exiguum. nulla largitas nõ ang
usta ẽ. G. bñficiis fui in multos. Ro. aristotelica quedam ma
gnanimitas fertur. meminisse collati. accepti autem bñficii ob
liuisci. que sua et si colore non careat. apud me tñ uerus ma
gnanimus contemptor mediocrium atque humilium rerum ẽ. atque io
quecũque egerit magna cũius iudicio plurimorum pua sunt. aio
maiora quedam et rariora nolienti et siquid accepit. quo al
teri fiat obnoxius. quamuis exiguum graue ẽ. uberiter amati
atque ad excellentiam aspiranti. quo ue quam pmũ solui leuari
que uelit. de hac igitur re annei senece dum plo bñficium iquid
qui dedit. taceat. narret qui accepit. eleganter nempe duo bñ
ficentie seu uenena seu uulnera sunt. huic exprobratio largi
entis. huic accipientis obliuio utque mater ingratitudinis ac
bñficiorum nouerca. illa ingratitudinẽ parit in altero. hec in se. illa qz

beneficium extinguit ipse. hec in albero hys tot malis aptissime
uno illo senece consilio mederere. G. multis bene feci. R. at pluribus
non fecisti. qui se preteritos et contemptos dolent. est autem nescio qui
dem unde firmior offensarum quam beneficiorum tenaciorque
memoria. sepe singulis beneficiis aut nullos aut singulos amicos
obliviosos ac tepidos. hostes autem multos tibi feceris memores
ac ferventes. G. multis multa et magna contuli. R. sunt quibus
multum profuisse periculum sit. quidam parvo amicum. magno
beneficio hostem quesiere. quod et exigui debitum leve. retribu
tio prona est. magna autem et debere pudet et piget reddere. et
nichil est tertium nisi ut desinat esse cui debeat. qui invitus debi
ta dum debentem pudor beneficiorum expertes dolor agitat. inter
scillam et caribdim feruntur cimba beneficii. effitiunque ut multos
qui parce et illiberaliter tuti vixissent. liberalitas insignis in di
scrimen traxerit. siquidem inter malos. impune bonum esse
non licet. durum dictu. sed dicendum tamen. animal ingratius
homine nullum est. G. late meum beneficium patuit. R. quidam sunt
benefici. nec tamen benivoli. quos magnitudo status atque do
minium necessitas. multa largiri cogit. hys etiam quos non
animo non diligunt. sed nec noscunt quidem. quibus si se ob benefi
cia caros sperant. valde eos fallit opinio. nemo sane non
amantem amat. mutuus nexus animorum. ac reciprocus est
amor. munera sepe necessitati amori nostro iudicio tribuuntur. ut
ergo beneficia bene collocata et leta fronte. pio quoque animo. dignis
exhibita nunquam gloriosa negaverim. sic in illa ymo non pretermittenda
seu hec dantium. seu accipientium culpa est. pro ea ac
pia nemo usque est qui dubitet. et est facilior brevior quam ac rectior
quam supra tibi ostendimus amando. scilicet. ad amorem via quam
pergenti verum quoque si beneficii nomen accesserit. clarum te suspi
ciendum nullis amabilem effitiet. G. multa et magna contuli. R.
in rebus non quid sed qualiter. quo ve animo fiat refert. Apud de
um atque homines et magna sepe in visa et modica grata sunt
modium pro omnibus cor attendi et sacrificio pauperis probatur. et mu
nere

De amore populi gaudium.



P opulus me amat. R. subsiste paululum mox ode
rit. G. populus me diligit. R. ne spera nodum firmum.
Unus dies unus. sic vita omnis a fine describitur. G. populo
carus sum. R. quis illis sapientibus carior. quis
camillo. quis rutilio ac metello. quid temisto
cli loquar aut alcibiadem quid hoc genitum cimone

aut aristidem · quid thesea · quid solonem · quid hanibalem · quid
ligurgum · qui aues oro te · quia quisque · quia biuiter populo suo ca
rus · omnium notus finis est · ut contemptu · uel in odium uersus amor · atque
indigna rebus premia · fori labor · accusacio · mors · exilium · cathe
ne · G · multis in populo carus sum · R · malis ergo · pauci enim
boni · atqui malorum malis artibus queri amorem constant · si uero
similitudo quedam parit amicicias · ut prudentibus placet · qui
sis extima · qui multis in populo carus sis · G · populus me amat · R ·
serenum hybernum aura estiua quies maris · lune status amor
populi · paria hec si conferantur · mobilitatis ultimo palmam do · G ·
populus me honorat · R · labiis credo · cor autem eorum longe
est a te · non enim tibi fidelior quam deo · raro quitquam ex animo
facit uulgus · nisi tumultuari et furere et seuire · G · populus me ue
neratur · R · non faciet diu · facile enim uincit · quod non certo iudicio sta
bilitum est · G · ardens in me populi fauor est · R · ardenti principio
sepe medium tepens · finis algidus fuit · quod haud crebrius ul
la in re quam in studiis populorum cernas · G · populus me laudat · R ·
stultorum laus apud doctos infamia est · G · populus me suspi
cit · R · leui rerum alteracione despiciet · semper enim alterum ex
tremorum tenet · medium uero numquam · ut qui hesitantem ibi hostem
metuat · G · populus me colit · R · mirabor · si tam inculto cultorem
fructificet · G · populus bene de me sentit · R · sine ullo dilectu in
dicare solitus utramque in partem · ita quod uulgi sentencia ueros in
ter iudices sui argumentum est · G · populus bene de me extimat · R ·
suspecta sanis ingeniis extimacio insanorum · mallem te populo in
cognitum quam probatum · G · populus multa de me loquitur · R · et tu er
go popularibus auribus fidis atque ageris · quod licet magnis olim uiris
euenisse noueris · non minor enim est uanitas · gaudere flatu te
nui · et incerto · G · populus me miratur · R · et ego te miror · qui hec in
gloriam tuam trahas · G · populus me amat · R · non hec laus sed fortuna
tua est · populi mos est ut sepe amet indignos · sed a quibus indignum a
moris sepe dignissimam fert mercedem · De occupata tyrannide · G ·

Quasi tyrannidem in ciues meos · R · rependisti
dignam mercedem stultis amantibus · illi te equo al
cius extulerunt · illos tu iniquo iugo seruitutis depressisti
G · tyrannidem in arripui · R · abstulisti libertatem
aliis · securitatem tibi · requiem utrisque · G · tyrannide
consecutus sum · R · statum certi laboris · exitus am
bigui · sed ut plurimum infelicis · Non te ad histori
as ueteres atque externas mittam · quis plurimi ·

Alexandri exitus. Quis Dionisii Siracusani. Quis Agrigentini pha-
laridis. quis Hanonis peni. quis Clearci Eracliensis. quis Ephesii
Aristotimi. quis Lacedemonii Nabidis. Quis Hypparci denique Athe-
niensis quem cecidisse inmortalis gloria interfectoribus fuit. Non ad
recentiores atque domesticas Cassium Melium que et Manlium Ro-
manos cives Catilinam quoque et Gracchos et Apuleium. non ty-
rannos quidem sed tyrannidem affectantes inque impiis conatibus
deprehensos. ceptoque perditos atque oppressos. Non postremo ad illos qui
maiores. non meliores iusti velut impii. tulerunt tenere. tyrannidem
atque iniustam. Gaium scilicet ac Neronem. Domicianum et Comodum
et Bassianum. reliquosque eius ordinis solo nomine principes. quorum
mens tyrannica et tyrannicus finis fuit. Sed ad illos quos avorum
priumque memoria. seu quos etas ac regio presens vidit. hos ego nec di-
stantibus te fatigem circumspicere et contemplari iubeo videbis usitatum
et communem tyrannorum exitum. aut gladium. aut venenum. ne-
que illud a satirico dictum dices Ad generum Cereris sine cede et vul-
nere pauci descendunt reges et sicca morte tyranni. G. Tyrannidem
in cives exerceo. R. Predam atque carnificinam. auro splendidus et
sanguine civium sitiens mox crudela tenaxque non missura cutem nisi plena
cruoris hyrudo. Sed qua fronte. quo ve animo seu sanguinem illum fundis
pro quo fundendo si bonus esses sanguis tuus ultro tibi fundendus
erat seu civibus tuis aurum rapis. quod diris predonibus largiaris spo-
lians qui tuis pascendi opibus fuissent. ditans a quibus omni in-
genio extorquendum legis sic maiorum vel exempla. vel monita
voluerunt. Sed hec pessimum habet tyrannorum vita ut quibus fiden-
dum est metuant semper. fidantque quibus fidei nichil est. totum hoc
malum. hinc immeritis irrogate iniurie fecerunt. hinc indignis
erogata beneficia et ambicione turbatus ordo rerum amici ex-
sulibus. hostes ex civibus. G. Tyrannus patrie mee sum. R. Numquid
ideo esses si illam tuam esse patriam meminisses. si obversaretur animo
publice matris effigies. numquam fratres lacerares tuos. cum quibus
equam pueritiam atque adolescentiam egisses. eodem celo us-
us hisdem aquis. atque hisdem sacris. hisdem festis diebus. hisdem
ludis. ac luctibus. qua nunc mente de illorum tergo potes ludere
atque illis flentibus gaudere. qua postremo impudentia in ea ur-
be vivis in qua vitam tuam omnibus facis invisam. morte cunc-
tis optabilem. ubi esse neminem certus es. qui non male perditum
te velit lupum mitti de grege sevissimum. G. Tyrannidem acce-
pi. R. Si preterito presens tempus conferas duram te ac miseram subiisse
sarcinam intelliges. tutam agebas et quietam vitam de hinc.

nisi sceleri iungis amiciciam. nulla tibi sine metu ac tumultu
annum dies nulla nox ibit. nullus non suspectus cibus. nullus so
por imperteritus. dum ubique ceruicibus impendentem uideris mu
cronem. que amico opes fortunasque suas iurauit non inepte mon
strasse traditur dyonisius tyrannus quidem sed tyrannidis extia
tor acutissimus. G. ferro michi tyrannidem acquisiui. R. ferro
quesitam ferro etiam seruaturus. ferro forsitan amissurus. per cla
rus plane diuicias comparasti esse omnibus odiosum atque terri
ficum. quod quia hinc sequitur tibi te perpetuo quem metum ut e
tiam periculi nichil sit. quod in quibusdam urbibus natura animum
prestat apta functio qui tamen pauor abesset animo recolenti. quod
illeiulius quod legittimum nomen habet imperii dictator ac fun
dator primus audiuit a laberio romano equite. Necesse est inquit
multos timeat quem multi timent. cuius dei non illa est quam
posuit naso. quia quem metuit quisque perire cupit. positam prius ab
ennio ubi ait quem metuunt oderunt. quem quisque odit perisse ex
petit. ut tamen et periculum et metus etiam omnis cesset quod non nullis
tyrannorum uel nutrita publicis malis audacia uel nota ani
mi spondet ignauia. an non saltem ullus est pudor hiis preesse
quibus te subesse sit dignius preter in iustam animi rebus omnibus
imparem. G. tyrannidem indui. R. humanitatem ergo et iusti
ciam exuisti. simul et periculosam uitam et crudelem aut certe
dubiam mortem elegisti. Infelix de quo solam patria que te ge
nuit atque aluit mortem speret. an uero non ille sit miser est
quem miserum omnes uolunt. an uero ille miserrimus. qui
tam miser esse non possit. quin sit dignus esse miserior. G. habeo
summum inter aues locum. R. hes maioribus tyrannidem in a
rcius domum in uepribus stratam. in prerupto sedem. in rapis
inopiam. in miseriis in inuidiam

De regno et imperio gaudium



Ecce autem iure rex sum. R. id et nimio
dum occultum esse non potest. quid inter sit inter
regem et tyrannum quamquam iam diximus. quid
autem iuuat dici regem si tyrannus es. non
in speacioso cognomine sed in uera iusticia re
gis regni salus sita est minus mali regnum
in questitum dominium reformare te que
decet. liquo sic agere ut rex uerus appar
eas. quam regnum iure partum in quo iusto
successeris parenti tyrannica uexacione diripere. plus enim ue
laudis in progressu ac fine quam in principio regum est. G. rex sum.

Ro. melius sub iusto rege ageres. atque tranquillius quam rex ipse
G. regni solium ascendi. Ro. locum late conspectum patentemque omnium
iudiciis. eoque periculosum ignauie. laboriosum uero difficilemque uirtu-
ti. bonus enim rex seruus est publicus. G. regni solio euectus sum.
Ro. ut meritus uideare tuas res teque ipsum obliuiscere. populum tuum
et rem publicam cogita. quo die primum rex fuisti tibi moriens a-
liis uiuere cepisti. quodque durissimum est ingratis et nunquam extima-
toribus laboris tui. G. in regiam ueni. Ro. aliquid ibi forsan preter uane
glorie reperturus. sed quietis nichil. G. iuste regno. Ro. bene agis gra-
tissimamque rem deo. scito autem fore te querulis et iam tibi ante
obitum gratiam relaturis. raro tam iustus quisquam regnum fuit ut
non carior populo successor foret. is cum uenerit. alter optabitur. hii sunt
uulgi mores odisse presencia. uentura cupere. preterita celebrare. quan-
do ergo defuerint querele si omne presens bonum sordet. nilque omnium
placet nisi quod careat. seu perditum seu speratum. G. sceptrum et
diadema sortitus sum. Ro. fulgidas compedes. claramque miseriam
que si plene omnibus nota esset. crede michi non tociens uno de
solio litigarent duo. sed plura essent regna quam reges. G. purpu-
ra indutus sum. Ro. non cultus exterior. sed internus habitus et mens
regia regem facit. Alexandri romani principis dictum fuit. Impe-
rium in uirtute non in decore consistere. G. ad regnum puer ueni. Ro.
Nunc in dubio uertitur subiectorum status. an felices ea que hic
fingitur felicitas an miseri sint. nempe mortalis regni felicitas
rex bonus te indubio manet labor et graue negocium. G. rex
sum nil non licet regi. Ro. nulli minus. uno uero quod olim lic-
uit iam non licet. et si forte de regno licenciam aucupatus. non te
regem noueris sed tyrannum. G. rex sum. atque omnia possum. Ro.
immo nichil nisi quod decet regem. cuius ut dixi minor licencia
quam priuati est. sin hec calle uoluptatem petis. falleris et tota ut a-
iunt erras uia. uoluptas a tergo longe est. hac ad laborem itur
et ad gloriam. G. rex sum eritque michi iam certa tranquillitas. Ro.
immo si qua olim fuit periit. stultus nauta qui relicto portu in
alto uela faciat tranquillitatem querens. G. at romanus impe-
rator factus sum. Ro. clarum nomen. sed durissimum officium
magna seruare difficile est. quid collapsa erigere. sparsa colligere
recuperare perdita. deformia reformare. deserti culturam ruris
multis quod diu neglectam suscepisti. multis egent dura arua
ligonibus. multis prata riuis arencia. estuandum algendum
que tibi est. si successit. tu hunc laudem reliqua successor tuus me-
tet. illi seueris. sera est messis multas poscat estates. G. ascendi

ad imperium. iam quiescam ⁊ securus sum siue uiuam Ro. Falsa-
te hec opinio nunquam uiuimus. tu ne in excelsum montem ut uen-
tos ⁊ fulmina euaderes ascendisti Non legisti oracianum illud
Sepius uentis agitatur ingens pinus ⁊ celse grauiore casu de-
cidunt turres. feriuntque summos fulgura montes. ⁊ quanto aliter de hac
status eminencia senciebant experti principes Augustus ⁊ Dyo-
clecianus. quorum alter ut legimus de dimittendo imperio
cogitauit. alter autem dimisit imperium. nec reuocatus assensum
dedit Quanto aliter marcus aurelius ⁊ pertinax. quorum primus
adopcione ad spem imperii euocatus solito tristior effectus. semper
imperium horruisse memoratur. magnus est ad imperium ascensus
magni in ipso labores. magni quoque cum ascenderis ex alto casus
Si michi non credis Julium cesarem interroga. Gayum quoque
caligulam ⁊ Claudium ⁊ Neronem. ⁊ galbam. othonem. uitelli-
um. domicianum. comodum pertinacem. de quo proxime dictum est
Bassianum preterea ⁊ macrinum cum filio dyadumeno fedissimum
que omnium heliogobalum longeque dissimilem moribus Alexandrum
utrisque etiam quod miseris cum filio mixtum. Maximinos quoque et
maximianos ⁊ maximos. ⁊ gordianos preterea ⁊ philippos. ⁊
decium gallumque ⁊ uolusianum insigni calamitate notabilem
⁊ contemptorem proprie miserie Galienum Aurelianum deinque et
probum. Julianum ⁊ licinium. ⁊ constancium ⁊ ualentem ⁊ Gracianum
⁊ ualentinianum. ac ne ad fastidium cuncta complectar totam illam
tyrannorum simul ac principum seriem percunctare. uno tibi omnes
ore responsum dabunt. eodem se calle ad ruinam atque imperium
ascendisse. ⁊ tu illic tibi requiem fingis. ac securam uitam ubi
omnes periculum ac laborem. multi miserabilem uite exitum in-
uenere. non hec sibi fingebant illi quattuor. quos ab inicio no-
minaui Non antonini principis maternus auus Arrius anto-
ninus. homo sanctus ut hystorie loquuntur. ut ego fateor uir prudens
Neruam miseratus quod imperium accepisset. uere enim frustra
principes puniunt inuidia. cum illis potius miseracio debetur. G.
Sum imperator ⁊ ulcisci possum. Ro. in hostes forsitan publicos non
in tuos illis enim si uerus es princeps. hec tuo ascensu securi-
tas parta est. priuatis affectibus. pietas publica firmum stringet non
potes huius ac illius hostis esse. ex quo pater omnium esse meruisti. id
in ciues principi iuris est. quod in filios patri. iustius princeps pater — No.
patrie est. nullum ex omnibus titulis hec gracius. summus ille princi-
pum augustus accepit ut qui compresso adolescencie impetu. pris-
tino in plebe decertauerat. tibi ergo qui hostes fuerant iam filii sunt.

G. imperator sum ulcisci potero. R. uti hac potencia non debis et
sic habe summum imperii potestatem. excellentibus et fortune paribus
animis esse uenie materiam non uindicte. animus eo audior quisque
quo uilior infirmiorque animum ac iram est. quia in te meminisse pro
fuerit illud adriani principis. qui ut scriptum est. unique capitalem
huerat. factus imperator dixit. euasisti gloriosum plane uerbum ac mag
nificum ueteque cesareum. G. imperator sum. erunt thesaurus par imperio
se. R. ad rapinam uox hec spectat. est ut aliarum rerum sic sumptuum
fluxus quidam ac uorago. cui nichil est satis. longum est mortali
um hac parte. sed in primis romanorum principum furores stilo equare.
paucos tamen ex omnibus eorumque ipsorum pauca de multis attin
gam Conspectissimus ille quidem furor gaii. baias atque puteolas
ponte iungentis atque illum tumidi maris sinum primum equis mox
quadrigis triumphaliter premeantis. quid aceto liquefactas margari
tas memorem precii ingentis appositosque conuiuiis panes aureos et
atque aureas dapes. quibus non famem compescere conuiuarum ut mos est
propositum illi esset. sed imperii opes spargere. atque illorum auariciam irri
tare Adde effusos in plebem nummos turbidoque et profundo mari iactas
moles durissimas rupes scissas. campos equatos montibus et cam
pis iuga moncium terra illic addita hinc detracta. tam subito ut
nec miraculum uim passe cum celeritate certaret nempe cum di
lati operis precium mors esset quibus predecessoris sui tiberii thesauro in
genti diuiciisque omnibus imperii intra anni spacium exhaustis ad
inopiam fedissimasque rapinas est compulsus. illud iter ista non minus
quod chorinthium montem isthmum perfodi animo destinarat et si sumptu
osissimum opus tamen ut prohibet nauigantibus utile quo duo maria
iungerentur: et a brundusio athenas et calchidem bisanciumque pe
tentibus flexus ingens remitteretur achaie. Huius comes ac uic
tor amentie sequitur Nero cuius enormium impensarum nullus est
modus in edificando presertim. in quo omnes prodigos et seipsum uicit nul
la alia in re dampnosior ut de illo scribi unius ex mille furoribus
attingendus est domus a palacio ad esquilinum collem porrecta et
magnam urbis partem occupans ut non inmerito inter conuicia quibus
liberrima plebis indignacione percussus est illud quod iactatum sit
roma domus fiet ueios migrate quirites si non et ueios occupat
ista domus. hanc auream dici uoluit non inepte quidem signans
nomine precium Auro enim et gemmis crustata ac stellata domus
fuit tante altitudinis ut in uestibulo colosus centum uiginti pe
dum staret [illegible] porticus atque aule laquearibus aureis atque eb
urneis tabulatis et conexi domorum celi instar in propria sese sensim

diebus ac noctibus sine intermissione uolueretur. Stagnum
quoque maris emulum edificiis que circumdatum littoree urb
is in morem. rura preterea et pascua et uineta et silue omnium gene
ribus animalium referte in hac domo. Quantum coniecturis ad uerum
itur. illud quod colliseum uulgo dicunt medium fuit. cuius
nunc etiam ruine stuporem spectantibus afferunt Et hec omnia
dum quod miraculum rei auget rome medio consummasset. ita non di
cam excessisse sed nec implesse quidem imperatorie domus modum
uisus est sibi. ut dedicans domum ipsam non amplius mira
retur. quam ut hec solum diceret. iam tandem quasi homo habitare in
cipio. mitto illa leuia. quod uestem nullam bis induit. nullum
iter minus mille carrucis egit. calceatis argento. usus mulis
aureo rete piscatus est purpureis atque coccineis funibus ac re
liqua fidem excedentia. simul et tedium paritura. Sed quis illa
non stupens legit. stupendaque aspicit. uestigia enim extant
piscinam illam ceptam a miseno monte uenturamque usque
ad auernum locum muris circumspectam contectamque porticibus
fossamque illam ab auerno usque hostiam per tantum uie spacium. totque
obuios montes ut inducto mari sine maritimis casibus nauig
antis et terre laborem et pelagi fastidium declinaret. longitu
do quidem ut nunc incole metiuntur nota omnibus ut tamquam
nullus numerat. milia passuum. centum sexaginta latitudo
autem dyrarum capax quinqueremium. ex aduerso iter agentium
neque se impedientium cursu. quod opus si explesset ytaliam. certe
que rem publicam exhausisset. tantis autem mundi malis
mors sola consuluit. Hunc sequitur Aurelius uerus. qui ut
obmittam reliqua. cenam illam fecit. cui si par prandium fa
cere uoluisset. nescio an romana res sufficere potuisset. quo
audito Marcus aurelius frater eius tam modestie amicus quam
hic hostis. ingemuisse fertur rei publice miseratus et imperio
collabenti. In quo alios minus multi sunt enim Nec me fallit
posse ex uobis longiuscula hec uideri remedia. breuiora pollici
tis. Sed delectat interdum doctum seu doctrine deditum frugi que
hominem stultorum insanias audire. que illi qui per proprio signo
sunt. unde sibi ut aiunt remis uelisque fugiendum sciat. hec
autem eo spectant. ut recogites quid est quod thesaurum ipse parem
speras. ut enim frugalitatis ac modestie haud sane magnus
thesaurus est opus. sic prodigalitati et luxurie. neque thesauri ne
que impia ipsa sufficiunt. et hec etiam non mediocris tantum fortune
hominibus. Sed principes quoque pene omnes eos dico qui nepo

tanto motu operam dedere necessario in rapinas et in predam
misit que multis festinate misereque mortis occasio fuit. G. nu
quid unius hominis impense tot urbes non sufficient. Ro. hy est
responderunt de quibus multa diximus innumerabiles quos aly quos par
pellis pari dedit exitio ad summam vero profundissimum hec
sumptuum ut sic dicam specus. quasi illud olim crassi non opi
bus expleri illis. sed virtutibus ante alias modestia cohiberi constringi
que potest. In quo maxime proderit meminisse alienum esse. quod prodi
gis et hic quoque unum aliud adriani libuit sepe ad memoriam re
vocasse. quod sepe ille et in concione et in senatu legitur dixisse. Ita se rem
publicam gesturum ut sciret rem populi esse non propriam. optimo principe
dignum verbum. G. regno et ultio mea est. Ro. tua quidem minime
neque enim mentitur is qui ait. mea est ultio. profecto autem si verus
es rex nichil tuum minus est quam ultio nichil magis quam clem
entia. natura [illegible] ut apium. sic hominum reges aculeo exarm
asset. nisi libero animali exemplum dedit. non eripuit libertatem
inerme est quod illa non cogit voluntati. respice parvum illud sed divinum
animal. pone et tu non in vulnere sed ante vulnus aculeum. plebi
um enim illud. hoc regium. alioquin ut sine iusticia sic sine cle
mencia. rex non eris. ac ne homo quidem. sed quod in fabulis dici
solet. coronatus leo. G. imperator sum romanus. Ro. habes augustum
habes et neronem et intelligunt quem sequaris. quid hos tres tota
non modo principum sed hominum turba restringitur. hunc tibi ergo t
ducem elige si recreationibus delectaris. habes eiusdem ordinis Traia
num. Decium et Galienum. G. sum romanus imperator mundi do
minus. Ro. fuit qui id dici proprie veraciter poterat. quorsum vero
res redierunt vides ut intelligi detur. quam sit tutum. stulticie et ig
navie magna [illegible]. quanta prudencia. quantum in furorem
quantus labor. quantaque diligencia. quantum in torporem inadit
Non est amplius gaudy materia romanum imperium. sed humane
fragilitatis et fortune variantis indicium. G. imperio clarus sum
Ro. clara nomina res obscure. mundi [illegible] humana credul
tis [illegible] sunt unci quibus huc illuc faciles animi trahuntur. pul
crum imperium. pulcrum regni nomen. sed imperium et regnum
difficillima omnium officia si rite gerantur. alioquin et periculosa
prorsus et mortifera. neque temere ab illo dictum illud regium laudat
diadema nobilem potius quam felicem pannum. plenum curis
periculisque et miseriis multis. que cognoscens nemo non ambi
at. aut parto gaudeat. sed ne oblatum ultro recipiat. aut abiec
tum humo levet. Proinde expergiscimini aliquando mortales. a

perite oculos vestros. neu falsis semper caligate fulgoribus. vestrum
metamini. atque extimate corpuscula. circumspicite quibus septies est
angustius. nolite geometras ac philosophos contempnere. terra omnis punc
tus est. vos caduci et fragiles et incerti exitus et cum iuvenes et cum
sani estis. cum morte luctamini et cum ascendere creditis descen
ditis et cum stare videmini. tum maxime ruitis. nec ullum animal
magis suarum virium obliviscatur ac sepius. vermes semimortui
regna et imperia somniatis. Mementote vos punctum perexiguum seu
verius punctum. ut sic dixerim. puncti brevis. immo ne millesimam
quidem puncti partem possidere. hanc superbi incole premitis. mox
premendi. neque amplius ex immenso possessuri. quam quod frigentibus
membris ac pallidis occupabitis. Ite nunc ceci et insani elatoque
vultu tumidi. quod natura angustat laxate animis et victi in mesta
et moribundi immortalia cogitate. inque hac nebula ridiculosas
insolencias ad momentum rapidi temporis. hic rapinas. hic in
iurias. hic vindictas. hic spes anxias. hic honores vanos. hic cu
pidines inexpletas. hic furores denique vestros. hic regna princi
patus et imperia. hic classes. hic acies. hic bella molimini. cum mul
tum insanieritis. sive imperatores fueritis. sive aratores. seu divites
seu mendici. corpus vestrum putris terra. vita vestra fumus levis magno
flatu pulsus fuerit. et vix tandem sero quidem cognoscetis nugas
fuisse non prius. totumque hoc regni et imperii falsum nomen. G.
Imperator factus sum. R. Stulti cum imperatores fiunt. homines se esse
non recolunt aut fuisse. quale est illud tyberii cesaris. qui amicum
eum volente commemoratione quorundam actuum in memoriam
pristine familiaritatis adducere. cum vix apto ore hoc unum verbum
emisisset memini. prevenientis interrupit. nec passus est explere que
ceperat. sed repente ait. Quid fuerim non memini. vocem improbam
ac superbam. nec amicicie tantum modo sed totius humanitatis immemorem.
G. Ad romanum imperium ascendi. R. quid homines gaudes et in e
culeum ascendere et in crucem. descendi vero et in lectulum et in sedile de
scendere. et sepius in imo quies habitat. non nullis obprobrium mul
tis supplicium. omnibus labor est scandere. **De exercitu armato gaudio**


xercitum armatum habeo. R. Mirabar nulli reg
num atque imperium exercitus. hoc est miseria mi
seriam sequeretur. atqui seneca scipionem af
fricanum celo tenus attollit. non quia mag
nos duxit exercitus. quos et furiosi nonnumquam
duxerunt. sed ob egregiam moderacionem. quia magis
est dare exercitus. sepe eripit semper imminuit que

que enim tam solitariitatis est quam tot scelerum sine scelera
torum. totque carnificum circumtorum conuersacio exemplumque r
non deterat. G. magnum habeo exercitum. Ro. habes unde in campis i
uitam agas. neque enim urbes. aut exercitum sunt capaces. a
bene ciues togati. milites que cohitant armati. G. habeo fortissi
mum exercitum. Ro. habes belli materiam. pacis excidium. sed
hinc gaudes ad celestem certe non pertines ciuitatem. G. habeo
exercitum ingentem. Ro. habes utrumque ad latus hostes arma
tos. quos nec murus ante separet. nec uallum. anceps profecto
negocium et graue. G. multe mecum sunt et ualide legiones. Ro.
harum tedia. nemo facile atque molestias insolencias que dinumeret.
sed tu omnia experiendo condisces. et quanto sit sacius solum uiue
quam cum multis legionibus profecto mille iniurie. nulla perfidia
nulla crudelitas castrensium moribus comparande sunt. intelliges
per te ipsum quam sit uerus. pueris quoque notissimus ille uersicu
lus. Nulla fides pietas que uiris qui castra sequuntur. G. magister
dominus ac rector exercitus sum. Ro. tu cicius pastor tigridum for
sitam atque ursorum esses potest mansuefieri corda ferarum ac
quorumdam hominum non potest. et immanitur ante quam feri
ant fere. odia hominum improuiso erumpunt. hij quos tuos re
res. qui te dominum uocant. heu quam paruo precio uenale
genus et instabile quam ~~instabile~~ leuibus ex causis muta
buntur. et ex militibus hostes fient. blandi uultus et in horro
rem dateque tibi dextre. tuam forsitam in perniciem conuertent
neque si fiat nouum erit aut insolitum ad placenciam fuit r
motus ille terribilis. quando aduersus Iulium cesarem. suus
exercitus insurrexit. de quo dictum est. quem non ille ducem potuit
terrere tumultus Cesar autem incredibili illa sua constancia
ac uirtute. omnem motum compressit. et punitis auctoribus qui
etiam exercitum atque ad obsequium reduxit. fecit idem ad an
thiochiam Alexander ille romanus princeps. successitque mag
fice. sed procede paululum. breui idem non ab alio. quam a suis
militibus interfectus est eodem modo iam pertinax ante perierat. sic
duo postmodum. Maximini pater et filius. sic balbinus et maxi
mus. sic probus dux clarissimus sic gracianus et ualenti
nianus iunior optimi fides ille a suis legionibus hic a suo
comite proditus. sic innumerabiles alij a suis hostibus inuicti
a suis exercitibus periere. et quos milites appellabant inuene
re carnifices uide ergo quo gaudeas. tuus hic exercitus fuit
in mitis utique ait ille. bellua multorum est capitum in cibum non

ausina. ira illam uel inopia. ul' auaricia inritante. G. multi exer
citus ingens est. R. pompeio quidem thesalico prelio. ut ait flo
rus. nichil magis exicio fuit. quam ipsa exercitus magnitudo. et
ferme in omnibus bellis. maior semper exercitus succubuit mi
nori uicit. De classe instructa gaudium



lassem habeo instructam. R. et instructos
aer uentos. instructos equor fluctus. et in
structos scopulos terrestre animal. quid ti
bi cum pelago. G. instructa e classis. R. i
structe tempestates. instructa naufragia. pe
riculis tuis gaudes. et laboribus et impen
sis. quarum nullus e modus. inxarum oi
um insaniarum sumptuosissima est classis.
G. classis instructa est. R. hanc celi et ma
ris ira dissiciet et quamlibet instructam spurget ac destruet
inopina tempestas. de qua non cogitare. dum naviges stulti
est. G. classem hēo in mari. R. parum ne terra discriminum uob
attulerat. nisi maria etiam uexarentur. non satis e terras unde,
nocens ferrum. quod naso ait. ferroque nocentius aurum eruat
effodere. ipsa quoque horrida. et que primi homines tantummodo
mirabantur. maria penetrastis. ubique laborem. ubique periculi con
quirentes. neque hec unum uigiles atque solliciti. segnes ad reliq.
G. magna cum classe maria sum ingressus. R. de regressu cogita. i
gredi nempe perfacile e. solet equor incuntibus planum ee. progressis
sepe montuosum ac difficile. I. tamen inter homines natus in
ter delphines ac tritones age uitam intra uasti animi uolup
tas. G. magna michi classis et ualida e. R. at fortassis utilius
tutiusque. uel in scalmo. ul' sicco de littore piscibus insidias tete
disses. quam classe armata uim gentibus intulisses. multis q
dem classis eximia noxiam dedit audaciam. eoque impulit. ubi
optarent domi ee. hec et grais troia reduces caphareum ad mo
tem. nominatum uero lacedemones arginusio. syracusio atenienses
in littore. et carthaginenses ad egates insulas didicere. multa
sunt classibus pericula non ab hostibus tantum. sed ab ipso mari. de
nique cum moriendi genera plura eēnt. hec unum genus e addi
tum. D. certi inteque. quam maxime diligitis prodigi morte un
dique. quam super omnia timetis arcessitis De machinis et balist. G.



mnis generis machinas hēo. R. et hic quoque furor
regnus hēe. unde multis necessas cum uelis. quos be
neficentissimos hominum ee oportuit et ob hec unum

regnis impositi. et reges dicti sunt. ut regerent homines. atque ab eis
ceu parentes colantur amenturque. quidem etiam patres patrie appellati
cuncti in contrarium agunt. ut ceu tortores. ac pretones publici. cunc-
tis formidabiles. atque invisi sint. G. habundo machinis ad ever-
tendas urbes ydoneis. R. quanto melius exstruendas fundan-
dasque. tu fortasse gloriosius putas evertere et videri manus tui
temporis polliceres. sed non semper urbes machinis evertuntur Cesar
quidem bello gallico cum adversus aduaticos turres machinas
erexisset. primum contemptui hostibus fuit. quasi rem impossibilem
humanis viribus moliretur ubi autem moveri et menibus appli-
cari illas videre e contemptu in stuporem ac pavorem versi ob-
missa defensione ad deditionem confugere ac civili bello ipsius
cesaris dux brutus ad massiliam eque erectis atque admotis
parem stuporem obsessis iniecerat. sed non parem metum. itaque
noctu egressi turres et machinas incenderunt. G. habundo ma-
chinis et balistis. R. omnia fere quibus gloriaris ad inimicam ali-
enam potius quam ad tuum decus spectant Quanto erat hones-
tius utque homine dignius habundare misericordie instrumentis quam
sevicie sive quibus hospitalis et amicis et egentibus esse posses ac mu-
nificus. quam quibus urbes immeritas oppugnando. quietem pub-
licam perturbares. G. habeo machinas ingentia saxa torquentes
R. Saxa torquere furiosorum est. G. habeo et balistas innumeras
R. mirum nisi et glandes eneasque flammis iniectis horrisono to-
nitru iaciuntur. non erat satis de celo tonantis ira dei. ni mortalis
homuncio et crudelitas iuncta superbie. de terra etiam sonuisset.
Non imitabile fulmen ut maro ait. humana rabies imitata est.
et quod e nubibus mitti solet. ligneo quidem sed tartareo mittitur
instrumento. quod ab archimede quidam inventum putant. eo
tempore quo marcellus siracusas obsidebat. verum ille hoc ut su-
orum civium libertatem tueretur excogitavit. patrieque excidium vel
averteret vel differret quo vos ut liberos populos vel iugo vel
excidio prematis utimini. erat hec pestis nuper rara et que cum
ingenti miraculo cerneretur. nunc ut rerum pessimarum dociles
sunt animi. ita communis est. ut unum quodlibet genus armorum.
G. balistis affluo. R. melius belli odio et studio pacis afflueres
cum cetera quidem arma inquieti animi hec et degeneris signa
sunt. nec pacificis quidem grata et bellatoribus invisa. magnan-
imis denique sic habeto. qui balistam ~~quod~~ primus invenit ille aut
pavidus fuit. aut proditor et nocendi avidus et metuens hostis.
Itaque cogitavit. quod lucanus ait. longe tendere nervos et quo-

ferire velit omittere vulnera veritus Idque de omni genere missilium
dictum puta. Fortis bellator agressum hostis exoptat. quem sagit
tarius vitat. De thesauro reposito Gaudium



Thesaurum in bella reposui. Ro. rem malam in u
sus pessimos. quanto tibi et aliis erat utilius et
hunc et amicorum et patrie usibus acervasse
maximeque necessitatibus indigencium Ille de
mum thesaurus verus est sive esset. et thesau
ri parum celestis nunc parum est inferni. G.
thesaurus suppetit in usum belli. Ro. thesaurus
animi vires extenuat. bellum viros. utrumque
pestiferum. G. magno thesauro submixus in
bellum sum. Ro. solet iste thesaurus possessori suo perdendi me
tum afferre. hosti lucri spem et bellandi simul audaciam. quis non
alacer in illud bellum erit. quo querere multum possit. nichil
amittere. pugnasse quidem ferunt de inopem ac iuasse. eundemque
mox divitem restitisse Apud flaccum legis. et profecto si ad cla
rissima rerum exempla reflexeris. videbis romanos. dum fuerint
pauperes. omnium gencium fuisse victores. tum vinci cepisse. dum
divites facti sunt. ita ad adventum diviciarum discessere victorie
ac virtutes simulque opum comites delicie atque libidines subiere
ut non immerito scriptores quidam temporum illorum. romane
paupertatis interitum questi sint. virtutum nutrix optima est paup
tatis. opulencia viciorum. victoriam de thesauro tuo speras. hinc
potius metuendum. multos pavidos et imbelles. omnes timidos
ac superbos nullum penitus virum fortem fecere divicie. G. mag
num michi thesaurum aggregavi. Ro. tibi curas et invidiam ho
stibus stimulos. furibus sollicitudinem addidisti De vindicta G.

Hostis in manu venit. ulcionis oblata est facul
tas. Ro. imo experimentum tui. an re magnanimus
an clemencie sis animis. quod nisi ad utrumque
ferri posses incertum esset. multa enim esse credunt
quod non sunt. experti autem quid sint sciunt.
G. est hostis in manibus ulcisci possum. Ro. alii
potencie finis est. alii fines sunt. decoris alii
non quid possis. sed quid deceat extimandum
est. ne si quantum potes velis. nil posse sit melius
G. ulcisci possum. nil dulcius est vindicta. Ro. ira nichil amarius
quam aiunt quidam dulcem dixerunt. mirari soleo. sin dulce aliquid
in esse consenseris. dulcedo effera viro indigna ac propria beluarum. ea

rumque non omnium sed precordia cum atque ferocium nil huma
num minus quam sevicia et feritas. contraque nil homini suum =
magis quam misericordia et lenitas. quibus nichil tam contrarium
quam vindicta est et quicquid animi impetu. homo in hominem com
mittit asperius. quod si omnino vindicte nomen dulce est osten
dam tibi quo multa cum gloria uti possis Nobilissimum vindicte
genus est parcere. G. ulcisci licet. Ro. multo est satius multoque dec
formius oblivisci iniuriam quam ulcisci generosior nulla est
oblivio quam offense. hanc summus orator summo duci summe
laudi tribuit. quod scilicet nil soleret nisi iniurias oblivisci. nichil autem
prohibet minus laudem illi non exceptam ad plurimos perveni
re. hoc inter multa precipuum. pre cunctis opibus habent animi bo
na. non decrescunt sparsa nec pereunt. Sume igitur et tu tibi.
nobilissimam hanc oblivionem cesaream. que te multo faciet
clariorem. quam cineam tarinadamique memoria sua. illa enim
nature fuerit. hec virtutis. G. ulcisci iuvat. Ro. ultionis momentane
a delectatio est. misericordie sempiterna. duorum nempe delectabi
lium illud preferendum. quod diutius delectat. fac tu hodie. quo
tuo perpetuo delecteris. Nulla vero firmior nulla maior delectatio
est quam que de conscientie puritate et rerum bene gestarum recorda
cione oritur. G. honestum est ulcisci. Ro. honestius misereri. multos
clementia honestavit. nullum ultio. nichil tam necessarium inter
mortales. nichil tam commune quam venia. nemo est enim qui non
peccet. nemo cui non misericordia opus sit. qua negata. quis tam
multos et culparum extricabit nodos. aut dissutum diruptumque
societatis humane fedus sarciet. semper inter se se homines. semperque
in illos decertabit ira dei. nullus erit aut litium aut penarum fi
nis. nec cessabunt arma. nec arma. igitur parce. miserere et compesce a
nimum. fac tu homini quod tibi ab homine fieri velles. quod adeo vis
Impudenter a domino veniam petit qui conservo illam suo negat E
cclesiasticus doctor clamat indignans. homo homini servat iram
et ideo querit medelam. In hominem sibi similem non habet misericor
diam et de peccatis suis deprecatur. G. Non infero iniuriam sed ulciscor. Ro.
Quid refert primus ~~an~~ pecces an ultimus. non est equum. ut quod
in alio improbas. in te probes. vis ne sevitiam in hoste dampnatam
sequi. fierique illi similis moribus. cui dissimillimus animo sis. quodque
ille pessimum habet tuum facere. G. volo quidem et licitum est ulcisci. Ro.
nec debes velle. nec ulla id licitum lege est. ut defensio licita. sic ul
cio vetita. Scriptum est. qui vindicari vult. a deo inveniet vindictam
et rursus ut paulo ante dixi. mea est ultio. et ego retribuam eis in tempore

dicat dominus. illud tempus expecta sive ille te vendicet. qui et.
offendentis est dominus et offensi. solet inter servos. domini commu
ne esse concilio. siquid ingenui habes. siqua tibi preciosus habitus cura est
opta potius atque ora. ut ne ille quidem vendicet. sic hostis eminen.
ciciam vertens salutem. G. ulcisci est animus. Ro. da ire spacium
da consilio tempus. frena impetum. differ. aut desinet. aut lantescet
brevis hora. sedat iratum equor. G. ulciscar. Ro. uno actu multos
offenderis. una iniuria sepe innumerabiles hostes facit. G. ulcis
car. Ro. plus te ipsum leseris. quam hostem. illi corpus forsitan aut
opes. tibi animam famamque et corrupseris. G. ulciscar. Ro. quociens
ulciscendi studio iniuria geminata est leso sepe unicum dissimulas
se remedium. sepe vel questum esse vel nutu tacito sensum iniurie pro
tendisse. periculum fuit. G. perdere hostem possum. Ro. melius est a
micum querere quam hostem tollere. sed utrumque simul optimum
quod nulla arte melius quam parcendo fit. cum ulcisci possis. aptissimum
tollendis hostibus instrumentum est lenitas. in quo si creditum esset
herennio seni sapientissimo. nec samnitum exercitus modo victor
collo iugum romanorum. nec iugum primo cum reliquis. mox se
curum. solus imperator poncius pertulisset. G. ulciscendi pungor cupidi
Ro. resiste cogitacionibus piis. exemplis que omnibus. que lenio
rem in partem inclinare animum possunt. et imprimis memo
ria vite brevis et ambigue. hec enim senece. cui assentior efficacissi
ma videtur ad iracundiam leniendam. cui is ipse quem memorat
doctor accedit. Nam quid aliud sentiebat ubi ait. Memento no
vissimorum. et desine inimicari. sic est enim. nil que inimicicias magis
alit quam condicionis oblivio. Siquidem iste cuius mortem sitis
ne dubita moriturus. haud dubie est et id ipsum cito et fortasse hodie
tuque illum forsitan quod niso cogitas precursurus expecta paululum
subsiste. fiet quod fieri optas. et quod metuis fiet. ceterum mors
quam hosti paras sine tuo illi scelere preparata est. quid iuvat fati cur
sum properantis impellere. et moriturum sanguine morituras manus
inficere. non scelestum modo sed supervacuum est impietate tua pre
mium ac festinans tempus arcessere. quod si valte velis nulla
possis pietate repellere. aut differre. quanto tranquillius atque
honestius ille integer atque illesus. tu siccus et innocens. quam
uterque cruentus. et tu noxius hinc abibis. G. urgeor ulciscendi sti
mulis. Ro. Cave ne cesseris. sed oppone illis memoriam illorum
qui non tantum mites hostibus. sed faventes ac benefici fuere. et
que illos tibi propone. qui membratim cesis hostibus adhuc ca
lidum spirantes. nequiter in non sensura cadavera sevierunt.

de hinc tecum collige ac elige. quorum similis esse malis. neque
actus solos sed et verba consider. pars enim non parva crudelitatis in
verbis est. crudelis pes. crudelior manus. crudelissima lingua est. saepe
animi sevitiam. quam manus non equaverat. lingua transcendit
illa vero optima ut crudelitatis sic clementie testis est. Sonet
igitur ad aurem tibi illa civis non multo ante meminimus
Adriani vox. simulque illa tiberii. de quo scriptum est. quod cum audis
set unum ex eis carnilium nomine. anticipasse mortem. excla
mavit. carnelius me evasit. O. vox ferox. et si dici potest. ipso vici
veracior auctore. quid usitati suppliciorum cogitabat. qui se in vin
culis. manu sua puniens evasisset. Ecce duo igitur unius sententie
sed mente cum diversarum. uno et eodem verbo. quam varie usi
sunt. ille ad presentem hostem evasisti ait. hic de absente. evasit in
quid. ille suo hosti vitam donavit. hic invidit mortem. elige
quid horum potius a te dictum. dic velis an tranquillum illud ve
re principis an illud alterum inmane carnificis. nec ignoro quod
sit promptius iubere ista quam facere. et quid hiis obici possit
intelligo. difficilius in suis. quam in alienis iniuriis mitem esse
difficile fateor sed bonum. de bona autem hec difficili. omnem esse
virtutem. nec tu neges. virtutum amatoribus sunt cuncta fa
cilia. G. fixum est ulcisci. Ro. vincat pars deterior. obsta illi. dum
ad huc potes. victoriamque illi prius quam uti ceperit eripe. stratague
mansuetudinem attolle. memento te hominem. multos quidem ve
dicasse penituit. neminem pepercisse. G. ultus sum. Ro. una ab
hoste prestabat. hostis victorem. vicit ira.

De spe vincendi spes.

Bello victoriam spero. Ro. cum fallax ubilibet tum
in bello fallacissima spes est. fere nichil ex preme
ditato agitur in opinione cunt omnia. prudentissi
mus atque exercitatissimus militarium rerum fu
it. qui dixisse fertur. nusquam minus quam in bello
eventus respondere. G. victoriam spero. Ro. pa
cem haberes utilius. eiusdem ducis verbum me
morabile traditur. melior tutiorque est certa pax
quam sperata victoria. G. bello victor ero. Ro. quid
si victus. hec spes multos in exicium egit. sine victorie spe ne
mo volens in aciem descendit. G. bello superior evadam. Ro.
futuri verbum temporis. omnis enim de futuro spes. et futura omnia
semper ambigua. G. bello victor remeabo. Ro. o. spes hominum
inanis. nec victor fortasse nec victus remeabis. sic tibi reddi
tum spondes. aptumque inter gladios iter. ac devotum classico

m.ati caput. G. esse uictor spero. Ro. est qui utrumque speret ut filii
uel utrumque uel alterutrum sit nat. pot uel alt. uel utr. dux para
rum. seu aliter. seu mutuis uulneribus simul occumbere. q. et sepe
accidit alibi et qd nunc meminerim thebis. ultimo int fres ipsos
congressu. et rome primo post exactos reges accidisse pditum e bel
lo. ubi superbi regis filium brutus consul ad inferos psecutus est.
amisso autem spu. iam uictoria nulla e. quo fracto sepe tame ex aci
e. pari marte discessum treces. utrobique ambos duces. spe uictorie
fraudatos constat. unum nempe fraudari. tam commune tamque cot
tidianum e. quia in aciem pficisci. quid scis autem. an unus ille
tu sis. hac qua tibi blandiris uictorie spe fraudandus. G. bello
uincam. Ro. ut anceps semper. sic sepe tristis et sanguinolenta
uictoria e. non habetur gratis. qd inter discrimine queritur. care e
mitur. ciuis sanguis e pcium. carius ciuis mors. fieri pot ut p
uictrix ducem pdat. ita tuis uincentibus uinci potes. Quid de uic
torie sceleribus dicam. non sunt tot uicti miserie. quot sunt pcca
uictoris. qd si pcto miserius nichil. nec uictus eo qd uincat uic
torie miserior. sz eo minus miser. quo minorum rerum damp
nis afficiatur. G. uincam. Ro. ut ad summam redigam et an uincas
et an melius sit uicisse. si uiceris. in dubio est De uictoria gaudium
Vici. Ro. caue ne te uincat ira. superbia cru
delitas. furor. rabies. hy sunt enim uictorie co
mites. et uictorum hostes inuisibiles et horren
di. a quibus sepe clarissimi uictores. turpissime
uicti sunt. G. uici. Ro. non dum te uocat ad cal
culum fortuna longa et perplexa racionum seri
es. creditrix uiolenta et ptinax. cum qua e nunc
quoque negocium multum restat. mutuum reposcere
soliti e. magno cum fenore. G. magno prelio u
ici. Ro. uictor prelio. sepe uictus e bello. G. uici autem. Ro. quo
ciens uicere carthaginienses. quociens galli. gentesque alie. quo
ciens uicti aute sunt romani. sz spectandus e rerum finis. earum
maxime. que uoluuntur et stare nesciunt. G. uici certe. Ro. et si cer
tus belli exitus. adhuc euentus e dubius. et deletis tristicia. et
leta de tristibus erumpunt. G. magnam uictoriam quesiui. Ro.
nil tam magnum. ut non nimio queri possit. e ubi pplus uulne
rum ac funerum uictoriosa pars competat al. coputat. si non cre
dis. xersem atque termophilas interroga. G. magne uictorie sors fu
it. Ro. uix pot magna uictoria paruo precio constare de bello oi
um maximus hystoricus dum ageret. adeo inquit uaria fortu

na anceps quia mars fuit ut propius periculo fuerint qui vicerunt
G. plene vici. R. non est plena victoria ubi armatus hostis superest
quamquam et si hunc oppresseris alii renascentur. quasdam nempe vic
tores aliquis victorias ceu sementem dicas esse bellorum. sic odia fer
ro truncata repullulant densanturque et redivivi in aciem redeunt
bellatores non ut fortassis ymaginacio olim vehemens. gaio
cassio a se cesi hostis ymaginem supremo illo die suo obviam de
dit. tam tremendo aspectu. ut audacissimum virum. qui viventem
illum non timuerat. defuncti species in fugam verteret. sed ita ut pro
uno multi redditi veris manibus. verum ferrum moveant
in illos qui vicisse videbantur. G. vici iam securus sine hos
te sum. R. stulte dum erunt homines. non deerunt hostes
tu romane urbi post innumeros tamque plures edomitumque
orbem. non defuisse hostem legis et tibi defuturum speras q
escenti forsitan aliter. forsan hostis deerit. at pugnanti numquam
G. victor sum. R. cave ne sis frustra. uti scientibus victoria
fructuosa est. uti autem dico non eo modo quo maharbal ha
nibali. sed quo hanno vir melior sive rei publice consulebat et
nam profecto usus fructusque victorie optimus pax est. neque ad a
lium quam ad pacis finem iusta bella suscipiuntur. G. victo
ria mecum est. R. vide ne avolet. alata est enim **De inimici**
De inimici morte letus sum. R. **morte gaudium**
sperare de inimici morte aliquid seu amici
que hominis. vel gaudere illi forsitan sic per
missum. siquis usquam esset immortalis. spe
rare autem alterius mortem. que tibi possit ante
contingere. vel gaudere id hosti evenisse. quod
tibi necessario eventurum sit. stulta spes. in
ane gaudium. G. de inimici morte. R. de tua
alius mox gaudebit. G. de inimici morte gau
deo. R. siquam vere condicionis memoriam
haberetis. numquam homo de morte hominis gauderet. quid enim si
duorum qui simul ad supplicium ducerentur. alter alterius de mor
te gaudium caperet. sciens idem sibi supplicii genus instare. et
non potius in illius morte. suam cogitans ingemuit. G. de i
nimici morte gaudium sensi. R. quociens putas optata mors
hominum ~~iam~~ voti compotes torserit et optare vitam frustra cepe
runt. qui non frustra mortem prius optaverunt. dum intel
ligere inceperunt. in suam se perniciem optasse. sed precipites sunt af
fectus vestri. quicquid vultis. valde vultis. quod de marco bruto

dixisse Julius cesar fertur. Immo vero nimium multis. nec ferventis desiderium moras fert. itaque quicquid velles statim velles. hic non metue vota impia. sed venena. sed cedes. et quicquid homo in hominem struit. nocentissimum animal in suam spem. multa vero optatis. que si in consilium racio esset admissa timeretis. et varietas votorum male electionis argumentum est. nec prius ad rectum redit impetus. quam inconsulti affectus infaustis castigentur effectibus. G. De morte hostis gaudeo. R. Si est hostis inglorius. de ipsius morte gaudere turpe est et dolore superfluum. Sin illuster. honestius prius quam est dolor. et si non propter hominem. at propter virtutem. que in dies rariora habet hospicia. Sic metellus macedonicus. affricani iunioris. Sic cesar pompeii. Sic alexander darii mortem flevit. G. Gaudeo de inimici morte. R. De inimici morte gaudeas. quem diligere iuberis. non ut hostem sed ut proximum eiusdemque opus opificis. G. De inimici morte gaudeo. R. Non audis forsitan an contempnis consilium notissimum sapientis. Noli inquid de mortuo inimico tuo gaudere. sciens quoniam omnes morimur. et in gaudium nolumus venire. Sanum prius seu consilium seu preceptum. De spe pacis spes.



Spero pacem. R. Melius est pacem servare quam sperare. stulti est custodire res certas. ambiguas spes amplecti. G. Pacem spero. R. Tenuisses eam rectius. nec abire sivisses quam sperares quoniam. si ad hanc ~~crem~~ spem. impaciencia te perduxit tua. ut sperando angi eligeres. quo gaudendo uti poteras. G. Pacem spero. R. Spes pacis multos perdidit. speratoque paci sui credentes insperata calamitas. incautos obruit. sopitosque quos excepcos inveniens non lesisset. G. Spero pacem. R. Quid tam diu speras. quod mox assequi in tua situm manu est. rari sunt. qui pacem non invenerunt. si bona fide velle ceperunt. sed hii ipsi quibus dulce nomen pacis. pax amara est itaque pacem petentes paci obstant. Quatuor nobiscum habitant pacis hostes. Avaricia. invidia. ira. superbia. has in eternum exilium pellite. pax eterna erit. G. Spes pacis haud dubia est. R. Et spem pacis ac pacem multa incidunt. leve verbum. gestus facie lis. compositam sepe turbavit pacem. ipsi tractatus pacificique sermones. ferro sepe franguntur. animosque acuit. bellumque asperat pacis spes. sic amicicie mencionem. iuncturam quasi quotidie dixeris odiorum. G. De pace agitur. pax erit. R. De pace crebro nequicquam

agitur. non nunquam uero periculose de pace agebant atque e
gerunt. et gallorum et penorum duces. qui illos Camillus oppo
suit. hos scipio. G. post belli finem pax firmabitur. Ro. quanto firma
ta esset utilius ante belli principium. quot dampnis ac morti
bus tempestiua pace esset carendum. sed uos pueri contumaces ac
discoli sine uerberibus non sapitis. in pace bellum. in bello pa
cem queritis. neque unquam nisi bello afflicti. pacem uel noscere
incipitis uel amare eam quam ut perditam fletis. sic mox recondi
tam pari leuitate contempnitis. donec uos iterum atque iterum
amissa perdoceat. bona uestra non spernere. mala nostra non cupere. de
nique non ineptire non furere. quod antequam assequamini pudeat se
pissime idem uobis audiendum. nec audisse satis est. sepissime et
uidendum et experiendum. dicam proprie ut discatis aliquid sepissime
uapulandum est. G. bellum pax sequitur. Ro. melius preessisset bello
iter obstructura. nichil infamius quam spe remedij ultro uulne
ri sese offerre. auxilium non eam dant fomenta uulneribus. ergo
salutem optare natura est. sano egritudinem spe salutis insania. G.
pax futura est. Ro. solet pax urbibus mutacionem rerum afferre pesti
feram. optima quidem ipsa. sed pessimis circumuallata comitibus. ini
quis legibus. fluxis moribus. occultis odijs. aperta tyrannide. Re
cordare quid ciuili olim bello prelagus ille dixit. nec fefellit. su
perios quid prodest poscere pacem. cum domino pax ista uenit
melior est autem bellicosa libertas uiris fortibus quam pacifica ser
uitus. G. pacem habeo. Ro. interim bellum habes. De pace et induciis. G.^m

Pacem habeo. Ro. bonum ingens. si sincerum esset at
que perpetuum. neutrum sane est. nam neque nouum
sed commune nimisque cottidianum est. ut sub um
bra pacis bellum lateat. neque pacem quamuis
puram diuturnam sinit animorum instabili
tas. secum assidue non minus quam cum hoste
pugnancium. G. pax quesita est. Ro. sed amissa
caucio et disciplina militaris. fida urbium tu
tela. quesita autem segnicies lenta et semper
periculosa securitas. cum in multis nempe sit
melior bello pax. in hoc uno bellum melius. quod caucius at
que experiencius. nunquam romana uirtus abijsset. si bellum cartha
giniense mansisset. pax punica romane urbis excidium
fuit. urbibus que alijs documentum sempiternum. non semper
populis atque imperijs optimam pacem esse. ideoque uir optimus
nasica male non sibi creditum iurabit. et uera locutum docti

omnes fatebuntur. G. pacem habeo. Ro. modeste utere: bello quoque
ē funestior pax superba ⁊ negligens. sepe armati inter gladios tu
ti. mox togati in gladios inciderunt ⁊ seris uotis optauerunt
bellum. quid ruina morum atque ipsius hūanitatis interitum lo
quar. Quot iam uiri bello optimi. pace pessimi euasere. quasi cū
armis omnem penitus exuti ūtutem. mox cū toga uicia omnia
induissent. sic interior hītus cū exteriore mutatus ē Cuius qui
dem rei ⁊ si multa milia hōīum in testimonium trahi possint
tamē habunde suffecerint testes duo. Silla ⁊ marius. quorum
pmū ut de illo scribr. neque laudare neque uituperare quisque satis di
gne pōt. quia dum querit uictorias scipionem se pplo romano
dum exercet seuiciam hanibalem repñtauit Secundus uero uir
fuit. ut de illo itidem scptum ē. cuius si examinentur cū ūtuti
bus uicia. haud facile sit dictu. utrum bello melior. an pace p
niciosior fuīt. adeo quam rem publicam seruauit armatus. eam
pmo togatus. omni genē fraudis postremo armis hostiliter e
uertit. G. patrie pacem partam letor. Ro. quid si pax interdum
qđ in homine optimum ē extinguit nutritque qđ pessimum. No
tum ē illud satirici. qui cum de causis pste illius romane ūtutis
multa dixisset. int̄ quas ē ⁊ proximus urbi hanibal. ad extremum
intulit Nūc patimur longe pacis mala. seuior armis. luxuria
incubuit uictumque ulciscitur orbem Est ne autē oro te. ulla pax
tanti ut nō odiosa sit unius egregiis comitante luxuria. Certe
alcius cogitanti pōtius ẜ armis. pax uideri nequid. ubi bello do
mestico uiciorum. insidiosissimo ⁊ crebrente uictoriis oppugnā
tur animi. boni mores in exilium pelluntur. uoluptates imperant
uirtus opprimitur. G. pax firma ē. Ro. et pacis comites. licencia
ac libido ut dixi. discrimina nec pauciora nec minora quam belli.
Illa enim corpibꝫ. hec aīs pestem ferunt. sepe etiam corporibus
itaque militis lorica felicior quam toga. campusque securior quam tha
lamus. tuba quam tibie. sol quam umbre. Sunt quibus militia
bello sit. quod Julium cesarem pdicantem de se. sinsque militib
audisti. pacem uero si sine uicijs ueniret ⁊ celeste munus ⁊ sum
nulli bonum fateor. raro autem sine uicijs uenit. G. ẜ feci in
ducias. Ro. dedisti hosti spacium ad colligendas uires quibus
forcius te feriret. G. inducias hēo. Ro. cogitate induciis insi
die sunt. multa p insidias hostiliter fieri uides. plura etiam
ſtā legis ut nil aliud belli consilia licencius agitantur. liberius
cōparantur auxilia. quosdam bello inuictos inducie confecere. G.
sunt michi cum hostibus inducie. Ro. ignauum tpus nec pace

letum. nec bellis exercitum sed dubijs inter utrumque pulsum fluc
tibus. ubi et timor paci obstat. et timor bello. nescio an sit gra
uius pendere quam ruere. respirandi tempus optare fatigati est.
miseri autem et insani est nec pacem pati posse nec bellum.

De pontificatu gaudium

Ad pontificatum ueni. Ro.
hac potestate in portum fugi solet. tu e portu in
tempestatem sponte fugis tua minus nauta
G. pontificatum sum adeptus. Ro. parum ne
difficilius parum grauius. unius anime tibi
cura uidebatur nisi omnium curas in te unum
atque omnium sarcinas transtulisses. fortes hume
ri. an fortis ambicio. eo animos cogens u
bi male sibi futurum sciunt. G. ad pontifica
tum ascendi. Ro. quo transacto uideris du
plex est enim uia. utraque ad laborem altera etiam ad miseriam
ducat quacumque perrexeris uel te miserum uel te ut optime
cesserit ex libero seruum scito sic qui ascendisse uideris descendi
sti. unus iam illorum quibus canitur propheticum illud Qui de
scendunt in mare in nauibus facientes operacionem in aquis
multis Qui ascendunt usque ad celos et descendunt usque ad ab
issos quorum anima in eis tabescente propter negociorum
multiplicium procellam. turbati sunt et moti sunt sicut ebrius
et omnis sapiencia eorum deuorata est. G. summi solium pontificatus
ascendi. Ro. quo mare altius et uenti plures et periculosior tem
pestas. G. romanus pontifex factus sum. Ro. quo maior urbibus
roma est eo maior te laborum moles manet. erunt qui te co
lant. qui adorent. qui obsideant ac circumsistent. qui tibi sedenti
co terram sternant. auro niueos frenent equos. qui una ca
pesque instruant ac phalerant. priscis pontificibus in auditum
obsequij genus. Ex diuerso erunt qui obmissis rebus proprijs
in te figant oculos. te notent. de te iudicent. et quam iuste deus
uiderit. qui denique mores tuos arguant. uerba distorqueant.
famam lacerant. uitam carpant. quicquid usquam mali erit qua
si e fonte unico malorum ex te prodijsse dicent populi. discordiarum
scelerumque omnium unus tu causa uocaberis. Quomodo inquient
sanum erit ecclesie corpus cum egrum ac languidum sit caput
Est ne oro te tanti. uel aureum pallium. uel cubile purpureum
uel gemmatus uertex ut quietis et fame precio querendum uelit. G. In
summum pontificem sum electus. Ro. uersa ut libet. hac in re
tam expetita hodie. quod est totum uel mane uel diurnum est ut.

non immerito quidam summi pontifices tedio rerum victi non
supplicium aliud quam felicitatem illam hostibus suis opta
verint. nam ut paucis expediam summus pontificatus si bene
geritur. summus est honor. summum onus. summa sanctitas. summus
labor. At si male. summum anime periculum. summum malum sum
ma miseria. summus pudor. anceps omnium experte negocium. G.
summi pontificatus sedem teneo. R. non tenebis diu. brevis
est hominum vita. regum brevior. pontificatum que brevissima
eo quod preter pondus vastitatemque curarum. etas ipsa pontifi
cis romani tempus angustat. que ad hoc culmen nisi admodum
fessa vix pervenit. G. summi pontificatus in vertice sedeo. R. quo
sublimior sedes. eo gravior casus. vix ex alto sine periculo aut
labore descenditur. cura ut descendas sobrie. ne in illo gurgite
rapiaris. de quo dictum est. tolluntur in altum. ut lapsu gra
viore ruant. Ex omni quidem mortali fastigio descendendum
nemo dubitat. sed hoc interest. quod iustorum ac sapientum descen
sus. reliquorum vero precipitium ac ruina est. Ideoque pennis ille
dux moriens. qui dixisse fertur. finis ad alta levatus est vere
Non improprie ait ut iniustus. G. summi pontificatus arcem rego.
R. solebant primi ex hoc statu ad martirium peti. nunc ad de
licias vocari ceperunt. Ideoque certatim hic locus appetitur et huc
omnium ferme mortalium vota suspirant. quis autem vel roma
num vel quemcumque pontificatum aliam cupit ob causam. nisi quo
potencior ac dicior sit. contra iusticie preceptum preesse quam non
prodesse. quodque sacrilegium pudendumque vel dictu est. magnis
sepe muneribus. quin et pactis et sponsoribus spes emitur sacer
docii pinguioris. O. vertigo morum pessima. ad quod olim
consueverant et deberent cogi homines. inde nunc retrahi non
possint. et tam preceps fervet ambicio. ut non xpianis pudor
ac modestia videatur. sed ardor et pervicacia paganorum. quam
in huiuscemodi peticionibus tantam fuisse didicimus. ut de
Julio cesare lectum sit. quod pontificatum maximum pecijt. non
sine profusissima largicione in qua reputans magnitudinem
eris alieni. cum mane ad comicia descenderet. predixisse matri
osculanti fertur. domum se nisi pontificem non reversurum. nec
fefellit. pontifex est reversus. liquet autem quo impetu illud am
bierit. quo non impetrato vel moriendum sibi certe vel exulan
dum esse decrevisset. hec illi ante utrumque licuerit. cui a prima
etate propositum sit regnare. ita ut in iniuriam suam putet si qua
est hoc orbe potestas altera quam cesaris. si tellus ulla duorum est. At

xpiano homini cui propositum sit seruire. dominiqȝ sui uigin
ferre pontificatum quomodo liceat ambire non uideo. non modo
largicione profusissima sȝ quod non multo minus turpe ē blā
dicijs atqȝ mendacijs indignis uiro artibus. sȝ omnium adeo
ut hec fere iam unica sit in altum uia. G. romanus pontifex
sum. Ro. seruorum seruus diceris. caue ne dnorum dominus
fieri uelis. memento ꝓfessionis. memento debiti. memento
domini qui merito nulli magis quā uicario suo Iesus irascitur.



um felix. Ro. pontificatu ¶ De felicitate gaudiū
forsan. aut impio. aut omnino potencia atqȝ opi
bus felicem fieri credis. falleris. non felicem
faciunt ista uel miserum. sȝ detegunt atqȝ ostē
dunt. et si quid facerent miserum pocius quā
felicem facerent. sunt enim plena periculis q
bus humanarum ē affixa miseriarum radix.
G. felix sum. Ro. O miser qui in tot malis te
felicem speres. G. sum felix. Ro. opinione for
tassis tua que quoniam falsa ē. felicitati nichil addent. sȝ miserie
multū. siquidem ꝓpriam nō ēē miseriam. miseria summa ē. G. felix
sum. Ro. hec inter carnificum gladios magnus ille pompeius
de se predicat. quod tamen si ꝓfundius uerum fodias nunquam
fuerat. ne dum quidem. dum florentissimo in statu felicissimus
uideretur. G. felix sum. Ro. felix es et unus. uiator insolitus. mi
rus cursor. qui in hoc stupendo et difficili calle sis felix. inter mille
pericula inpeditus iugiter et ignorans quo. siquidē hic es felix
es quod nemo unquam fuit nemo erit ut auguror. Namquis q
so hominum felix in miserijs. nemo igitur felix. priusquam ex hac
miseriarum ualle migrauerit. Duos quidam e cunctis morta
libus colligunt felices. in quibus opinatissimus ē quintus me
tellus. et apud scriptores rerum. et uulgo etiam felix. sȝ huic tamē
quamuis late iactatum felicitatis nomē. in quibusdam exactioribus
scriptis ereptum scio i. iurijs aliquā grauissimus et quod dolorem gē
nat. uiri ab auctore susceptis. Iam reliquorum falsa felicitas i
apto est. Sulla felix tantum felix dictus ē. infelicem tamē uite
illum. ac mortis atrocitas ꝓbat. Alexandri macedonis. ac Ju
lij cesaris. et si fortuna ꝓsperrima. uita tamē inquieta semꝑ ac
turbida. atqȝ ideo nunquam felix utriusqȝ mors rapida. ille in me
dio bellorum cursu. hic post uictoriam repente. ille ueneno ꝑ
perijt. hic ferro. Scipionum bellicam felicitatem. alterius in
dignum exilium. indigna quoqȝ alterius. et multa mors mi

mut. longum est euoluere singulorum fortunas. ad supremum
uenio. unus omnium fere omnibus felix uisus est Augustus ce
sar. monarchia omnium altissima diuturna pace. uite spacio ac
fine suauissimo. quodque omnia superat. morum atque animi tran
quillitate perpetua. quis hunc felicissimum negauerit. Sed felicem
negant. quibus hoc scrutandi studium fuit. obstat enim exter
secis fulgoribus. interioris ac domestice uite status. et fortuna
longe alia. naturalis ac uirilis sobolis defectus. adoptiuorum ac
nepotum immature mortes et quorundam morte peior contu
macia. ad hec et illustrissimorum quoque hominum insidie. et suorum
in se crebre conspiraciones. et dilectissime atque unice filie ac
neptis adulteria crebriora. denique non suus heres successor
que non placatus. et necessitate magis quam iudicio electus
nec omnino se dignus nec imperio. Si horum ergo nemo fe
lix. uel felicem alium da michi. cum quo felix sis. uel sine consor
te felix esto. uel iam tandem ueriori sentencie aurem prebe. fixumque
dico uerum ante mortem nemo hominum felix. F. ego animo fe
lix sum. Au. sencio quam felicitatem dicas. aut felix igitur tuo
errore es. ut ait ille. que felicitas ut dixi miseria est. aut uirtute
animi felix. que nec ipsa felicitas plena est. quamuis sit ad felicita
tem uia. ad postremum cuncta discuciens. me mirari non dissi
mulo. quam michi quidam felicitatem sompniant. primitusque
alijs. acutissimi homines in multis hac in parte cecissimi. nam sine
omnium cumulus bonorum ad felicitatem. isque indeficiens ac sta
bilis requiritur. et quam multa desint homini uite stadium hoc
agenti. pro se quisque senciat. et hec ipsa que assunt quam incerta. quamque
labilia sint agnoscat. sine quod alijs uidetur. sola uirtus hoc pre
stat. etiam ipsi qui secundum uirtutem uitam agunt. quos diffiniunt fe
lices. quosque felicitati proximos non nego. uitam ipsam perpetuis
temptacionum procellis paciuntur infestam. periculis semper multis
et quibus expositi. nec unquam ante exitum securi. quod siue nesciunt si
ue sciunt. eque miseri sunt habendi. nulla enim cum errore. nulla
sine securitate felicitas. F. felix ipse michi uideor. Au. iam res
ponsum habes. si felicem error faceret. paucissimi non felices essent
Falsa ergo felicitas tua est. et ea ipsa perbreuis. nulli errore diu con
tingit gaudere. sola quidem ueritas solida est. error tenue quiddam
et inane. quod inter amplectencium manus quasi fumus aut umbra
dissiliat. uenietque umbras abigat. falsaque gaudia in aptum pro
trahat. que felicitati humane uerum precium sompnijs finem po
nat. Querere interim ab hijs ipsis quorum proxime mencio est.

habita. querere ab omnibus. qui felices vel sibi vel alijs visi sunt. u
bi nam gencium. quo ve nunc in statu sint. de sua illa brevi feli
citate quid senciant. tacebunt ipsi. sed loquetur veritas. testabitur
que habitos felices. fuisse miserrimos **De spe bona. Spes.**
Quitquid in re sit. spem michi nullus eripiat
Ro. hanc auferre potest nemo. ipsa se se. sensim
eripiet. et inopinis eventibus sepe lusa consumitur
S. spero multa. Ro. et multa metuas oportet
sine metu enim spes non habitat. S. spero bona
Ro. mala igitur times. ut enim opposita spes
timori est. sic ad unum fonte oritur. et necesse est quando
sperare ceperis. eius contrarium ut formides. S.
spero leta. Ro. sed incerta quorum studio certa
negligere dementia certa est. qui equidem quod
non habet sperat. quod habet obliviscitur. S. sperare meliora non prohi
beor. Ro. quid difficilia. quid si impossibilia. ventura que numquam
Quid si peiora. si pessima sunt que speras et meliora tibi fingis. S.
Iuvat in spe vivere. Ro. dic verius in spe mori. nam et futura cogi
tantibus presencia dilabuntur. et qui longinqua prospiciunt. que sub ocu
lis sunt non vident. et qui cras vivere destinant hodie non vivunt
non dum est cuius unicum spatium. ita cum spes omnium bonorum absen
tis expectacio sit. consequens est sperantem per ea saltem parte qua sperat
mali aliquid pati. S. dulce est sperare. Ro. audio quidem multos hoc
dicere. sed hanc dulcedinem non agnosco. nam si sperare et optare carere
re etiam dulce est. quod qui dixit haud dubie gustu caret. S. spera
re delectabile est. Ro. ergo et pendere. et affici. et torqueri. spes est longi
supplicium longa spes. nil sic animum fatigat. nil sic senium preci
pitat. itaque sepe vir sapiens spem portam luctuum vocat. seque infinita
cupidine liberatum. ab expectacionibus vanis ad gaudendum bonis
suis. cogi gaudet. S. de eventu fors viderit. ego in spe gaudeo. Ro.
vide autem ne quando forsan in re doleas. et optasse. et sperasse. et speratum
consecutum esse peniteat. multos quos suspensa diu torserat. ad exi
tum spes dicta presidebit. multi votivis et valde licet non satis sci
longe spei pre fructibus. S. nemo michi spem tollat. Ro. nemo
tibi tollat tedium ac laborem animi. audisti vetere dici solitum
proverbio. magnus labor expectare. S. iam bone expectacio blanda
est. Ro. sed et fallax et anceps et anxia. si hoc negas. numquam aliquid ex
pectasti. sed se fallencium inextimabilis turba est. quibus ad id quod
agunt nichil prorsus inefficax se se offert. nichil respuit nulli
se negat. flecti facilis et falli prona credulitas. argumentum vero

lenitatis ingens atque amenitate dixerim passim obuias spes amplec-
ti et hys illico certis ut bonis pasci. ad quas docti omnes et experti
rerum tardi sunt. S. bonam spem interim habeo. Ro. interim di
catis. credo dum te illa fefellerit. hic est enim mos. inuiti spem de
ponitis. nunquam illam relicturi nisi uos illa relinqueret. quam cum
uos sepe reliquerit. mirum dictu. iterum atque iterum redeuntem ca
pide semper excipitis. progressique obuiam quasi obliti ueterum no
uis armatam dolis. inclusi docens cordis arce reponitis. S. spem
bonam usque ad ultimum non deseram. Ro. quid si diu ante illa
te deserit. an ne illam retrahes. an sequeris. an expectabis ut redeat
at. age autem. spera. quando nichil est dulcius quam falli. non ego tibi
spem quam mordicus tenes eripiam. tantum illud admoneo. non
esse spem bonam quam tu reris. non est spes bona que bonum sibi
proposuit. sed que bene. bonum enim sperare scelestissimi quoque homines
possunt. ymmo et solent. uere itaque bona spes est que de uero bono
inte recepta est. hanc qui habet stringat. teneat neque abire eam uel in
ultimis sinat. sorores quoque illi suas iungat. caritatem. fidem. hec spes
dulcis. leta. uerax. felix est. queque nec sperantem fallit. nec confundit
sed ad optatum prouehit. animumque interim sperati boni anticipa
cione letificat. at uos seu uerum bonum male meriti speratis
seu malis ueris falsum boni nomen imponitis. unde igitur uestra
expectacio antequam ueniat mesta est. mestiorque cum uenerit. S. hu
manum sapio. et de hys loquor que homines bona uocant. Ro.
huius nominis olim inter homines longa lis fuit. que adhuc.
pendet. pendebitque euum in omne. hys unum in rebus conte
autem illis bona multa ponentibus. S. linquamus ista philosophis. e
go que uulgus bona dicit spero. Ro. malum igitur tuum spas
quod uel dilacione te cruciet. uel falso opprimat ex optato. fac
sucedat enim. quod ad corpus attinet. hosti arma paueris. quod
ad fortunam uarie. et in mitis domine subieris iugum. quod ad
animum uero ipsum. magna etiam pars in cladem ac perniciem ui
ti queat. quoniam que delectant animum sepe et ledunt. S. le
ca ego spei anchoram nec mouebo. Ro. atqui solent naute tem
pestate orta. nauis anchoram precidere si diuelli nequit. relictaque
illa fugam capere. non enim de tranquillo mari apud poetam. dente
te tenaci anchora fundebat naues. in magnis quoque pelagi
motibus accidit. ubi non naues fundat illa. sed alligata nau
fragio uictas tradit. nec hercle aliter inter procellas humanarum
rerum spes affixa et tenax. multos in exicium traxit. qui ab
scisa utique et abiecta spe incolumes euasissent. sepe igitur sub

trahenda spei anchora. uel si auellanda. si nec id quidem liceat
abscindenda. rerumque sub fluctibus relinquenda est. ut liberatam
uite proram gubernaculo prudentie dirigas ad salutis portum.
G. bene spero. R. bene sperando et male habendo. transit uita
mortalium. De alchimia spes. spes. spes de alchimia spes.



Spero alchimie prosperos exitus. R. miror
unde id spe res. quod nec tibi unquam uere accidit. nec aliquis et si accidisse non nullis fama fuerit ab hiis ficta quibus id credi expediret. G. spero alchimie successum. R. et quem queso preter fumum. cinerem. sudorem
suspiria. uerba. dolos. ignominiam. hii sunt
enim alchimie successus. quibus inopem
nunquam ad diuicias euectum. multos a
diuiciis ad inopiam redactos sepe uidimus
Non tamen ad illud attenditis. tam blandum est sperare et falli. huc
nos agit auaricie stimulis impulsa demencia. ut uerum opinemini quod optatis. fingique quod cernitis. Nosti ne aliquos potentes in reliquis. hac insania laborare. quosdam opulentissimos hac uanitate consumptos. dumque opulenciores fieri studerent
et fedo questu inhiant. bene parta prodigere censuque omni in
supplicaciis effuso. tandem necessariis eciam destitutos. alios ciuilitate deposita. mestos semper atque anxios. dum nec cogitare aliud
quam folles. et forcipes. et carbones. nec aliis quam sue heresis
conuiuere didicerunt. in siluestres pene homines euasisse. non
nullos denique amissis primum animi luminibus in hac exercicio. corporeos insuper oculos amisisse. G. promissum ab artifice
aurum spero. R. refert cuius artis artifex quid promittat. sunt
quibus promittentibus nichil credi possit. eoque minus si promissum
iurisiurandi religione firmauerint. Sed o ceci. parum ne erat. uenis in metallis. que terra fert fuisse. nisi uos mendacio
defossa torquerent. parum ne a uirtutibus aberrasse. nisi errori
dampnum. dampno labor et labori pudor accresceret. hic qui tibi
aurum suum spondet. cum tuo auro improuisus aufugiet. non
ut michi narro. mos est publicus. et quamuis igne commissa fraus
sepe igne purgetur. nichilominus tu delusus. deceptoris tui.
supplicio non indempnior. sed nocior remanebis. digitoque monstraberis. auarus ac stolidus. flando exhaustus. flammis afflatus. aspersusque fuligine. G. magna michi promittit alchimista
R. dic ut ea sibi prestet. que promittit aliis. primumque suam pellat.

inopiam. est enim fere mendicantium genus hominum. cumque se paupes
fateantur. ditare alios uolunt. quasi aliena illis quam proprio mo
lestior sit paupertas. sic ut miseri se alios miserari dicere soleant
imprudenter et ignotis et interdum magna promittere. G. turpis pro
missio et o stulta credulitas. S. alchimie autem dicia diues fiam
Ro. ymo si fuisti esse desines. ars nempe quam memores nulla est
nisi mentiendi autem dicimus ac fallendi. age autem qui ita fert ani
mus et incumbe. predico autem tibi quod te luciuum ex hac arte mane
at. domus tua miris hospitibus ac miris plena erit impedimen
tis. erunt ibi estores et potores. idque haud in merito. quos igitur
exsiccat et cupiditas. erunt ibi sufflatores. deceptores. derisores
omnis angulus habebit pelues ac lebetes ac phialas. olei cum
aquarum. herbas preterea peregrinas et externos sales et sulphur
et distillatoria et caminos. deque hiis omnibus tibi in finem cu
ras inutiles et stultitiam cordis. oris obscenitatem ac squalorem
et caliginem oculorum. ac solicitam et flaucus paupertatem. quodque
hiis omnibus pene peius dixerim. crucilatoris nomen et in tene
bris atque infames inter latebras finium uitam. S. spero effectum pro
positi uotiuum. Ro. spare hunc forsitan et gestire dabitur non gaudere.
S. ad propositi terminum appinquo. Ro. an mercurium congelasti an
quid aliud uanitatis. nunc maxime a proposito longe es. semper
que rebus aliquid defuit. dolis nichil. De promissis auspicum omni

A ruspices multa. ¶ busque et sompniis Spes.
michi pollicentur. Ro. inuenisti ecce aliud ge
nus hominum. cui si credas semper pereas sem
per speres. nam neque res umquam deerunt promisse
neque umquam deerunt promissores. sic res hinc pro
fugas captans. hinc promissis impulsus. et
sisiphio semper more rotaberis. S. spem bonam
michi tribuunt auspices. Ro. non maius est
spem credulo. quam metum pauido inferre.
distantes animi. neutram in partem facile inclinant. S. multa un
dique michi promittunt mathematici. Ro. nil promptius quam pro
missis affluere. hiis qui careant pudore. quos mentiri autem
pudet. ad promittendum tardi sunt. S. leta spondent mathema
tici. Ro. sponsores quere alios seu pignus promissi fragium genus
est. nudo uerbo male creditur. S. multa promittunt mathematici
Ro. quere qui promissum impleat. satis est spem dedisse. non pot
uimus dare omnia. S. promissis auspicum expertus sum. Ro. con
sopiens euentibus. nichil eueniet promissorum. S. magnam

beor sperare. Ro. Mirum ut humanus animus virtuti contumax obe-
diens vanitati est. Unum aliquid idque optimum iubeat illa, contemp-
nitur; quicquid hec iusserit, difficile licet ac pessimum, paretur. G.
Mathematici leta promittunt sive pronunciant. Ro. Miri homines futura
sola qui noverint, preteritorum atque presentium ignari, et que in celo si-
nt ita nunciant quasi consilio celestium interfuerint, recentique inde
nunc veniant memoria, cum tamen interim quid in terris, quid
in patria, quid in domo, quid in thalamo suo fiant nesciant. Sic pe-
nitus verum est quod apud Tullium legis: quod est ante pedes nemo
spectat, celi scrutantur plagas. G. Magna nunciat mathemati-
cus insignis et verax. Ro. Quo divinus insignior et mentiendi li-
bertas maior et fides pronior mendacio est. Sepe quidem mirari so-
leo, unde non immerito miratus est Cicero, quid hoc in genere no-
vum insuetumque accidit ut cum in cunctis hominibus multa una
memorabili uno mendacio obscurentur et suspecta fides in poste-
rum loquentis fiat, in his contra grandibus mille mendaciis una le-
vis ac fortuita veritas velum quoddam et mendacia publico fidem
querit, si quando vel semel; quando nemo tam mendax umquam fuit quin quando-
que verum diceret volens etiam aut ignarus. Unum horum veri for-
te aliquid effluxerit, actum est; si casura hodie celo astra denunciet
et credetur; demumque sine ulla suspicione mendacium mentiri potest
omnia quisquis semel potuit non mentiri; unum enim illud
memorat, preceps in futurum, prominens et preteriti sic oblita credulitas
ac deceptoribus suis favens. G. Divinis leta nunciantibus cre-
do. Ro. Furentibus credere furor est; certe quamvis hic Cicero videatur
sensisse aliter, convenientius huic rei nomen a grecis inditum
quam a nostris iudico. Latini enim a divinis seu a divinitate di-
vinationem, illi autem quod est mantiken a furore dixerunt. Nos
fortassis ornatius, at illi verius. Hanc sacri doctores uno omnes
ore condempnant, Ambrosius, Augustinus, ceterique; qui si for-
te quando inter multos hic quoque mos pestifer invaluit, ut inter
hos garrulos in questione veri ob ipsum professionis sue nomen sus-
pecti habeantur vere fidei professores, auditi non erunt, cum omnibus
idem sentientibus, qui sunt innumeri, et quamvis divinationem
improbet divinum iuri, quid tandem cause est quid ne suspicionis
ut non audiendus unus et in multis primus ac maximus il-
lorum Cicero videatur. Certe is totum hoc illusionum ac fallaci-
arum genus dampnat, irridet ac despicit; et ad summam obmissis
que locus iste non capit, omnis non tantum pia religio sed vera quo-
que philosophia et que illam suo calle sequitur poesis nec sci modo sed

docti omnes hanc respuunt vanitatem. preter illos solos. qui vel
hinc vivunt. vel ab hys seducti. in eorum tendiculas lapsi sunt
quorum dampnis atque erroribus lucrum sibi atque artem faciunt
in qua illud summum ac precipuum. obscuritate fraudem tegere
et sic biceps ambiguumque responsum dare ut utcumque videri possit. quicquid
quid evenerit. quod omnibus futuri noticiam professis in commune
prouisum est. qua in re. non ars ipsa. que nulla est. non ingenium
quod sine litteris rerumque noticia nullum est. sed illorum calliditas
et audacia et impudencia ipsa mirabilis. unde quod festive admo
dum. ait Catho ille virgilius mirari se quod non rideret aruspex
aruspicem cum vidisset. id ad omnes eque augures. auspices. sor
tilegos. coniectores. caldeos que et matematicos. ac totam quam dixi i
manticen trahi potest. tam incertum est. an illorum fucus turpior. an
ridiculosior vestra demencia. illorum tamen arguciis ac macu
culis videre facile sed plurium est. notumque grecorum. tamquam a notis atque
illustribus agitatum. ut non superuacua tum repeticio. sed temeraria
uideatur. vestre autem ineptissime vanitati. quid aliud dici potest
nisi dignos vos. qui ab homunculis terrestribus ymo sed lutteis et non
nullius nisi quia stultos ludant. noticiam artis habentibus. sciencie
insignis obtentu et celo insuper auctore fallamini. G. persuasum
est michi prospera instare. quorum expectacio dulcis. leta. tran
quilla est. R. ymmo equidem amara. tristis. turbida. sed vos
sensu perdito. de obiecto sensuum iudicatis persuasum sane nullo in
negocio crediderim. promptum est persuadere volentibus. quibus eciam
persuasor necessarius non est. ipsi sibi sunt vates et occursus animancium
uolatus que avium et garritus. letum in augurium ducit. at si
quociens te ista fefellerint recogitas. si de hac re vicinos interro
gas nisi ut tu ultro te fallis. vel illi participes erroris querunt
facile deprehendes quorsum hys prestigiys credendum sit. nisi tres
illi summi hominum. rerumque moderatores. Pompeius Cassius et Ce
sar. victuri forte credunt dicturi sint. quibus quod constat magno
quidem omnium que familiarissimo teste. Marco Tulio. Caldei omnes
aruspices que promiserant. quod precaro fine omnes beati senes in propria
morerentur. id que quod verum fuerit non expectes audire. ferro omnes
duo miserabilius quam longissime ab ytalico romanoque orbe
sectis. fedoque ludibrio. reconditis venerandis illis toto que diu for
midatis orbe capitibus. reliqua inhumati ferarumque et piscium
morsibus. ac volucrum rostris expositi. cesi et laceri. miserandum
fortune spectaculum iacuere. hy nunc divinos que vates nega quod
tam certa premiciavit. G. gratum augurium notavi. R. o. amen

cia importunam. miser homo successiuum noticiam suorum que
sibi nulla est a uolucribus sperat. quid hec stulans fieri potest quasi
dijs placet. et deiotharum regem uisa aquila impendenti preripuit ru
ine. et agrippe ebreo instare carceris exitum. finemque miserie ac pros
peritatis inicium. nunciauit supra uerticem sedens bubo. auis ali
oquin infamis cuiusque uirgilij carmine. carmen ferale describitur
G. letum omen incidit. Ro. omne omen ab homine ductum no
men. humane demencie argumentum est. quo aliquid semper exter
narum modo rerum. sed earum quoque que in nobis sunt animos
in errorem trahat ne deliramentis animalibus ulla pars rerum uacet. Itaque
et sternutamenta suorum et natorum fortuito lapses uoces eo trahi
tis. non quo uis illarum. sed quo uestra cupiditas uocat. scilicet qui
a centurio ille dixit. hic optime manebimus. ne mundi caput
transferretur causa fuit. aut quia persam perijsse flens infantula
profecto imbellum nunciauit patri. uinci macedonum regem con
sequens iudicatum est. O humana mens ebria et nutabunda quam
facili impulsu erroris in foueam ruis. G. leti aderant sopi
to. Ro. mesta aderunt experrecto. G. leti dormiens uidebam. Ro.
mesta uigilans uidebis. G. felix eram per quietem. Ro. miser e
ris per laborem. sepe nichil sompnia nichil denunciant et sepe contra
G. sepe uera uidentur in sompnijs. Ro. quanto sepius falsa. par est hu
ius autem et reliquarum huiuscemodi uanitatum ratio. unum casu
incidens. uerum in numeris falsis astipulatur uenturoque inhians
preteritum mens non uidet. G. multa nunciant diuum. Ro. impo
stores ego hos non miror. qui de more suo pascuntur artificio
sed uos stupeo. qui illorum uenturi animas et ingenia uestra sub
mittitis. proinde tu quid teneas uideris. si me sequi uoles
expectabis equanimius. ac tranquillius. non quid astra de te.
sed quid astrorum creator ac regnator sanxerit. agens aliquid
indies ardencius. quo illius amore fias dignior. de euentu non
tibi ueniat in animum sollicitare istos. quibus ignocior est ueritas
quam tibi. denique sic habebis futura nosse. diuinum hominum nec li
cere expediat. nec expedire sic liceat. De leto rumore Spes.

Letus rumor insonuit. Ro. noli fame credere. m
mendax est. G. multi letos nunciant rumores
Ro. sepe tacens uni creditur quam multis. G.
quod tot nuncijs affertur falsum penitus esse
non potest. Ro. mos fame uulgaris notus est. ue
ris falsa miscere paucis ueris multa mendacia
adiuuntur. omnia mencienti nichil creditur

Spes. rumoris auctor primus uerax ē. Ro. at nemo quantum
audierit referre contentus ē. nichil ē actum nisi prose quisque ali
quid auditis adiecerit aut uisis. quod cum multi fecerint auc
tum breui mendaciorum uideas aceruum sic per manus ut aut
traditum inter manus etiam crescit malum. quodque ait exim
ius poeta mobilitate uiget uiresque acquirit eundo. S. hacte
nus letissima fama ē. Ro. quid si mulceat ut feriat sepe letum ru
morem mesta clades sequitur. creber hic fortune stilus. ut profundi
us uulneret spem promittit. cuspidemque uulnificam leti cuius
piam et rumoris illitam dulcedine iugulo gaudentis infligit.
quod uir doctus intelligens. letis nuncijs non quatitur. heretque immo
bilis secum uoluens. uel falsum ēē uel id ipsum quod tam faustum ui
detur in aduersum uerti posse. S. leto rumore moueor. Ro. expecta
saltem dum certus sit. tuncque uirilem animum rumusculis agi
turpe ē. licet ueris falsis uero turpissimum. multos gauisos esse
prodidit. uerumque merorem. auxit falsi gaudij memoria Sequitur
De expectacione filij. uel amici. uel uillici. uel uxoris. Spes.
Spero filij redditum. Ro. speras gaudium solici 8
tum et propinquum metum. S. spero amicum re
uidere. Ro. rem predulcem speras. sed fallacem fra
gili res hominum statu tremunt. forsitan quem
expectas. iam nunc obijt. potes hec probasse si
uixisti. impedimentorum mille sunt genera. uni
commune omnibus. mors. S. spero amici conspec
tum ex optatum spero. Ro. sunt hec fere cuncta
optare et sperare. sed multis assidue casibus disiun
guntur. quam multos fuisse rome credimus. quam cupidis a
nimis. Marci Marcelli huius ultimum reditum expectantes. S.
autem in medio hostis illum crudelissimus expectabat. cuius
potencior fuit inhumanitas. quam uictoris clemencia. ad usurum
ab exilio reuocantis. potuit igitur cesar precibus senatus. Mar
cello ueniam dare. non potuit marcelli cliens. gneus magius
pati ut is cesaris beneficio uteretur. S. spero amicum et expecto.
hoste quoque carente. Ro. quis ē hic hominum hoste carens. ut
sit aliquis priuatarum expers. an publicas inimicicias quisque
uacat. sicariorum dico et predonum qui auaricia duce bellum hu
mano generi indixere finge aliquod tam benignum sidus ut hec
pestis terris exulet. alias quis arcebit. uehiculorum et equorum
lapsus. fluuiorum ac torrentium insultus. et ruinas pontium
et tectorum. et equoreas que et aereas tempestates. Adde fedarum

marsus annalium. quibus non singulos tantum homines dic
cenchus curiosissimus indagator rerum talium. sed quedam
genera hominum docet attribuisse. et ad summam. quot sunt ca
sus humanarum rerum quorum nullus minus. tot sunt hostes
hominum. qui spem tuam non dicam retardare possint. sed extin
guere. ut nichil interveniat. mors quam dixi. et euntibus et
stantibus ubique contigua est. nisi itinerantibus eo fortasse vicior
quo iter et vectatio et locorum commutatio. pluribus casuum ge
neribus videntur exposita. Sed spero amicum prospero exacto ne Istoria
gotio reversurum. Deo. quasi gloriose quam prospere res gesserat
Drusus vero divi Augusti privignus. ut omnibus et hostibus
domitis carus esset. ita ut eum paulominus adorarent. quorum
munificos effectus erga illius memoriam usque ad hec tempora. si unquam
germanorum inter proceres fuisti. te sentire potuisse arbitror
Certe illa gesserat. quibus vere gloriaretur. quod romanus insa
ris primis aliquot sillabis casu aliquo deletis. nunc quoque sculp
tum ungit hijs versiculis Ad divoras rheni. pulsi hostiles de
populatus agros. Dum tibi roma decus eternaque sudo trophea. Is
ter pacatis lenior ibit aquis. Talem hunc iuvenem qualiter expec
tabat mundi dominus Augustus qui eum sibi filium fecerat a
mando. qualiter mater livia augusta. cui natura illum carum
fecerat. cariorem virtus. carissimum recor fratris ignavia. qualiter
denique frater ipse. qualis cuique erga alios. tanti certe fratris amantis
simus ad postremum qualiter roma ipsa. atque universa res pub
lica. que de nullo tunc hominum sic pendebat. quid ergo. quis
tam multiplicis spei finis. expectatum drusum inexpectata mors
abstulit. morbo quod constat raptus. et quod magni sunt auctores ex
fractura cruris equo super labente suscepta. qui vivus victorque re
versurus sperabatur. in patriam exanimis est revectus. Quid filium alia Istoria
huius loquar germanicum. nullius credo unquam hominis expec
tatio maior fuit. non huic pater. non augustus ambo iam defuncti
sed roma omnis expectabat. tanto desiderio quod tocius urbis unus
animus. huiusque et unice et non nisi unicum habentis filium ma
tris esset. Itaque ad primum egritudinis nuncium sic attonita penitus
ac deiecta civitas. vultus quoque omnium atque habitus mutati et mestum
tota urbe silencium fuit. ubi autem lecior fama incertis licet auc
toribus supervenit. convaluisse illum et vivere. subitus clamor atque
letissimus undique sublatus. ipsum quoque tiberium excitavit. con
cursus que in capitolium ingens factus. et pene convulse templorum
fores ad persolvenda vota. agendas que diis gratias vacta nocte lu-

minibus. fracto q3 uocibus silencio. gratulando canencium sal
ua roma. salua pr͞ia. saluus ē germanicus. Cuius uero tandem rei
exitus. Is nempe qui humanis in rebus ē acerbissimus. Venit.
nuncius cercior obiisse germanicum. hinc publicus dolor ac ge
mitus. non edictis. aut diebus festis. aut ullis oīno ͻsolacioī
bus cohercen quiuit. nota ē historia libro cesarum ͻs͞ito. G. sp͞o
iuuenem filium reuersurum. R͞o. an hij parum iuuenes de q̄bꝰ
Istoria dixi. accipe iuniorem. Marcellus eiusdem diui augusti nep͞os
ex sorore. quantum putas expectaretur ab auunculo. qui eum
sic dilexit. ut uirgilianum illud carmen nobilissimum quo su
mus uates. adolescentis illius pene pueri memoriam hones
tauit. sine lacrimis audire non posset. ⁊ auctori silencium ip̄aret
Quomodo mater octauia. que illum sic amauit ut usq3 ad ultimū
uite sue finem. quasi tunc extinctum ͻtinue deploraret. omnē
q3 ͻsolatorem. non tantum sperneret. s3 odisset. Quid hic aut̄
⁊ quid putas. nisi quod ceteri. non rediit. s3 relatus ē ⁊ drusū
quidem non qualem acceperat germania rome. Antiochia germa
nicum. Marcellum baiona restituit. uarium expectacionum
sors omnis. tu tibi nunc aliam fingis ⁊ fors ueniet quē expectas
qui cum uenit fortassis ut abeat ⁊ sperare incipies ⁊ optare. G.
amici absentis aduentum sp͞o. R͞o. quis inueniri expectari uiuos
cum mortui expectentur ut p͞hibent. q͞d nisi inter fatuos. uera
faciem non h͞ent. Arthurum britones expectare fama ē. Nero
nem principem mundi sub finē rediturum quidam somp̄niant
uita uͣa ab inicio ad extremum. non m͞o uanis expectacioī
bus plena. s3 ip̄a expectacio uana ē. Id sic eē si non uides. aut
modicum uixisti. aut nimium. quid hic agitur neglexisti. G.
Expecto uillicum iure uenturum. R͞o. aut domus arserit. aut mes
sis euanuerit. aut pratum exaruerit. aut bos obierit. aut uites
grando percusserit. arbores turbo ͻuulserit. arua torrentibꝰ i un
darunt. aut apes auolauerint. locuste satis insultauerint. col
lumbos corui ⁊ mures. pullos uulpecula. agnos lupus i ua
serit. hij fere rustici sunt rumores. G. uxoris aduentū spero.
R͞o. si hoc speras. quid iam metuas ignoro. sic ē tamen sūt qui
expectent ͻiugem. ⁊ qui febrem. De expectaciōe melior tp̄m. spes.



pero tempa meliora. R͞o. omnia fere tempa eque
bona sunt. quoniam creator tp̄m eque bonus est
semper. s3 uos tp̄ibꝰ bonis male semper utimini
unq3 hoc ut in alijs culpas uͣas rebꝰ ascribitis fac
ut homines boni sint. ⁊ tempa bona erunt. G. tp̄a

hec stare nequeunt letiora succedent. R. nullum tempus stat.
cuncta preterevnt. anni que transierunt non redeunt. virtute et industria
bonarum artium studiis frenari possunt. non quin fugiant. sed ne pe-
reant. nichil est autem dulcius bene impensi temporis memoria. sed
vos nulla re uti scientes ut oportet. ubi omnem vitam vel in somp-
num ac desidiam. vel in sollicitudinem atque usus pessimos effudistis
tempus in noxium accusatis. nunquid meretur. Infantiam ac pu-
ericiam in vanos lusus. adolescentiam ac iuventutem in libidinem
atque avariciam. senectam et senium in querelas ac lamenta consu-
mitis. que nam hec temporum culpa est. fluunt illa fateor. hec natura
est. vos illa dum datur occupare negligitis. non est natura ista sed
culpa vestra. quam culpatis. culpam excusatis. res non est nova. S. spero
letiora tempora. R. leticia seu tristicia temporum ut dixi non in
temporibus sed in nobis est. eo autem quo intelligis modo. non
letiora tibi speranda esse sed tristiora perpendes. si ad etatem tuam ipse
respicis. que indies tristior et a poeta describitur et plerisque in senibus
invenitur. et sane si oculos in terga reflexeris et numerare atque ex-
timare annos tuos ceperis. simul incipies desperare quod speras. non
est cur mutari cursum rerum speras non meliora instant tempora
vereor potius ne peiora. cur queso. nisi quia peiores erunt ho-
mines. quod et magni divinarunt viri et apertis indiciis res decla-
rat. nisi vos mortales bone semper spei magnum aliquid de vestra
nobili ac modesta iuventute concipitis. a qua quidem opinione
ego longe absum. nichil enim penitus boni mens presagit. sic in
vicium ac ruinam prona sunt omnia. S. mala sunt tempora me-
liora venient. R. omnem etatem de moribus suis questam inquit
seneca. audio ego. omnem fuisse quod quereretur habituramque
omnem cunctis seculis quod queratur. S. spero letiora tempora. R. una
est ad hec via. qua letiora sibi habeas non expectes. fac ipse tibi animum
letiorem quod sine virtute fieri nequit. ubi hoc feceris leta erunt
omnia. triste nichil. S. meliora tempora expecto. R. ut veniant
quod est dubium. certe illis venientibus tu recedis. quanto est tucius
nte uti presentibus quam anxie expectare que vel forte non veniant
vel minime sis visurus. De sperato principis adventu. Spes.
Principis adventum spero. R. ut multa timen-
tur que optanda. sic multa sperantur que time-
da sunt. utrunque in partem penuria iudicii multa
est. S. spero principis adventum. R. quanto sperare-
res honestius libertatem. nam perfecto qui dominum
sperat. servitutem sperat. S. spero principem ven-

tirum Ro. et illius et omnium omnium malum speras. fuit enim qui et princeps impius et principem populi poterat sperare. nunc impius principi, labore est. princeps populus principes. S. principem uetitur ego et res publica speramus. Ro. tu uero quid priuatim spes uideris. in quo ipso fatale: falli potes. spes hec rei publice stulta est. quis enim nisi amens sperat aut cupiat quod pestiferum totiens sit expertus. S. spero principem uenturum. Ro. et secum simul motus rerum uarios mutaciones urbium. noxias nouitates. famem. pestem. bella. discordias. hec uel uniuersa uel singula modernis cum principibus uenire sunt solita si hec placent. principem spera. ut nil horum formidabile sit. ipsum certe iam iam impium nomen est plenum fame ac rumorum bonum autem omnis effium et solius umbre uetustatis inuictum. S. spero uetitur principem Ro. ego uero te monitum uelim ut quociens aduetantem audieris credas te tonitruum aliquod preambulum fulminis audire nec sperare incipias. sed timere potius si in alterum labi oportet timere enim ad usum et si contrarium sit uirtuti. consentaneum est nature. sperare autem mala et nature est oppositum et uirtuti. S. spero mox principem affuturum Ro. cum principem uideris. scito te infaustum rei publice sidus aspicere. uel memoriam ipse tuam uel parentes interroga. auos quoque et pauos ita esse repies ut dico. idque tu filiis et nepotibus tuis ammonia ne ipsi quoque aduentum principis stulti sperent. dic enim queso. quis unquam uel fu mute leonis aduentum fere uel affuturam aquilam auicule sperauerunt. liceat uerum loqui. stultissimum et mali sui sperandi auidissimum animal est homo. ceteris capiendis esca opus est. homo solis fame sibilis capitur. De fame spe post obitum. S pes.

Meritis post obitum famam spero. Ro. multi famam se mereri sperant. cum infamiam mereantur et ceu uiatores erronei dum accedere extimant. recedunt. S. famosus sum in uita. famosior quam post mortem ero. Ro. est hoc fateor in nonnullis uerum. unde et anneus seneca in epistola quadam futurum se gratum apud posteros uaticinatus est et statius papinius presentem famam benignum iter suo operi ad futuros struxisse ait Et Ouidius naso sibi nomen indelebile futurum. seque ore populi legendum per que omnia secula fama victurum presagit. neque hercle illius horum fallitur. sed quam multos putas idem sperantes suam fefellisse spem multi hec idem de se ipsis crediderunt forsitan et scripserunt nec quod sibi promiserant impleuerunt. S. si famosus sum dum uiuo. cur non famosior sum post mortem. Ro. quia hec cottidianum et uul

gare est ut multi in uita famosi et clari post obitum sint incogniti
et obscuri. mirans. causa ideo huius in promptu est affabilitas quedam ser
mo comptus ac lepidus. blandum supercilium. clara frons. benigna
salutatio. beneficia in uicinos. protectio in clientes. hospitalitas in ex
ternos. in amicos urbanitas. hec et hijs similia uiuentibus famam
querunt. ea uero mox ut hinc abierint non durat. nisi forsitan
quamdiu illos qui nouerant supersunt. quod ipsum quam breue sit con
spicis. Quomodo autem duraret non in solido radicata naturale
est. ut fundata debiliter. leuiterque aucta. breuiter dilabantur. ut
sit fama durabilis aut uite sanctitas. aut gestorum claritas. aut in
signis scriptorum prestabit elegancia. rarum decus. at loquaces isti
et urbani qui et togati et gemmati preclarorum digitis ostenduntur
non nisi quantum loqui poterunt. aut paulo amplius cognoscentur
dirum hos apparatus tam celeriter et has pompas. hanc scientie
nubem. hec uerborum tonitrua. in tenuem fumum euanescere. du
rum fateor. sed sic est. nam ut ipsi de se testimonium perhibuerunt. am
bicioni. aut lucro. aut sompno dediti. nec qui ploret meruerunt.
G. famam in ueniam post mortem. R. fama nichil unquam mor
tuis profuit. uiuis sepe et nocuit Quid enim perniciem ac mortem
ciceroni. ac demosteni. nisi insignis literarum fama conscivit Idem
de socrate ac zenone et mille alijs dici potest. noti omnes Quid uero
nisi fama scientie et ingenij. causam dedit. filio gnosij regis andro
geo ut ab athenensibus mactaretur Quid oethe colchorum regi
argonautas attulit. delectos ut aiunt uiros. uere autem predones
nisi fama diuiciarum. nam quid significasse aliud credimus illud uelus aureum
aureum uelus arietis. nisi opes multas lateque uulgatas. quibus
diuites bestiales opumque inopes uerarum uelut arietes uellen
bus uestiuntur. G. famosus ergo. R. ut sit ita. quid hinc magnum
accipis. esset forte aliquid fama. si noticia comes esset. ut plerumque
accidit in uiuis. Nunc quid laudari proderit ab hijs qui te si ui
deant. non agnoscant. dic enim queso. Si homerum uideas et achil
lem. si uirgilium et augustum. numquid non ignoti abibunt. cum
tam nota et clara sint nomina. Crede michi spes uite magna
excepte dupliciter uane sunt. quod nec sperata proueniunt nec ut
preueniant afferunt quod promittunt. fere enim plus in spe sunt huma
na omnia. quam in re. In ueritate ergo spes inanes et uana desi
deria contemptis que terrestribus. iam tandem et optare disce
et sperare celestia De gloria ex edificijs sperata. Spes.



x edificijs gloriam spero. R. nesciebam calce et arena
et lignis et lapidibus gloriam queri. ardebam que quod

rebus gestis et uirtutibus quereretur. G. Edificando michi gloriam
paro. R. sed fragilem et caducam. omnia que manu hominum facta
sunt. uel manu hominum euertuntur. uel stando. uel durando deficiunt
al' longe Habet enim manus ualde preualidas. longa dies cunctis uiris opibus
nullum senio resistit. ruentibus ergo super quibus hec tua gloria
fundata est. ipsam quoque corruere est necesse. si forte non credis. respice
ad antiqua que ignota tibi quidem esse non possunt. Ubi est nunc
troyanum illud Ilion superbum. ubi byrsa cartaginis. ubi turris
et menia babilonis. beluarum nunc habitacio et serpentium. de babilone
loquor antiqua. altera nempe propinquior atque recencior ad huc stat
cito itidem casura si certis uiri. Ubi sunt deinque septem illa opera
grecis scriptoribus celebrata. atque ut ad propinquiora ueniamus. ubi
est queso illa neronis domus aurea. que quantum fatigauerit archi
tectos cogita. etiam lectores nunc fatigat. que quidem domus
una cum alijs edificandi furoribus quibus omnes excessit. ad
inopiam illum compulit et rapinas. Ubi sunt therme dyocleciane.
et balneum antonianum et cymbrum marij et septizonium seueri
et eiusdem therme seueriane. denique ut summa rerum attingam. u
bi est Augusti forum et edes martis ultoris. ubi edes tonantis Iouis
in capitolio. et appolinis templum in palacio. ubi eiusdem porticus
ac bibliotheca greca pariter et latina. ubi porticus altera et basi
lica. Gay. luciique nepotum sub nomine dedicata et exstructa et por
ticus tercia liuie coniugis et sororis octauie. theatrumque marcelli. u
bi tot opera per illustres uiros iussu eiusdem principis et hortatu multis
urbis in locis. tanto labore tantis impensis edificata. Marci philippi
edes herculis et musarum. lucij cornificij edes diane. asinij pollionis
atrium libertatis. Munacij plancij edes saturni. theatrum balbi
cornelij. Amphiteatrum statilij thauri. innumerabilia preter hec opera
Marci agrippe. ne ue eam per singulos. Ubi sunt luxuriosa tot prin
cipum palacia. quere in libris inuenies nomina. quere urbem
totam aut nichil inuenies. aut perexigua tantorum operum ue
stigia. tu de tuis quid spes uideris. Certus augustus omnium supre
mus nisi aliud quam edificia reliquisset. Iam pridem omnis eius
gloria corruisset. nec uero solum templa deorum que par erat impios
edificantes ruere. sed pia etiam loca hac ipsa etate in eadem urbe
alia ceciderunt. alia tremuerunt et nunc uix ponderibus suis stant pre
ter unum pantheon agrippe. quod dijs ereptum sancti possident et ma
ria. que antiquissimam illam domum sui nominis uirtute substen
tat. Crede michi alijs quam lapideis fundamentis eget gloria ut
mansura sit. G. Ex edificijs gloriam quero. R. quere illam igitur.

ubi est· nichil umqꝰ inuenies ubi non est· uera quidem gloria nō ē
in membris neqꝫ in saxis· sunt fateor uulgo rerum iudices qui di
cant tribus modis gl'am queri· gerendo magnum aliquid· quod de
te scribant auctores ydonei· uel scribendo aliquid qd' mirentur ⁊
legant posteri· ul' insigne aliqd' opus extruendo ut sit ita· ultimū
tamē hoc omnium ⁊ minimum ⁊ caducum· S· relinquo opa edificiorum
quibus moriens ipē mecum glorior· ⁊ a posteris gl'am spo· Ro·
gl'atus ē augustus ipē de quo dixi· qd' urbem marmoream reli
querit· quam latericiam accepisset· que tamē gl'a· nisi aliis rebus
adiuta eēt quoniam fuit peritura ɔspicimus· proinde cum me
lioribus curis morere· stabiles qꝫ spes amplectere· Ista ⁊ enim qbꝫ
fidis· ⁊ nullius pretii sunt· ⁊ te illico ɔsequentur· imqꝫ ipsam unde sup
ta terram reuertentur· S· edificaui domos unde laudem spo· Ro·
laudabunt forsitan qui illas inhitabunt· breuis laus ⁊ angusta
qui post uenient· ul' illas non inuenient· ul' a paganis ut uulgo
dicitur st'as dicent· tuum nomen ignotum erit De sperata gl'a ex con
Spero gl'am ex ɔiunctu· Ro· Re iunctu· spes·
fert multum quibus ɔiungas· sunt quidam
utinamqꝫ non plurimi· quorum ɔu'satio sit infa
mis· S· scio nisi bonis artibus· aut bonorum ɔ
tubernio gl'am non queri· ego hoc ultimo sub
nixus spero ul' bonorum exemplo bonus fieri· ul'
si nichil aliud· eorum ul' familiaritatem sola
gl'am michi fore· Ro· ē id quidem in adolescēte
precapue· signum optimum· qui nisi bonum
animum hēret· nequaquam iugi bonis optaret· Est enim amicici
arum ac familiaritatum fere omnium cā nexusqꝫ similitudo
quedam· age ergo si quos imitaris equaueris· bene erit si minꝰ
modo qd' inte ē nichil obmiseris· ipā uoluntas bona· laudis et
glorie pmio non carebit· Prima enim ⁊ maxima ps uirtutis ē· bo
num uelle qd' nisi precesserit nō sequetur uirtus· S· familiaritate
bonorum glorior· Ro· laudo id quidem· mō ne te lucri cuiꝰpiam
nec alia spes inducat· eoqꝫ tñ tua pgit intencio ut similis illis fi
as· alioquin qd' ppter gl'am solam fit· ueram gl'am non meretur· S·
ex bonorum ɔiunctu gloriam spo· Ro· spes quidem magna nec imp
ba· quando ⁊ in sciencia ⁊ in eloquencia· ⁊ belli pacis qꝫ artibus ob
seruando ⁊ imitando multi olim illustres· ex ɔiunctu illustriū eua
sere· Illud uide ne aut tibi pro bonis ducibus malos elegeris er
rore aliquo· aut bonorum flebili raritate ⁊ uirtutum huius e
tatis inopia prsus assequi neqas qd' intendis De multiplici spe· S·

Multa spero. R. Multa in spe multa est vanitas. multis quoque fallendi aditus fortune. G. Spero multa. R. Spem multiplicem multa destituunt. qui modicum spatium vite casibus arctavit at qui nichil obstruxit. G. Valitudinem bonam spero. R. Mortalitatis oblivionem. G. Longam vitam. R. Diuturnum carcerem ubi multa feras multa videas que nolis. G. Membra vivacia. R. Vincula tenacia grata tamen unde metuas absolvi. G. Formam corporis elegantem. R. Voluptatum stimulos. G. Amorum prosperos exitus. R. Pudendi materiam dolendique. G. Amice coniventem noctem. R. Breve fedumque nescio quid. G. Peccandi licentiam. R. Infelix gaudium penitentiam longevam. G. Ultionis occasionem R. Aditum sevitie. G. Agile corpus et validum. R. Mancipium contumax ac rebelle. G. Divitias multas. R. Gravem sarcinam ex lappis ac tribulis. G. E diversis equoribus venturas naves. R. Late dispersam sortem inter monstra maris ac scopulos agitatam fluctibus. tractam funibus. pulsam ventis. G. Lucrum de temporis mercibus. R. Escam que te perpetua sollicitudine capiat. lucroque unico in multa crudelium dampna precipitet. mercator novus est fatalis ad credendum expertus multa circumspiciat. G. Honestas filie nuptias filio vero. R. Nulla fere res tam crebro fallit et tam graviter. G. Magnam potentiam. R. Invidiosam miseriam. opulentam inopiam. pauperem superbiam. G. Regnum et imperium. R. Precipicium et procellas et sub stellanti diademate fusam superaliū cor anxium. infelicem vitam. G. Honores fori. R. Pulverem ac strepitum. G. Coniugium et natos. R. Litigium et curas. G. Michi miliciam et uxorem filio. R. Tibi laborem ac dilecto penam. G. Vetule obitum uxoris et coniugem iuniorem. R. Attrito laqueo dissoluti ut novo et valido vinciaris. G. Ingenium linguam litterasque. R. Incudem malleum et massam quibus tibi atque aliis somnum frangas. G. Laudationem funeri. R. Philomenam surdo. G. Auream pirammidem. R. Dominum pictam ceco. G. Gloriam post mortem. R. Lenes auras post naufragium. G. Nomen apud posteros. R. Testimonium ab ignotis. G. Heredem meum. R. Patrimonio amicum tuo et tibi in reddeas.

Animi pacem spero. R. De pace animi sperata. G. pes.

Quid sperare mavis quam habere pacem hanc mox ut bona fide velle ceperis invenies. G. Spero pacem animi R. Pacem sperare bellantis est. quis animo tuo bellum infert nisi unus tu. quod ipse tibi abstuleris impu

dente ab altero postules aut speres. G. spero animi pacem. R. unde
precor. aut quando speres. quod ipse tibi nunc potes dare. sic ut illam ti
bi nemo alius quam tu possis eripere. pone arma cupiditatum atque
irarum. plenam animo quesieris pacem. G. spero pacem et quietem a
R. quid ergo quod agis adversum paci est. contraque tuam spem tan
topere niteris. vix tantum deberent niti hostes. ut salui essent quan
tum nituntur ut pereant. plurimis pene bellum iuge animi labor
que eminentur. quia emenda pax esset ac requies. sic pugnant spes
mortalium ac vota cum studiis ut non unius hominis animum pec
tus sed multorum eorumque de omnibus dissidentium videatur. G.
quietem spero. R. mirum unde vobis hec libido sperandi semper. o
mortale genus siquidem quod spatiis adepti estis. rursus spem in longin
qua terminum extenditis. et inde rursus alio. ita ne crastinus dies hodie
rno clarior. et meliora semper futura presentibus. Sunt nempe qui
bus nil sit gratius quam sperare qui spem ipsam speratarum rerum
nullis eventibus permutatam velint. quibus ego quid optaverim
nisi ut procrastinantes omnia bonis que suis interim spoliantes
inter irritas spes senescant. quo vel sic intelligant inaniter se spe
rasse et in tergum versi videant. frustra se alibi quesiuisse quod secum
erat. G. spero pacem requiemque animi. R. magna pars rerum humanarum
umbra est. magna pars mortalium vento pascitur et in somniis
gaudet. O quam multi cum hac spe ad eternos labores ac bella des
cendunt

De spe vite eterne spes spes spes S P E

Spero vitam eternam. R. nulla maior. nulla pul
crior. nulla sanctior spes. modo non ceca preceps
ve sit. Sunt enim qui semper male agendo bonum
sperent. quo nichil stultius. G. eternam vitam spero
R. ea est virtutum consanguinitas atque connexio si
cut a philosophis disputatum est. ut necesse sit. eum qui
unam habet. omnes habere virtutes. an illud est conse
quens. una carentem cunctis carere virtutibus
quod si de moralibus verum est Quid de theolo
gicis opinemur. Itaque si spem habes. caritatem simul habeas. oportet
ac fidem. si qua harum desit. non iam spes illa sed presumptio incon
sulta est. G. vitam eternam spero. R. rem bonam. ymmo optimam
speras. illud vide. ut quod bonum agis. agas bene. Sunt et qui bona
male agant. nec minus infallibilis extimator qualiter. quam
quid fiat aspiciat. nec minus adverbia quam verba librat ac no
mina. G. spero vitam eternam. R. non celestis tantum sed terrestri eo do
mini de se sperari amant sed a quibus. profecto ab hijs quibus se

caros ac dilectos sciunt. aut qui si quando forsitan odiosi fuerint ac rebelles. redire in gratiam optantes. ad misericordiam confugerunt. G. uitam eternam spero. R. uitam temporalem corrige hac ad illam pergitur. G. spero uitam eternam. R. una omnium spes est. que si rite illam conceperis et felicem te faciet et iam faciat. G. eternam uitam spero. R. primum est ut misericordiam dehinc uitam speres utramque sobrie ac modeste. G. spero eternam uitam. R. O felix nisi te spes ista fefellerit etc.

De remediis utriusque fortune liber primus explicit feliciter

Incipit Rubrica libri primi huius voluminis. Gaudium et Spes

De remediis utriusque fortune Rubrice et Capitula primi libri expliciunt etc.

De remediis utriusque fortune Rubrice et Capitula secundi libri incipiunt.

Prologus

De remediis utriusque fortune libri secundi Rubrice expliciunt


x omnibus que uel michi lecta placue
rint. uel audita nichil pene uel insedit al
tius. uel tenacius inhesit. uel crebrius ad
memoriam redit. quam illud heracliti.
omnia secundum litem fieri. Sic est enim
et sic esse prope modum uniuersa testantur.
Rapido stelle obuiant firmamento Con
traria in inuicem elementa confligunt. Ter
re tremunt. Maria fluctuant Aer qua
titur. Crepant flamme. Bellum inmor
tale gerunt uenti Tempora temporibus
concertant. secum singula nobiscum
omnia. Ver humidum. Estas arida.
Mollis autumnus. hyemps hispida. et que uicissitudo dicitur pugna
est. Hec ipsa igitur quibus insistimus. quibus circumfouemur. et
uiuimus. que tot illecebris blandiuntur. quasi irasci ceperint.
sint horrenda. indicant terremotus et concitatissimi turbines. Indi
cant naufragia. atque incendia. seu celo seu terris seuientia Quis
insultus grandinis. que nam illa uis ymbrium. qui fremitus et
tonitrui. qui fulminis impetus. que rabies procellarum. qui
fremor. qui mugitus pelagi. Qui torrentium fragor. Qui flumi
num excursus Qui nubium cursus et recursus et concursus Mare
ipsum preter apertam ac rapidam uim uentorum atque abditos et
fluctuum tumores incertis uiabus alternantes. certos statu
tos que fluxus atque refluxus habet. tum multis in locis. tum conspec
tius in occasu. que res dum manifesti motus latens causa
queritur. non minorem phylosophorum in scolis quam fluctuum ipso
in pelago litem mouit Quid quod nullum animal bellis uacat. Pi
sces. fere uolucres. serpentes. homines. una species aliam ex
agitat. nulli omnium quies data. leo lupum. lupus canem Canis
leporem insequitur Est et canum stirps audentior. non lupis
modo resistere. Sed leones. pardos. apros. ursos. insectari soli
ta atque aggredi Quorundam uero tam generosa ferocia et tam
nobilis fertur elatio. ut ursos. aprosque fastidiant Inque solos e
lephantes. aut leones. dignentur irruere. qualem unum A
lexandro regi missum. contemptuque tali mali cognito contemp
tum ceciditque missum legimus missumque inde alterum probatu
que quam decuit. dilectumque regi unice atque in delicijs habitum

nam ipsius canis erga hominem cui fertur amicissimus quanta sit
caritas. nisi quam celat spes tibi. preter morsus ac latratus im-
placabiles. non tantum Actheonis fabula sed discerptus vere pro-
bat Euripides. Vulpina fallacia. una quidem ex multis audita
est. piscatores cum ad urbes piscem deferrent. quod estate libenter
noctu faciunt. aliquando vulpeculam ceu exanimem. calle medio trans-
versam habuisse. quam arreptam decoriaturi ex commodo cum
super sarcinam proiecissent. illam ubi se piscibus affatim implesset
subito prosiluisse mirantibusque illis atque indignantibus effugisse.
Iam qui oro alii vulpium doli. qui luporum ululatus. quod mur-
mur ad caulas. que corvorum milvorumque circa columbarum domos
ac pullorum nidos vigilancia. quod inter se ut perhibent naturale atque eter-
num odium. alter alterius invadit nidum. effractisque ovis spem
prolis interimit. Nam cuculo non unus quidem. alterque est hostis
omnes fere aviculae illi insultant profugo semper et querulo. quarum
preterea et quales mustelarum contra aspides insidie. quod circa diuitiam
thalamos acumen fibrum. quenam ex diverso cuiusque pro se suo in ge-
nere excubie. quanta quoque quamque vigil repugnancia est. quis venatorum
quis ve aucupum artes ac laqueos. quis piscatorum hamos ac re-
cia horumque omnium labores vigiliasque explicet. aut hec contra ferarum
avium piscium ingenia. Que cuncta quid sunt aliud quam litium
instrumenta. Age quinam asillorum culicum vesparumque hiis contra
cum pestibus. que boum prelia. qui furores. nec maior canum
equorumque. aut reliquorum quadrupedum. pax quies ve. que mu-
scarum estiva tedia. que nimium quas muscas albas luto dicit
hiberne molestie. que murium penis inquietudo. que pulicum
prior obsidio. que culicum lis diuturna. Que anguium ranarum-
que cum ciconiis. que pigmeorum bella cum gruibus quas inter ari-
maspos et griphes pugnas excitat auri sitis ut quorum maior im-
probitas haud facile iudicem. nisi quod illi rapinam hii custodiam
moliuntur. illos avaricia stimulat. hos natura. Idem in custodie
studium et prede. distantissime mundi tractu apud indos in veio
illic quoque suum aurum contra parem gentis avariciam. formicis
quibusdam incredibili mole et mira feritate tuentibus. Basiliscus
angues reliquos sibilo terret. at adventu fugat. visu perimit.
Elephantem draco spiris implicat seu perosus. est enim incertum
unde non nullis animantibus inter se natum odium. seu estate al-
gidum siciens cruorem. quod et quidam tradidere et pugne exitus

aut regno. sed suapte alia quadam maiestate memorabile. Ventidius
bassus esculanus matre humili patre ignoto capta patria iam pubes
in triumpho gnei pompei strabonis qui pompei magni genitor fuit
inter captivos alios ductus. Idem postea variante fortuna dux po
puli romani contra parthorum regem et antiqua potentia et recenti vic
toria insolentem felicissimo pugnavit eventu et filio regis interfecto
cesisque hostium legionibus. quod ad eum diem nulli romanorum
ducum fata permiserant. insignem illam romanorum hostium stragem et
crassorum mortem magnificentissime ultus. ipsum in quo victus ali
enos currus ornaverat. ac carcerem victus intraverat victor ac
triumphans. capitolium proprijs curribus honestavit et romanum
carcerem ac captivorum hostium implevit. et quo gratius spectaculum
esset. mirabiliorque victoria. eodem ipso die parta erat. revolutis an
nis quo clades illa terribilis apud carras accepta fuerat. Quis am
biciosus adeo. tamque avidus regni est. ut non hanc gloriam sine re
gno. quam ingloriuum regnum malit. et quid oro nocuit ventidio ad felici
tatem et ad summum decus. quod humiliter natus esset. et prima etate fortuna
humili usus ac misera. Certe virum exuli despectum roma susceperit et
clarus suorum civium nominibus illud peregrini fuscum nomen inseruit.
Nec sunt ad ascensum scale huius virtutum gradus. quibus non ad gloriam
modo alacriterque fortunam. merendo. sperando. vigilando. sed ad celum us
que pervenias. prude et tu natus humiliter. ut ascendas enitere. primum
et ultimum virtutis in vestigio pedem figens. nec declinans alicubi. nec
subsistens. G. humile principium fuit. R. illud preterijt. que sequun
tur cogita. nec me latet ut primus et ultimus vite dies quibusdam
visi sunt. humane condicionis statum maxime moderari sive ut ipsi dicunt
continere. de ultimo nempe consenserim. de primo autem non ita. et si enim
ut ipsi volunt plurimum intersit. quibus auspicijs inchoetur. et si am
bis senaerit satiricus. ubi de ipso loquitur ventidio. ita scripserit
discat enim que sidera te excipiant. modo primos incipientem edere
vagitus. et adhuc a matre rubentem nos tamen ista respuimus et hec
auspicia et hanc tantam siderum vim negamus conditori almo si
derum omnia relinquentes. a quo creatum nullum penitus ab hoc virtutis
et felicitatis et glorie calle secludimus. G. humilitas generis multa est.
R. quid tu autem multam ne superbiam esse males. aut quid hunc
tibi nunc de esse sentis. nisi ne fumosis ymaginibus atrium truncisque
statuis. bustisque familie semesis plenum titulis. spectaculo preterevn
tibus. tibi insanie sit. qua invitus de hijs. quos non noveris e
lato supercilio fabuleris. G. ignobilis natus sum. R. ignobilem

non nasci tantum. sed et uiuere. quibusdam felicitas uisa est. An in
tusculano saltem a cicerone positum non legisti. illud potentissimi
regis. Anapestum. qui laudat senem et fortunatum esse dicat. quod
inglorius sit atque ignobilis ad supremum diem peruenturus

De obscura origine dolor.

Origo non tantum
huiuis. sed obscura est. Ratio. uera et summa obscuritas
una est animi illam michi si dempseris. pulcra sunt
omnia. D. male natus sum. Ratio. qui bene uiuit
bene nascitur. bene moritur. atqui male uixerit
bene natus esse non potest. nam quid refert. quam ful
gido tramite celis incesserit. aut quid refert et
unde uenias. si in miseriam et maculam uenis
D. In peccato genitus sum. Ratio. deflet hoc quidem
ille uir maximus et preter quilibet non in pecca
to nascitur. Cauete autem grauiora superaddere. quo
quam ne huius quoque purgatio sua desit. si prima illa deformitas ipso
sepe uite limine. sacris undis abluitur. nunc usque ad animam candor
subit. D. male me parentes genuere. Ratio. quid ad te. quisquis male
genuerit. tu bene genitus fuisti nisi alieno flagicio tuum iungis. D.
fede pudet originis. Ratio. iam quod alieno timescatis non minor et ali
eno simul erubescatis et omnino ubique potius quam in nobis et bona et
mala nostra reponitis. que alibi tamen. quam in nobis esse non possunt
quod nisi pudendum ipse aliquid penitendum ue egeris. quod tuum
crimen. aut quis pudor. ipsi tibi dicis. Ratio. tu modo ne paternum dedecoris
hereditatem adeas caue. atque illi dissimulamus hac in parte fieri stu
de. qui te ignarum genuit. in uito tibi suas maculas impressisse non
potuit. unde sit et ex te prodeat nunc est. unde obscurus aut clarus fias
D. inhonestis parentibus uilui enim uenit. Ratio. omnis parens honestus
filio uideri debet. si non ut uerendus. sic sequendus. omnis filio parens est
ubi desinisse consilium sit. erra igitur in diuisum abi. si uerus est parens
deseri nolet. sequi non suum in eternam amari optabit unius hic in
uentus est modus. quo parentum nomen premere et calcare. glosium
filijs ac decorum sit inuento. aliter. castius. sed ac sanctius de paren
tibus inhonestis lingua filij taceat. dissimilitudo uite morum ac
tuum non taceat. pulcra laus filij. cui a tergo dicatur. o quantum se
ne suo modestior adolescens. quoque nulla grauior senibus nota lasci
uie quam ad nota illi predicata iuuenilis equidem si parentum glo
ria filijs male uiuentibus honerosa est. quanto fasce uerecundie filiorum
laus. patrum male uiuentium premit infamiam. D. dampnata dec

uenere procreatus sum. Ro. atqui malle debes impudica patris honesti
filius esse et dici. quam honeste impudicus. In omni enim seu uituperacione
seu laude illa precipue extimanda sunt. que cuiusque sunt propria de alieno
nemo iuste reprehenditur. seu laudatur. et si ut dixi. uerum quicquid
id est conspectus fiat suo iudicio ad motum ceterorum ut cuiusque propria laus
aut infamia est sic laudis aut infamie causa propria sit oportet. Neque
uero ut unius gladio alter perit. utque unius flammis res alterius
uritur. sic unius culpa etiam fama perit alterius. eo quod animi bona soli
diora sunt quam corporis aut fortune. ut in uno nequeant possessore
uiolari. D. contra fas. contra leges genitus sum. Ro. nil tu contra leges. sed
parentes tui egerunt. tu secundum leges age omnia. In hoc quidem nullum
penitus tuum crimen fuit. De ortu tuo alii. tu de moribus tuis redd
es. et quamuis odio uage libidinis. in inmerentes filios. ultio le
gum cuiuslibet extendatur. deus tamen quemque suis finibus metitur.
ne filii iniquitatem patri imputat nec filio patris. [illegible]psam quoque philosophiam
iudicare aliter solitam quam leges. ab ipsis philosophis accepisti. legibus er
go oppressus. diuino simul ac philosophico iudicio releuatus. habes unde a
nimum soleris. neque enim tibi ut priuati patrimonii. sic publice uir
tutis hereditas interdicta est. illa enim institutis hominum. hec meritis
datur. et antequam nascereris. ut nil glorie. sic presto nichil infamie me
ruisti. D. origo illicita et mesta est. Ro. quid de incestu. quid ue de ad
ulterio nasci queat. indicio sunt. Romulus et Alades. Perses mace
done. Iugurta numidie rex fuit. utque legittimis fratribus regno exclu
sis. malo quidem more. pessimisque artibus. sed exclusis tamen. Alex
ander macedo philippi dictus. cuius uero sic creditus. audisti dei
que philippum extremo uite Alexandrum non suum filium predicare so
litum. idque sibi ultro confessam Olimpiadem. atque ob hanc ob causam
repudio dimissam. scriptores rerum prodidere Constantinus ipse ex
concubina genitus. licet insignem prelegittimis fratribus ad imperium ue
nit. Adderem hic Arturum regem. nisi quod historiis miscere fabulas
nichil est aliud. quam mendacio. ueri fidem minuere. Ad summam
uero non est. quod te deiciat origo. undecumque oriens uirtus extulerit
satis est glorie. D. male natus sum. Ro. bene uiue bene morere. qualiter
natus esses. nec tuum est. nec meminisse quidem potes. nec magni
opere inquiras. quod ad te non pertinet. nisi forte ut humilior uiua
ciorque. non ut mestior sis. D. turpiter natus sum. Ro. morum can
dor et claritas uite. non maculas modo. sed memoriam omnem fede
originis delebunt. hoc remedium dum licet arripere. aliud michi
certe nullum est. D. pudet infamium parentum. Ro. pone hunc pu

torem. unus omnium pater deus. una omnium mater terra.

De seruitute dolor

Seruus in hanc uitam intraui.
Ro. Ne doleas. liber egredieris uelis modo. si
cut multi ex diuerso qui intrarunt liberi serui
exibunt. D. Seruiliter natus sum. Ro. Liberali
ter uiue. meliore tui parte liberum esse nil prohibet.
una est parenti seruitus grauissima sed que preterit
nesciat in uitos. illam excute liber eris. D. Ser
uum fieri uoluit natura. Ro. Potest uelle contra
et si moribus utatur scias quid speres. nosti meo
strum illud. nosti ludos ac prestigia non liber
modo sed domini tui dominus fieri potes. quamquam
quid uelit aut quid nolit. nichil adiciam ne sit inexorabilis quod
interdum est nullum illa tamen in animum ius habet. in omnia autem ad
uersus illam certamine ab illius hoste poscendum auxilium. sepe quod
fortuna seruum liberum uirtus fecit. D. Seruicio premor graui. Ro. Iu
gum qui fert uolens leue efficiat. ostendam tibi leuiorem uniuersi ac
peculium immortale. diuiciis tui quod uis potentis arbitrio exemptum
quod te liberum atque ipso domino ditiorem faciet. Sapientie studio incumbe
illa te in libertatem asseret. dictum Catonis est a Cicerone firmatum
Solus sapiens liber est. ea scilicet libertate. qua certior nulla est. D. Sub du
rissimis dominis uitam traho. Ro. Nulla re melius quam fide et obse
quio mollientur et fortassis adeo. ut quod multis accidit. unde ti
bi uentura sit libertas. unde te seruum luges. forsan et aliunde. hunc
siquidem temporalis dominus liberat. hunc eternus. Scis quanto periculo mal
chus minas herodis persequentis euaserit. sed euasit tamen. interim de
domino sic cogita. hic te nutrit. curamque omnem in se transtulit.
cum libertate solicitudinem amisisse. quid nisi utile dampnum
uocas. multis serua libertas. multis est libera seruitus. non tam gra
ue iugum hominum quam curarum est. quibus hec excusserit. illud ferat e
quanimis. huic tu seruus. huic uni es deditus. uno hic tibi. hic
tuus est dominus. primo parator tuus. non habebis honores. equidem nec
labores publicos. non simulatum studiis. non forensibus procellis
et consiliorum uolubilitate rotaberis. non nauigii tarditas. non agri steri
litas. aut annone caritas te torquebit. has molestias domino tuo
linquens. sepe illo dormies uigilante. D. Difficilis et impiosus est
dominus. Ro. Non sine causa illi in sortem obuenisse te in animo tuo pone
Quicquid igitur iniustum iubet. deum ipsum iubere a credito sin iniustum
aliquid. maioris domini meminisse conueniet. qui ut te ad honesta quod

nis difficilia seruum patitur. sic ad inhonesta uult liberum. Sic in
telligo. qđ gloriosorum terre uereq; fidei principum. alter seruos
dnis carnalibus obedire p omnia. Alter uero subditos ēē in oī ti
more dnis ꝑcepit. illud adiciens ut hec non tantum bonis ⁊ mo
destis exhibeant ꝫ etiam discolis. neq; enim de dno iudicare ser
uum decet. ꝫ mores eius quales cumq; pferre. quo enim in mi
tior dnis. eo clarior paciencia serui ē ⁊ hec gra ē. cuius apud horuz
alterz fit mencio. nec tamē ut mores pati. sic ⁊ impia exequi semp
oportet. sunt enim que iustissime recusentur. si impio dni superioris ⁊
ad usa sunt. cui si conferatur tuus hic dns. non dns ꝫ conseruus hebit᷑
Sic ergo p oīa dnis obediant serui. si iusta preceperint. non difficul
tas retrahat. non labor. non obsequio. ul' negata pma. ul' quod ē
in rebus amarissimuz irrogata supplicia. in oībus obediant. mō
iniusticia. atq; inhonestas abfuerit. alioquin contumacia ⁊ libertas
atq; ipsum pectus ⁊ iugulus. iniquis pceptis ac turpibus opponen
dus est. seruandum memoriter. qđ primissor alter ait. qui cum suos
obedire p oīa dnis precepisset. addidit. non ad oculum seruientes
quasi ad hominibus placentes. ꝫ in simplicitate cordis timētes deū
alias dnm. Ex hys intes. status tui condicio quenam sit. non tot'
ē seruus. qui ad indigna impia cogi nequit. D. superbo dno seruio.
Ro. quid scis. an ille superiori suo dno seruiat. forsan uxori. forsā
meretricule. forsan hys ipis quibus ipat. quot suorum suorum
seruos. undiq; cernimus. postremo que durissima ē oīum seruitus
forsan ⁊ ipse sibi. hec ē maijs ⁊ passionibus ac uiolentis affectibus
suis seruit. Quid ms dicam. pauci in ueritate sunt liberi ⁊ si qui
sunt. eo illis laboriosior ē uita quo clarior. multo enim cicius mi
tonq; facilius fidelis serui quam iusti regis iplentur officia. Diocle
ani iam priuati ⁊ deptito iudicantis ⁊ experiencia edocti dictū me
morabile ē. Nichil difficilius quam bn̄ impare. ppt qđ uideri pōt
ipe quidem imperium dimisisse. Tu igitur sortem tuam letus am
plectere. hiscam fateor. atq; humilem ꝫ facilem ac tranquillam. nisi
forte feliciorem reris in spectaculo anhelantem. quam in cubicu
lo quiescentez. D. in seruicium mea me sors impulit. Ro. libens
facito qđ oportet. ē ⁊ illud quoq; notissimum. ac necessitatibus humanis
aptissimuz consilium. Cupias quidamq; nece ē. sic uim ipam necessita
tis eluseris. fer fortune seruicium paciencter. quā quidē sponte eci
am subiere. utq; alios seruicio liberarēt. sibi seruicium delegere
In quibus ē clarissimum paulini nomē nolani psulis. cuius spon
tanee seruitutis. exitus felix ut debuit fuit. cuidam pro se precio

Illud omnibus contingit hic
pauca. D. mortali domino
mortalis seruio R. In
mortali seruire maxime

uendiderunt. ut serui effecti. suos dominos peccati uinculis absolue-
rent. atque ad ueram reducerent libertatem In quibus serapion qui-
dam egiptius heremicola nobilitatus est. hec tibi magis exempla
profuerint. quam lamenta exprimere. et tu tale aliquid. quo uel utilis alteri
uel facilis tibi seruitus tua sit. Non id quidem. quod non habeas optare
sed eo quod habeas bene uti sapientis est. ille tibi et libertatem spondet et
regnum. Epictetus et in hoc statu. nec honestis artibus operam dare non
sperare meliora sit uetitum Et terencius seruus fuit. et didiciat haud ser-
uili quidem ingenio Et comedias scripsit. haud seruili stilo. quo et liber-
tatem. et inter poetarum duces meruit locum Quo ergo uirtutem
solidum animi bonum seruitus impediret. que nec aduenticia studia nec e-
ternam gloriam impedire potest Plato ipse in seruitutem delatus. tamen ut scrip-
tum est quia philosophus maior emente se fuit. gloriosa professio que maiorem
domino seruum facit. et est haud dubie seruus eruditus eo maior indocto
domino. quo fortuna qualibet maior est animus. et in libero corpore seruia mens
habitat. et in seruo libera obstare seruitus potest foris actibus non animo cum
a seruum respuit. at non uirtus non iusticia. non fides Titon acero-
nis seruus fuit. sed hys artibus libertatem adeptus. elegantem
de prinomio uocis librum posteris liquit non potest seruus impera-
tor exercitus. aut senator esse. aut philosophus. aut orator. aut uir bonus potest
aliquando etiam discusso seruicio imperator et rex esse. nec ad regnum modo
et imperium ab hoc gradu peruenisse aliquos nouimus sed ad celum ipsum
non potest seruus militare homini. deo potest. cuiusque milicie stipendium est reg-
re. dei seruus. rex est hominum. socius angelorum. terror demonum
Dei autem seruus. et seruus hominis esse potest. atque ita celesti felicitati ter-
rena seruitus nichil nocet. D. seruus sum. R. si semper seruisti consue-
tudo luctum leuat. si nuper. spera posse te iterum esse quod quondam
non fueras. D. seruus sum. R. si speras mali finem. minuat spes
dolorem. si desperas. paciencia. neque malum malo cumules ne-
que te angas superuacue. sciens uolens que que tocius humane deme-
ncie summa est. sed certe nichil est desperandum. si cuncta defecerint et
mors aderit. que te inuito domino dissoluat ac liberet.

De paupertate et dampno dolor dolor dolor

Paupertatem presentius assurgere nequeo. R. quidem se-
pe paupertas modestiam persuasit relucanti animo
quod que nequicia perbla temptauerat hec impleuit
D. paupertas meum limen obsedit. siue obsidet.
R. non obsidet sed custodit neque hoc illi nouum
atque insolitum. ut que urbem romam multis olim se-

ciulis custodiunt. inter centoria equidem paupertatis sobrie atque in
ste sine solicitate luxus iners. sopor marcidus. ac uita languida et
eneruata non subeunt. D. domum meam paupertas inuasit. Ro. il
li ultro ut occurras osculo uenientem leto animo bipatentibus ual
uis excipiens atque amplectens. prima enim fronte rigidula ac sub
tristis. nec in merito. uiatori ac uiro armato exequata. eo quod celer
mina atque sit aduentus eius. at cum in familiaritatem admissa fuit
et minime sumptuosa et secura ac facilis hospes erit. D. foribus meis
paupertas insultat. Ro. aperi cicius antequam uectes subita in affrigat
atque hostijs uulsis a cardine. uictrix intro uehat. ut enim resistentibus
permolesta. sic cedentibus periocunda est. D. domum meam paupertas irru
pit. Ro. ad risus fures et peioribus furibus uoluptatum pugil excubi
trix. ad risus uulgi morsus et insulsa iudicia. atque auaricie seu prodi
galitatis infamiam. que raro alibi quam locupletium sedet in limine.
ab hijs malis nullo melius ingenio custodiri potuit domus tua
quam illam custodiat paupertas. ut diues et si largus sit. si quid tamen
sibi reseruat. auarus uulgo dici solet. sic pauper cupidus. quamquam largus
habetur. in uidet opibus inuidia. pauperiem miseratur. illas cupit ac
incupat. hanc horret et laudat. D. domum meam occupat paupertas.
Ro. iam nullus ibi superbie locus erit. nec in uidie. nec damprius
insignibus. nec damprior metu. nec suspicionibus mille. nec insidi
js. nec nausee. nec podagre diuitum hospitibus. quibus exclusis habi
tatura tecum locus quies et tranquillitas et uirtus. cui eo plus loci erit
quo fortune minus. D. lares meos dura subijt paupertas. Ro. quod
quamuis sit. mollius diuicie subijssent. sed paupertas tutius. nulle opes
sunt. quibus non sit anteponenda securitas. Cum ad felicitatem cuncta
omnia quecumque agunt cupiunt. ne homines disponantur. esse illa sine opi
bus quidem potest. sine securitate non potest. D. paupertate diu premor importuna. Ro. ut nichil importabile diu fertur. sic nichil breue est difficile. sed
hec dicas grauia. excute autem illam cum diuicijs. an plus animo tribuis
quam uirtuti. an et hec in patroris storcas non legisti. quod solus sapiens di
ues est. an legisti forsitan sed spreuisti. quod plerique faciunt. legentes ut
fabulentur ornacius. non ut melius uiuant. nichil ad honestatem
omnia ad sciam atque eloquenciam referentes. quo nichil est uanius. D. o
pes cunctas trux fortuna preripuit. Ro. non tibi fecit iniuriam. suum
tulit. sed uetus et nota hec ingratitudo est. dati immemores meminisse
ablati. itaque rare ac tepentes gratie. crebre ac feruide sunt querele. D.
fortuna ferox uite quoque necessaria subtrahit. Ro. necessaria subtrahere potest neco. quod
quidem uere necessarium est. nichil dico sine quo bene uiuitur. dico autem

bene non voluptuose. non insolenter. non splendide. sed prudenter. sed
sobrie. sed honeste. in quibus nullum sibi ius esse. quamuis insolens fortuna
fatebitur. et certe cum nec toto quod est usquam auro. neque omni gemarum pom
pa. atque omnigenum rerum copia. cupiditas expleatur. paucas ad modum
et si desint leui lingue vel manus artificio compandis. tollitur aut le
nitur necessitas naturalis. sic uirtuti modicum uictui nil sufficiat. D. uictum
uestitumque necessarium auara sors negat. R. aliunde petendum. uirtus
liberalior quam fortuna est. nichil negat nisi quod et promissum noceat. et ne
gatum prosit. nichil eripit. quod nisi habuisse dampnosum. amisisse
Nota; utile sit. non differt. non improperat. non retrahit manum. non rugat
frontem. non attollit supercilium. nullum despicat. nullum destituit. nullum
fallit. non seuit. non irascitur. non mutatur. una semper et ubique est. ni
si quod magis. magisque degustata dulcior in dies. et propius conspecta
fit pulcrior. Ut sis igitur uerus diues. ab hac posce. non te fastidi
et nec repellet. quamuis exceat. difficiles habet aditus primos. cetera
prona iocunda facilia. semel ubi ad illam perueneris non senties paup
tatem. D. spoliauit me bonis meis omnibus fortuna. R. fallit te o
pinio malum commune mortalium. nam profecto non bonis. et ut bona permise
rim. non tuis. sed que tua forsitan. uulgi more crediderats. minorique
si nondum intellis aliena. D. fortuna me nudum liquit atque ino
pem. R. uirtus te uestiet. in respius ac ditabit. ni forte plus aurum
et purpuram. quam decorum gloriose mentis habitum facis. quod si faceres tunc
uere. inopem imo nudum te dicerem. D. contra fortune impetum in opie que
molestias. nullo satis artificio tutus sum. R. quid miraris. arti
ficium tuum omne et arma. quibus te tueri cogitas in manibus hostis
sunt. illa capulum tenet. in te cuspis obuersa est. Si consilium queris
his obmissis querere age aliud. artibusque illis animum applica. in
quibus fortuna ius non habet. non diuitias uirtus. sed diuitie uirtute que
runtur. uirtus una contra fortunam omnem. Atque pauperiem ars optima
Istoria
ar. st. ...
legisti ut ad litus rhodium naufragio eiectus. aristippus et ipse
nudus. in ope que rerum omnium. quas dare potest fortuna uel aufer
re. dum locorum nouitate captus ut fit. oculosque circumferens. for
te illos in quasdam descriptiones geometricas defixisset. exclamans
consolatus est comites. et bono animo esse iussit. neque enim desertis locis
applicuisse cerneret se hominum uestigia. unde optimum inito progressu
ad gignasium uicinum recto calle contendit. atque ibi phisicas disputacio
nibus ad miracionem primo. dehinc amicicias optimatum et mune
ra meruit. quibus non tantum sibi sed socijs uictum ac uestitum et professionum ne
cessaria ministraret. cumque digressuri quererent. quid ille nunciari

domi vellet. hoc unum iussit nunciarent eas opes filiis parandas
que naufragio non perirent. quas nec maritima nec urbana nec
bellica tempestas eriperet procellare. D. iterum atque iterum inops sum. Ro.
primum te expeditum secundum planum et plane inopem faciat
ac miserum. sed ut Aristippi consilium. sic et Theofrasti dictum te legisse
arbitror. Quid vero lectio sola profuit et meminisse oportet et in usus
tuos lecta convertere. D. domo familia necessariis atque ornamentis omnibus
spoliatus. quid agam. quo me vertam. Ro. ad eas opes quibus spo
liari nequeas. que te undique comitatum. divitem et ornatum
prestent et quoniam ut video excitanda memoria est Theofrasti quod
memorabam dictum. ad hunc se habet modum. doctum ex omnibus solum
neque in alienis peregrinum. neque amissis familiaribus et necessariis inopem
amicorum. sed in omni civitate esse civem. difficiles quoque fortune sine
timore posse despicere casus. at qui non doctrinarum sed felicitatis pre
sidiis putaret se esse vallatum. labidis itineribus vadentem. non
stabili sed infirma conflictari vita. D. patrimonium opimum habui. perdi
di quid consilii capiam. Ro. primum patrimonium duplex. alterum
ex rebus pereuntibus. quod fortuna moderatur. ex virtutibus ac doctri
nis alterum. quod extra fortune regimen. parvi in tuto positum ledi ne
quit. hoc est illud quod in primis amantissimi patres filiis tradunt quod
nisi repudietur. illos usque in finem et post finem viteque exitum exor
net possessoribus suis non equevum modo sed vivacius multoque
prestantius. idque attendens illa nobilis morum et eloquentie et legum pa
rens. atheniensium civitas. cum ceterarum omnium leges urbium indi
stincte filios ad prestanda parentibus alimenta compellerent. eos solos
statuit ali oportere qui filios instruxissent. quod hii soli patrimonium
certum suis ac stabile relicturi essent. D. multa michi ad vitam de
sunt. Ro. an pauca sufficiant quorum desunt multa non video. sed de esse
vite dicitis. quod avaricie dicendum est. ita fit ut non multa tamen sed omnia
vobis desint et que habetis et que cupitis. quod illa tangere non au
detis et hec assequi non valetis utrobique par. vel miseria vel egestas
D. nimium pauper dego. Ro. solare animum comitibus magnis et il
lustribus. Valerius publicola unus e romane libertatis auctori
bus. Menenius agrippa romane sequester pacis. unde sepelirentur
quia de proprio non erat. de publico habuere. Paulus emilius. macedo
num regum victor. finitorque regni famosissimi et antiqui. tam
dives glorie tam pecunie inops fuit ut nisi agello. tanti viri ven
dito. restitui coniugi dos non posset. Atilius regulus. Gneus scipi
o. Quintius cincinatus romani imperii defensores. tanta rei fa

exempla

liaris in opia fuerunt. ut primus in affrica maximas res gerens
Secundus in hispania. ille propter nullam mortem. hic propter filie dotem mis
sionem a senatu petere cogerentur. et obtinuissent. nisi senatus
rei publice consulens. optimorum civium succurrisset inopie. Quin
cio autem quaterna agri iugera aranti. senatus et populi consulatu rebus
in extremis. summum imperium deferretur. Hys accedunt Curius cor
tulo dives Et fabricius paruo potens. qui oblatis contempsere di
vicias et nichil preter ferrum dextrasque et animum habentes. ditissimum
grecie regem. ac potentissimum populum ytalie tremuere. auro ipsi e
que ac ferro inexpugnabiles et invicti Et loquimur cives. cum et
ipse populus romanus. omnis eximie fons atque exemplar hystorie et
tam diu bonus fuit ut dicere cepam. quam diu pauper fuit. at ubi
divitibus prius quam Nero obitus. opes suas metiri ac dinumerare
non poterat. At varius heliogobalus. effeminatissimus turpis
simusque hominum. ac supremus vite pudor imperii. venientis hominis
dictu fedum et auditu. sed pro feda cupiditate mortalium forsitan non
silendum. non nisi auro excipi dignabatur. tum non superiorum mor
talium victor cenas. sed deorum sacra fictilibus agi solere meminisset
urbs misera. ad tam turpes manus fatis sic lapsa volventibus. Sed
o aurum avaricie votum ingens. hostes ultima et laborum terminus
humanorum in quos usus. oculorum stupor ac mentium vertebaris
laudarem forsan. aut certe non arguerem. quod errori hominum tam ob
sceno. nulla apcior esset invisio. si ab homine sane mentis hoc fieret. Nunc pre
claras optandasque divicias quis negare audeat. que se ferro ac
scelere peti velunt. dum sic spirte optimis. sic pessimis affluunt. D.
Pauperem in laribus vitam duco. Ro. cleantes hauriende aque et riga
dis oleribus Plautus arpinas. mole manuarie locare operas. inge
inopia coactus est. quantus ille philosophus. hic poeta similisque. quia pauper ille
ortulanus. hic pistor. reliquias temporum necessarie debitas quieti et
tanta animus erat. philosophie ille vigiliis dedicans. hic scribendis quas
venderet comedijs. Lactancius formianus vir doctrine multiplicis et
rarique inter suos eloquij. filij quoque summi principis magister inde
summa rerum omnium eadem omnium egestate vitam egit. Paupertina
tus est flactus. inops vixit. pacuvius inops statius uterque victus
causa fabulas venditavit. In ops demum aliquam virgilius. donec pre
ter suum morem opes ingenio accessere. multa sunt talia quolibet
hominum in statu Et obmitto illos. quoniam nimis multi sunt. qui ce
lestium opum desiderio non inopiam modo. sed famem et sitim. nudita
tem et extrema omnia in terris. non equis tantum sed letis atque exultantibus

animus elegerunt. si hiis quasi exemplis humilibus atque terrestribus
non moveris. ipse celi dominus hic pauper fuit. ut exemplo doceret hanc
inopie viam esse. qua tamen ad veras divicias pergeretur. ipse inquam
per quem reges regnant. pauper natus. pauper vixit. nudus obiit.
cui cuncta interim obsequebantur elementa. tu homuncio domini
tui sortem fers moleste. nec inepte pudet insolencie. certe quisquis
illum cogitans. se virtute vallaverit. in ipsa paupertate ditissimus. nul
lius quidem egens rei. opes regias non requiret. D. nulla michi opum co
pia est. Ro. ut animo inopi ac deiecto. nulle sufficiunt opes. sic divitiati at
que erecto nulla non sufficiat paupertas. nempe ille alieno nititur
hic proprio fidit. edificare in alieno iactura est. questus in proprio. D. pau
perrimus sum. Ro. si necessitatibus obsequimus pauper esse numquam potes
si cupiditatibus numquam dives. D. hactenus pauperrimo medicus sum.
Ro. fortuna hominum non stat. et ut summis ex opibus ad inopiam
extremam. sic a paupertate ultima. ad divicias magnas crebro est transi
tus. legisti reor apud quintum curcium historiam. ut abdalonimus
quidam alexandri iussu seu permissu. ex ortulano inopi rex et con
temptu regni maior est habitus quam regno. Certe quod non legisse non po
tes. Et romulus e pastorali tugurio tante urbis conditor. romanorum
primus diadema suscepit. et regum sextus ex humillima. utque alii credi
derunt. e servili fortuna ad ipsius regni culmen ascendit. Nec alexan
dri parvum nec cyri illius inter persarum reges famosissimi opulenciora
primordia. aut alia sunt ferme rudimenta quam romuli. Gaius mari
us qui fuisset et futurus sepe esset rome consul. et antequam honorum gradus
illos attingeret. mercenarius arator primos in arvis vite annos
egerat. et deinde post tot victorias ac triumphos. inter illos suos sep
tem consulatus. preter latebras palustres et carcerem. exiguum quoque men
dicavit panem. Julius cesar futurus mundi dominus et testamento mundi
dominos relicturus. adolescens pauper fuit. tu hec talium comitiva
non potes. aut sperare opes. aut contempnere. D. solito pauperior sum.
Ro. bene habet et solito eris humilior. expedicior. liberior. vacui amant
incedere. qui arduum iter agunt. crebris solicitis opibus simulque
solutus curibus ac furibus. et percaris servus. hiisque quibus solet
habundare divitie. fictis amiciciis sequacibus atque tenacibus para
sitis. totoque illo grege domestico. renunciavi tibi. teque renunciavi
denique si amissas opes cum amissis tedys conferas. lucrum noveris. tace
ut securitatem sileam. humilitatem. sobrietatem. requiem. modesti
am. paupertatis. comites. si nichil boni aliud secum afferret. quam
quod et fallacium gregibus adulantium et servorum tyrannide suptorum

liberat. habunde erat cause ut non ferenda modo eēt. sʒ optanda ꝑ
mo et arcessenda paupies. sʒ iam satis sit. maior enim quam pro re
querela ē. quam mirarer nisi olim ferme in oībus notassem
nullū frequentius. nullū crebrius lamentum. adeo nichil inter hoīes pau
pertate melius et nichil odiosius. D. pauperior sum in uita. R. eris
ditior in morte. nemo tam pauper uixit. ut moriens nollet ui
xisse pauperior. De tenui uictu. Dolor. Ratio. Dolor. Ratio. Dolor.



Tenuis uictus ē michi. R. et tenuis uoluptas. et
munda sobrietas. an tu gule studio fratrum malles.
D. asper ē uictus. R. equanimius fer gule illecebris
caruisse. cum ad manum sint alie dulciores et quā
faciliores et suauiores. habet et suas uirtus illecebras. Cicero
nis utor uerbo. has gusta et rumina. et cum ceperis
illas magnopere non requires. D. durus ē uictus.
R. durities amica uirtutibus. mollicies uolupta
ti. quot autem magni uiri. ultro se uoluptatibus abdicantes
hunc quē tu refugis uictum elegere. quorum aliqui cum possent laute
uesci. panem et aquam inter delicias habere. an uero uoluptati quemquam
sic obnoxium opinemur. ut nō illam ualde oderit si ad uictum
illi dederis intueri oculis posset sʒ funesta suauitas. uirtutum hostis
acerrima. et titillacio bestialis. quam qui sequitur homo quidem uideri
pōt. uere autem aīal brutum ē. ad hec et familiaritas iuncta cum uiciis
et consuetudo rerum pessima mortalium pstringit obtutum ut di
scerni nequeat. quam decorum sit qd torqueat. fedum quod mul
ceat. D. nimis angustus ē uictus. R. īmo nimis ampla ianua
q capax gule ē. ianuam uisu angustum. re autē ianuam oībus ī aīam
ruentibus uiciis patens iter. hac flama libidinum. hac torpor inge
nii. hac rixarum et iurgiorum feruor ingreditur. hac improba cupi
ditas. oīa pati uolens atqꝫ facere. dum necīa queritis siue creditis q̄
dampnosa sunt. et munimen uite dicatis. qd ruina ē. hac inuidie
faces. et emulacio īplacata. īdignantibꝰ aīs. tam gule aliū obse
q̄ntem. quā uos eē gloriamini. unde laudem spantes inde pudor me
tuendus erat. hac postremo supbia. dum inflatis nec se capientes
uētē aīo suū afficiat tumorem. et psuadet illi eē hoīe aliquid ma
ius. qd ambrosia et nectare pastus sit. uides ut uiciū unum ē oī
bus aditus. neqꝫ hunc si aliter nequit inopie uectibus clausum
cupis. D. paupertas amabilis que continentie tibi sūmis officium
utile ē cogēdo ad id qd facere tua sponte debueras. D. tenuis me
uictus extenuat. R. malles ne igitur tumefieri. hec tenuitas.

ambrosia
Nectar

podagram tuis pellet e finibus. dolorem capitis auferet. cerebrique
vertiginem vomitumque et ructum et nauseam et sudorem. tediumque
et fastidium tui ipsius. pallorem quoque altinum atque ruborem. odorem
quoque et oris et corporis tibi atque aliis importunum. sistet preterea
pedes instabiles. manus tremulas. nutans caput. quodque est op
timum. animum ipsum moderabitur frenabitque Et quid igitur tam
multa corporis atque animi bona. pravo tibi desiderio. ac momentaneo gu
stus incommodo tibi parta conquereris dignus hiis perditis gustum de
servire. D. tenuis victus me fatigat. Ro. contrarius fatigaret. nisi
forte bonis requiem vocas. Num legisti laudationis vite tedia ma
gna esse. ita ut quinque diebus continuis. non possit sine fastidio
tollerari. ab hominibus temperatis et altiora spectantibus quam palatum
et ventrem. D. supra modum victus est tenuis. Ro. fuit etas quando
hic fuisset. et est adhuc gens aliqua ubi esset victus amplissimus
verum mundo in deterius lapso. vos deterrimum omnium esse nutrimi
ni. publice semper principes ruine. ut qui optimi omnium fuistis vi
sis usque quaque vestigiis. sitis omnium pessimi. et in tempore vitiis ac
locorum principium teneatis gradum. D. victus tenuis michi non
placet. Ro. victum tenuem et virtutis et voluptatis amatores
ac proni laudant. tu quam heresim sis amplexus nescio. Pla
to siracusias mensas dampnat. nec ullo modo sibi placere ait bis
in die saturum fieri Epicurus in oleribus suis voluptatem ac
delicias ponit. et hunc quem tu fugis victum rebus ac verbis pro
bat. Denique ut ait cicero. nemo de tenui victu plura dixit. tu du
arum notissimos si verum duces spernis Quid est reliquum. nisi ut
imperium tui erroris et virtutis hostem. nec amicam voluptatis
onerosam sequaris in gluvie. fedum finem. neque tam hominis
quam iumenti. quodque indignanter atque dolenter dixerim Iumenta
multa quidem. sed pro captu suo victu vixerunt. soli vos alancium
dum. mensam vestram et nescitis et frangitis. neque ridiculo est. quod
multi mirantur. quia patrum et avorum memoria. vinee multo pau
ciores erant. homines aut ~~tot~~ totidem aut plures. vina tamen
meliora erant. sic indies crevit ebriorum sitis. D. de lauto victu
ad tenuem sum redactus. Ro. bene habet. quod modestia neglexerit implet
inopia. optimum est sponte agere quod deceat primum vel coacte. De
originali inopia. D.

In paupertate etiam natus sum. Ro. quis non nudus ex utero matris egreditur. nil hic
precipuum habent reges. D. antequam nascerer pauper fui. Ro.
bone memorie es. si meministi delicatissimus sistesisti.

bona que provenit
ex tenui victu.

D. In paupertate sum genitus. R. An tue tibi querimonie parium
sunt. hec non tua quidem. sed parentum fuit. D. in paupertate sum na
tus. R. in paupertate moriturus. similis principio finis manet
nisi forte morientis angoribus mederi aurum censes. quod in
arcule fundo est. D. in paupertate uite michi principium fuit. R. et
medium false sepe diuicie. at principium et finem uera paupertas
tenet. nudum nasci. nudum mori. humana fere condicio est. Nam quid
queso purpureum cubile. quid funeralis lectus aureus. et que
cumque sub ipsum aut post ipsum. uite finem mortalis ambicio me
ditata est. Quid ad febrem. Quid ad mortem. ipsamque de qua lo
quimur morientium nuditatem. an ut equum fallere sic parietes
aurea delectant. mulcere oculos. ista possunt intuencium sensu caren
tibus delectabile aliquid. ut esse potest delectacio autem nulla. D.
nudus. inops natus sum. R. res humanas pene omnis alterna sors
uariat. easdem quasdam equat. quo reliquarum soletur imparitatem
harum prima et maxima est ipsa hec originis ac mortis equalitas. ut
multi ac uarii uiuencium sunt amictus. nuditas una nascen
cium. atque morientium. nisi quod illi multa reperiunt ignari. hii omnia
desinunt scientes. ut exigui dampni sensum deleat ipsa rerum permutacio
lenire cogitacio. D. nudus in hanc miseram uitam ueni. R. id re
colens animequior abibis nudus. De numerose prolis leticia. D.
Numerosa prole pregnatus sum. R. Auro etiam atque o
peribus imbecilles humeri premi patiuntur. nemo tamen que
ritur. sed sic premi gaudet. atqui prima inter uite felici
tatis dona numerantur filii. hiis ne te igitur preg
uatum. et non parum subleuatum dicas. D. multos
habere filios inops sum. R. primo uero filii diuicie tu
e sunt. quo inter diuicias pauper sis uideris. id enim
non nisi auaris et ingratis bonorum suorum accidit. D. filiorum in
turba egestate sordida laboro. R. filii non labor. sed requies sunt
parentum. lenimen laborum. et omnis solacium fortune. si boni sunt. Ali
oquin. non demum sed de moribus est querela. D. filiorum acie co
hartatus sum. R. cur non potius comitatus et uallatus et orna
tus. certe non solum patres. sed matres ornamenta sua filios uocant. non
audisti ut cornelia affricani magni filia. dum potentes mulier
campana. que forte in domum eius hospicium iure diuerterat. mulieb(ri)
ter gloriabunda. sua illi longe preciosissima ostendisset ornamenta
gloriosam uelut ad emulacionem prouocaret. colloquium de industria
protraxit. donec a scolis filii remearent parui tunc pueri. qui ma

ci

gni post fuerunt viri. quibus illa conspectis. versa in hospitam. orna
menta mea inquit hec sunt. preclare quidem. et ut tanti patris decebat
filiam. tu autem ornamenta hec tua vocas impedimenta. D. quis tot
pascet filios. Ro. is qui te a iuventute tua pascit in senium. qui non
solum homines. sed pisces et quadrupedes pascit et volucres. D. quis tot
natorum corpora vestiet. Ro. is qui non tantum animancia. sed agros herbis
ac floribus et frondibus silvas vestit. et quid scimus adhuc forsan
hii filii te non modo pascent ac vestient. sed etiam tuebuntur. ac etiam ho
nestabunt. humanarum rerum ut a voluptate alie incipiunt in la
borem ac dolorem desinunt. sic econtra alie amaro principio incepte
dulci fine clauduntur. qualis est sors vitiosarum fere omnium actionum
que ingressos cruciant. at progressos mulcent. D. pauper cum multis filiis
sum. Ro. miraris quasi fecundam uxorem non legeris paupertatem
diversa sunt opum genera. et varia dona fortune. nulli omnia contingunt
aliis vage merces. aliis rigens tellus exangue. aliis metallum.
nunc tibi divitie obtigerunt filii. an vero boves et pecudes. et asini et
cameli et profuge apes. et columbe. et pulli. et pavones. servi denique et
ancille in divitiis habebuntur. soli filii excluduntur. D. O. quam multi
sunt michi filii. Ro. O. quam plures aliis. quinquaginta fuerunt
priamo. Triginta orodi parthorum regi. Centum quindecim regi
persarum Artaxersi. septingenti autem herotimo regi arabum. quorum
fiducia fines hostium altius agressus in arsibus. Egiptum siriam
que vastavit. et est sane potentie genus quoddam. multos filios habere
scio autem quod darius sis. hii quos numeras magni omnes re
ges fuerunt. michi longe alia sors est. Nunquid vero rex fuit appius
Claudius. profecto nec dives quidem. presertim illo seculo. scilicet quo pro
brum divitie habebantur. et paupertati caritas accesserat. ac senectus
Et tamen de eo scribens cicero. quatuor inquit robustos filios. et
quinque filias. tantam domum. tantas clientelas. appius re
gebat et cecus et senex. neque id mirari est. quod privata bene regeret.
Cum tot obsessus incommodis. ipsam quoque rem publicam guber
naret. humanorum defectuum magna pars in moribus. non in re
bus est. Non erat appio sors regia. sed nec optabatur. sua sorte con
tentus exiguos non lautis sed virtutibus adornabat lares et victu
tenui amplam familiam nutriebat. quodque multi reges mesti hic
faciunt et queruli. letus ille et equanimus faciebat. non enim for
tunam appetitui. sed fortune equaverat appetitum. Non erat appio r
sors Cresi regis. nec darius quidem sui census. sed felicior quedam
alia quamvis angustior sua sors nec ad alienam sortem. sed sicut boni

omnes faciunt ad suam propriam se formabat. ac suos. certe nec ego.
exigo. ut tu forte alia quam tua in tuis utaris. et uite. neque ut cibo
aut amictu regio. tuos pascas. aut uestias. Vestiuntur luculentius re-
gii iuuenes et uestiuntur insignius. sed non uiuunt melius. nec di-
ligentius. nec lecius. et quod constat nec securius. nec honestius. certe nec
sanctius. pre hiis omnibus unum habent quo excellant. Compositius
hoc est sticilaus uiuunt. sed unus cuique uiuendi modus. sua est mensura
nec id eo melior quo maior. unde fit quod in tugurio sepe letos in-
ueas. mestos in regia. non est omnium una capacitas. sed unus est fons
gratie. unus ille cui dicitur. Aperis tu manum tuam. et imples omne
animal benedictione. Quid ad rem uastorum. seu magnitudo. seu par-
uitas. ubi par est omnium plenitudo. sed multa desunt pauperibus. quanto
plura desunt regibus. cum sit illud flacci uerissimum experturque. quod
multa petentibus desunt multa. G. laboriosum negocium multos
filios genuisse. R. quid sub celo michi non laboriosum dabis. pre-
ter unam ut creditur uoluptatem. qua tamen nichil est in fine laborio-
sius. nichil quod tot in animis linquat aculeos. An non legis apud flac-
cum. ut nil sine magno uita labore dedit mortalibus. An non au-
dis. quid poeta alius non ineleganter hac in parte luserit. Cum enim
bona omnia gratis nobis donata esse diuinitus. pii omnes uno
ore fateantur non donata dicat ille. sed uendita et precium statuit
labores. sic enim ait. laboribus uendunt dei nobis omnia bona.
G. molesta est tantorum sollicitudo filiorum. R. an non uides ueras sentencias
illa est. non posse inueniri uitam hominis carentem molestia. nec
minus illa. omnem uitam esse tormentum. quid filii meruere. qui
si desint cure alie subibunt. crede michi quocumque te uertas. quod-
libet fortune gradum accipias. et labores. et molestie. et diffi-
cultates uite aderunt. quid lamentis inanibus opus est. G. filiis
multis premor. R. sic dicas. quasi felicitate de premaris tua. et
uota prima mortalium tibi cumulacius ob uenisse fere gra-
uiter. mirum genus impacientie. G. quid uero faciam tot filia-
bus. quis tot dotes expediet. R. unus est et feminarum deus. et
marium. is et tibi filios pascet et filias utrique illis ingenium et
inuenient artes. sic is suas dotes dabit. Itaque sicut scriptum est. spe-
ra in eo et ipse faciet. quod inde est optimum dotis genus fuerit. sic
filias formare. ut uel absque dote recto iudicio placere ualeant at-
que amari. dotem habuit romanum imperium faustina. et quot ieius
in dotate castiores. eoque feliciores fuerunt. non facit faustum
coniugium dos. sed uirtus. fac si potes. ut clarum non pecunia op

tibilis sit. sed pudor, sed modestia, sed integritas, patientia, fides, humilitas
hijs ornate gemmis filie tue, hoc omnis te auro, hijs monilibus comitate
te limen adeant coniugum non divitum sed proborum, ubi tutior sepe pu
dicicia, vitaque dulcior quam in thalamis atque atrijs regum fuit.

Pecuniam amisi. Ro. Et cum illa ¶ De amissa pecunia dolor
curas multas, periculumque perpetuum. D. Perdidi pecuniam.
Ro. Et laborem custodie et perdendi metum. Sic perdendo pe
cuniam duo bona invenis, quodque prestantius, amisso securi
tatem ac requiem invenisti. D. Pecuniam perdidi. Ro. Bene
si te illa non perdidit, quod multis iam possessoribus suis fecit.
Noxia enim pecunie forma est, venenosus fulgor ac pestifer, ita
que velut serpens squamis aureis placens, mulcendo oculos
animam ferit. Proinde si hunc salvus es, gaude tibi ablatum un
de infici posses, teque illesum inter pericula transivisse letus stupens
que recogita. Sin infectus, extirpatam mali causam sciato, quo facilior
ad salutem redditus sit. D. Amisi aurum atque argentum. Ro. Quod
celesti animo cum terrestribus purgamentis, qui verius perhibent argen
tum atque aurum inter bona non numerant, qui mollius bona
dicunt, sed non animi. Horum quicquid elegeris, sive non bonum
sive non tuum fuit, eque nulla tibi est materia querelarum. Nam ut
omnino bonum dicere velis, quod multi magnique negant viri, non tuum
certe sed fortune bonum vel, ut vulgus dicet. Ita nec tu de tuo aliquid
nec de suo illa quidem perdidit, sed transtulit. D. Amisi pecuniam. Ro.
Ut non amisisses si tua esset, sic si tua non erat amittere nequisti.
Vere autem non tua sed illius erat que secuta est, immo ne illius quidem
sed fortune, ut dixi, que eam cum usum fuit breve ad usum magno
sub fenore mutuat. Disce iam tandem a proprijs aliena secernere. D. Pecu
niam amisi. Ro. Si te adeo tue non cuicumque iacture tibique vel alie
num alienum aliquid demi doles, disce illa conquirere que tua sint
propria atque perpetua, quorum et acquisitio facilior et possessio nobilior cer
ciorque: virtutem si quesieris non amittes. Vos autem sapientie
contemptores, cultores quoque et amatores pecunie facti estis, ob sordium se
iusticiam ini(?) salubribus consilijs ac monitis, que cum quo ... atque
eruditos viros contra hanc pestem humane pectoris in sane dicta sunt.
Audistis satiricum virum protestantem: Nam dives qui fieri vult et cito
vult fieri. Atque hijs dictis addentem: sed que reverentia legum, quis
metus aut pudor est umquam properantis avari. Hanc sententiam hebreorum
sapiens quam paucis absolverat: Qui festinat ditari, inquit, non
erit innocens. Audistis alium ex vestris: Seu satiricus sit ille seu li

nais dicentem Non domus aut fundus non eris acervus et
auri egroto dominum deduxit corpore febres Non animo curas dixerat hoc
extimus sapiens ille brevissime Non proderunt divicie in die ulcio
nis et addiderat quid prodesset iusticia enim inquid liberabit a mor
te cum ergo pecunia quam amissam luges in necessitatibus summis
nec corpori possit opem ferre nec animo mirum cur tantopere vel opta
ri ab omnibus valeat vel amari potius hys atque alys motus orator vester
Nichil est inquid tam angusti animi tamque parvi quam amare divici
as Ac orator ecclesiasticus Avaro inquit nichil est scelestius nichil
est iniquius quam amare pecuniam et quam multorum in hoc unum
consentit ymmo quam nullius dissentit auctoritas sunt ista quidem sibi pla
lent sapientium sentenciis vulgi furor itaque ut nullum iniquius sic
nullum ardencius votum quam pecunie est ut ex qua pendere omnia
que optantur persuasum sit Clamant ab adverso doctissimorum voces
hominum clamat experiencia et veritas clamat veteris et recentis exem
plorum turba magnam pecuniam nulli utilem multis fuisse pesti
feram cum periculo ac labore querendam cum sollicitudine ac pavore ser
vandam cum querelis ac merore perdendam dicant pecunie amatores
quid vel in hys verbis falsi vel in suis opibus boni sit et ut vera sit
extimacio tam laudate rei quid de hoc quisque viderit aut legerit in
tegrum ac sincerum spretis vulgi clamoribus sepositisque fulgoribus
metallorum ad memoriam revocetur Cum vero non omnibus videndi
experiendique sors eadem sit illa saltem subeant que famosis ab auc
toribus scripta nulli usque docto legendi audiendique desunt facultas
Nonne ergo pecuniam peregrinos mores intulisse et molles divicias
turpi luxu secula prius integerrima fregisse nonne ipsas quoque di
vicias avariciam et habundantes voluptates desiderium pluxurie atque
libidinem perimendi perdendique omnia invexisse et septum et re ipsa sepe compertum
est nonne aurum semper egere nonne nocentius ferrum ferroque nocencius
aurum sacraque auri fame nil non mortalia pectora cogis pecunie
que aspectu debilitatos spiritus nonne aurum per medios ire satellites
et perrumpere saxa potencius ictu fulmineo atque hinc pudicicie sibi
ac vite insidias pervenire ymbre aureo Danaes expugnata virgini
tas ac vatis Argolici casus probat avareque sibi coniugis una siquidem
nunc duplicis causa fuit aurum fatale quod bene spretum Argie
Eriphile male optatum male partum illius penates evertit scelerumque
ingencia semina movit nonne opes fallas et caducas neque prestare
posse quod spondeant neque lenire animi sitim sed accendere neque curas fugare
sed accersere neque necessitates tollere sed augere verissimeque et proprie dictum

Crescat amor nummi quantum ipsa pecunia crescat Et illud neminem
pecuniam diuitem facit, imo contra nulli non maiorem sui cupiditatem incussit
Neque illud minus. Crescentem sequitur cura pecuniam maiorumque fames. Atque
illud. Multa petentibus desunt multa. et per multis eos indigere qui
per multa possideant. denique quicquid sit non esse perpetuum nec longeuum
quidem ut quod positum sit in manibus fortune sine intermissione uo-
lubilis milibus subiectum casibus et saltem morte perdendum. Di-
ues enim cum dormierit nichil secum auferet. aperiet oculos suos et
nichil inueniet. neque id ipsum suum nichil in quem uolet transferet. quia
in ymagine pertransit homo. sed et frustra conturbatur. Thezaurizat et igno-
rat cui congregabit ea. hijs ac mille similibus. eternum quamque sonantibus
doctorum uocibus. hominum obstruxit aures. infinita cupiditas. ut
iam frustra diuitibus huius seculi precipiatur non sublime sapere ne-
que sperare in incerto diuitiarum sed in deo uiuo qui prestat nobis omnia habun-
danter ad fruendum. bene agere diuites fieri in operibus bonis. Nam qui
uolunt diuites fieri, harum scilicet que uulgo optantur diuitiarum incidunt
in temptationem et laqueum dyaboli et desideria multa et inutilia et noci-
ua que mergunt homines in interitum et perditionem. Radix enim omnium ma-
lorum est cupiditas. non magis hunc audiunt consultorem quam qui
ait. Nolite sperare in iniquitate et rapinas nolite concupiscere diui-
tie si affluant nolite cor apponere. Neque hunc quam ipsius filium dicen-
tem. Qui confidit in diuitijs suis corruet. neque rursus hijs omnibus
magis illum qui super omnes est cuius doctrina celestis. nisi ab insanis
planeque furentibus contempni nequit qui profecto diuitias et diuitiarum
comites uoluptates atque solicitudines spinas dixit semen uerbi
salubrium suffocantes. dixit hec cuius in ore non est inuentum menda-
cium. imo inquam dixit hec ueritas. uerumtamen putas inueniet fi-
dem in terra nullam prorsus aut raram. quas igitur ille spinas sua-
uitatem unicam atque dulcedinem uocat mundus Et quod ait quidam
gemmas et lapides aurum et inutile summum materiam mali. summi omnes
materiam boni putant. certatimque omnes ut summum bonum preque
omnibus appetunt. Iam in urbium plateis haud yronice proclamatur
O ciues ciues querenda pecunia primum est uirtus post nummos. atque illud
alterius. uende animam lucro mercare atque excute solers omne latus
mundi. sic nondum intellectum dei munus sed magnum pauperies
obprobrium iubet quiduis et facere et pati. uerumque cottidie cernitur quod
ab alio dictum est. ps uilissima rerum. certatimque inconcussis opes. quis enim
queso non hodie scelere insigni primo et occasione proposita fas omne
abrumpit polidorum obtruncat et auro ui potitur. pone fidos fines

Pone unanimes amicos in consilio. in convivio. in corea. dehinc mo
diam inter illos non dicam pomum aureum. sed pomi frustum iaciat
discordia. hijs olim armis uti solita. gladijs seria iocaque finientur
Sicut autem auro nil scelestius queritur. sic ut ad rem redeam. nil
molestius perditur. pecuniam nempe ingens animae iactura contempnit. pri
mumque illi famae dampnum spernitur. et amissum corpus inter levia nu
meratur. leniter flentur filios perditi. levius parentes. lentissime con
iuges. sepe vero letissime. sole opes flentur acriter. verissimum
quod est illud. Ploratur lacrimis amissa pecunia veris. sed multa iam
diximus. de quo numquam satis. numquam parum. semper nimis dicitur. quia
pecuniae ad amorem obstinatis animis. nil dicendo aliud quaeritur. nisi odi
um aut contemptus Quicquid vulgatis obstat erroribus. vel stul
tum creditur vel insanum. D. Perdidi pecuniam. R. Experrectus es
te divitem somniabas. D. Pecuniam quam amabam perdidi. R. Pecuniae
neque amorem. neque odium. sed frugalitatis studium. avariciaeque fugam
laudo. ut amare enim pusilli animi. sic pati non posse aurum in
firmi est. parumque sibi fidentis. atque auro fucatum bene metuentis. Mag
nus ille est inquit Anneus. qui fictilibus sic utitur quemadmodum
argento. nec ille minor est. qui sic argento utitur. quemadmodum ficti
libus. ut intelligas. seu vicium seu virtutem. non in rebus esse. sed in
animis. nec amatorem pecuniae. nec osorem. sed abunde contemptorem. pariter
que dispensatorem egregium. magnum putes. hanc sententiam me dic
tante scripsit Cicero Cum amorem enim divitiarum angusti parvique
animi dixisset. adiunxit. Et nichil inquit honestius magnificen
tiusque. quam pecuniam contempnere. si non habeas. ad beneficentiam lib
eralitatemque conferre. utor in re certa claris testibus. et o. utinam michi
similisque illis omnibus fides esset. nusquam enim humanum genus. tam ince
dulum seu tam sordidum esset. In exhaustus labor hominum. quaerendique
ardor. terrasque et maria versans. probat avariciam. atque amore cultuque
divitiarum non modo virtutibus. sed vitae odium indictum. D. Magnam pe
cuniam amisi. R. Magnum pondus et durum et grave sil custodis
officium ut in capiens dixi. nempe de divitiis vos custodes imperiosa
cupiditas fecit omnia facere atque omnia pati iubens. sola ut pecunia
cumuletur ac servetur. itaque in opportunitates. atque usus hominum
inventa erat. in metum ac sollicitudinem versa est. timere et angi. et circum
spicere domorum incendia. et furum insidias. et servorum fugam neque a
liis prodesse neque sibi. sed exanime tantum et inutile aurum incubare
haec divitiae vestrae sunt. D. Pecuniam domi dimissam abstulit nes
cio quis. R. Vile et caducum est. et certe non proprium. sed furto vel incipi pt

D. pecuniam in loculis consignatam non inuenio. Sed dicam tibi
non antiquam sicut nuper apud ytalos nobilis et egregius quidam Istoria nobilis
uir. possessionum antiquarum diues satis. ditior uirtutum. sed pecunie non
ita. ut cuius non custos. sed dispensator ac dominus esse didicisset Erat
illi filius primogenitus. fori negocijs apprime industrius qui uigi
li cura et parsimonia ingenti. magnas opes. multumque auri quesierat
et erat mirum uisu. in patre sene. iuuenilis largitas. in iuuene fi
lio senilis tenacitas. sepe illum pater hortabatur. ne suum genium frau
daret. ne pietatis obliuisceretur ac fame. ne ue in compacte auri et
arcis et debitum et naturalia sibi iura intabescerent. denique et ut sibi met
et annose matri et fratribus paruis. et consanguineis et amicis egentibus prodesse
aliquando diuicias suas uellet. in hos enim usus. non in custodiam tantum.
ac supplicium partas esse. dicebat hec pater. sed frustra. aut surdo canit.
aut auaro Contigit tandem pro re publica filium abesse. et cum electis
uiris ad romanum pontificem proficisci Quo digresso statim pater occa
sione arrepta. nouis thalami arculeque clauibus intro ingressus thesau
rum nulli utile. e lateribus eruit. seque et coniugem et filios familiam
que omnem exquisitissime induit emit equos ornatissimos. uasa
argentea. supellectilem speciosam. ultimo domum amplam sed mini
me cultam. nouis auxit edificijs et picturis insignibus adornauit
muniuitque rebus omnibus. que liberalis et lauta et habundans uita
exigit. multa preterea pauperibus dedit. Sacculos uero in quibus
aurum illud filij fuerat. arena. lapillisque fluminneis plenos ob
strictosque et obseruata omnia quo que prius in statu fuerant dimi
sit Que cuncta breuissimo tempore gesta sunt. quod et uoluntas egregij
senis et pecunia prompta esset. redeunti dehinc filio fratres obuiam fuerunt
quorum ille occursu hesit. uestes atque habitum miratus. qualem antea
non uidisset. quesiuit cuius essent equi. unde ille uestes leti atque om
nium ignari. simplicitate puerili. domini patris esse. multosque alios domi
in stabulo substitisse dixerunt. utrumque etiam parentem multiplici
ille ac regio esse uestitu. magis magisque singula mirari. unde ubi pater
ne domus limen attigit. uix parentes. uix ipsos parietes recognos
cens. nec admiratione iam simplici. sed stupore plenus atque exthasi.
thalamum atque arculam festinus adijt. ubi cum exterius nil mu
tatum cerneret. parumper animo conquieuit. et quin collegarum
presentia ac festinatio amplius non sinebat. raptim arculam aperuit
sacculisque conspectis solito more turgentibus atque obstrusis. iam secu
rus abijt. mox ge negocio publico expedito. domum rediens in
thalamum se inclusit. arculam aperuit. sacculos intro sperit aurumque

in arenam uersum reperiens exclamauit. accurrit pater. et quid in
quid rei est fili. quid quereris. aut quid fles. amisi inquid pecuniam ille
quam multis quesitam uigiliis. multis que laboribus. in hiis sacculis
dimiseram. spoliatus sum tua in domo pater. ad hec genitor quo. ait.
spoliatus es. nonne sacculos omnes plenos uideo. ille autem gemens
arena inquit pater non pecunia est. simul hec dicens. aptos patri sacculos
ostentabat. tum senex fronte nichil mota. Quid inquid refert fi
lij. apud te arena ne. an pecunia pleni sint. memorabile denique preclare
que sententia. Siquidem apud multos ociosa pecunia est. nilque agit a
liud. nisi quod locum occupat. atque animum. apud plures male atque in
probe opposita. apud paucos denique fructuosa est. D. amisi pecuniam quam
amabam. R. turpi amore relaxatus. nam amor pecunie auaricia est
minus hanc amabis. minus hanc optabis. Nam et illud satiricum
experimento cognitum. quod minus hanc optat qui non habet. opta
da autem amissio est magni causa boni. cum inseparabilis malum maius
ad uincetur sit. D. amisi dulce uite presidium. R. quid scis an ama
rum potans exadium. plures multo propter opes. quam propter ino
piam perire.

De uadimonio D o l o r

Vadimonio exagitor. R. amissam modo pecuniam
querebare. iam perditam querere. nonne ultro te
obligans pecuniam perdidisti. uulgaris uisania pluri
morum qua preciale et pecuniam perdens et amicum. D.
pro altero fidem obstrinxi meam. R. pro te ipso illam
solues. et nil debere. ac sine compedibus agere quam io
cundum sit. tuo disces incommodo. D. uadem pro
amico dedi me. R. da post hac amicis egentibus
aurum. argentum. uinum. oleum. frumentum uestes. domos. pre
dia. consilium. auxilium. solacium cum amicis denique omnia partire unam
tibi habe. nullique umquam tuam dederis libertatem. D. promisi pro altero en
soluendi dies adest. R. an tu affuturam ignorabas. an te uicturum
non sperabas. an non heredem saltem tuum cogitabas. quem spontaneis
uinclis inuolueres. bene autem habet. quod in caput errantis pena redun
dat erroris. senecio autem dilacio te fefellit. media promissionis inter
ac solucionis diem spacia uana mente metimini. que ut reliqua
tempora longa uidentur dum expectes. dum preterierint breuissima. uolant
enim hore. dies. noctes. ebdomade. menses anni. lustra. secula et
que distantissima iudicantur. in foribus sunt. itaque quod in paucorum
mensitio mensium nunc stupetis. si apti essent oculi. clare quidem mul
tis in seculis uideretis. sed uos quasi tempus desiderio uestro pareat.

non nature

non nature sue. non venturum vobis terminum. nec ituros dies
fingitis. atque hac spe velut oculis clausis per precipitium pertransvecti. ubi
placidi vobis esse videmini et urbani pacto promittentes. qui non vba
hec et promissa clandestina mox in publicum eruptura tumultus
rerum maximos allatura sunt. D. respondi pro amico. Ro. amicorum
indigenciis sic providi. si quod ad est remedio succurrendum. ne te illaque
es ut que in crastinum nil promittas. quod non dicerem. si succurri
aliter quam promittendo non posset. nunc quid attinet promittere que
si implere non possis stulte facias. at si possis supervacue. Sed vos
rerum avarissimi estis et prodigi promissorum. quasi vero res ipsas pro
missa illa non exigant. Quod si dicas defuisse in tempore ferende opis
facultatem. fuisse autem de futuro spem. qua postmodum destitutus
sis. Nundum ergo didiceras ut fallacissima rerum omnium spes est. ni
chil in venias. quod tam crebro vos fallat. nichil est tam cui tam cupi
de credatis. tam subdola et tam blanda est. ita se dulciter ac latenter
insinuat. sic in vita divellitur. D. vadimonio me adstrinxi. Ro. cre
do oblitus illud Taletis Milesii celebre documentum. vadimonio
adesse noxam Et quid de hoc ille sapiens vir dixerit. commemorasse et
non inutile crediderim. quodque in latinum versum ab Ausonio ad huc
modum sonat. Sponde inquit noxa presto tibi est. pro mille possem cur
rere exempla. ut plerumque potentes vates que periculosius reos. Sed nolo no
minatim quemquam dicere. sibi quisque verum dicat et secum putet spon
dere quantis dampno fuerit et malo. D. memetipsum sponte obligans
erravi. Ro. error hic purgatorio igne post obitum non egebit u
bi ad iussus est purgabitur. de illorum enim genere est. que suum suppli
cium secum ferunt. D. promissione me astrinxi. Ro. te libera et quem
lingua vinculis innexuit. manus solvat. proderit vinctum fuisse
cum evaseris. laqueos semper horrebis

De amissione temporis dolor.



Temporis amissionem fleo. Ro. esset hec eo iustior quo
superior querela. quo levior est pecunie iactura quam
temporis quod nec necessaria ad bene vivendum est pecunia
et amissa restaurari potest. tempus et necessarium prorsus et irre
parabile est. nisi quia nolenti pecunia. nolenti autem
tempus eripitur. Quis vis illud fateatur graviora dampna
esse que culpa patientis exaggerat. iustam tamen
querele causam nego. ubique qui patitur volens pa
titur. D. nolens ego tempus amitto. Ro. quis nolentem cogit ni
si cupiditas. occupacionum mater. solum hoc unum vicium cot
tidianis affert senectus hominibus. attenti cortes omnes ad rem sumus

quam sat est. senex hic quidam notat. omnes uero iam senes i hac
attentione facti sunt. omnem etatem. omnem statum. omnesque sex
um inuasit auaricia. hec tempus miseris et respectum uite breuis homi
bus eripit. in hanc unam rem soliciti. eiusdem omne consumitis uni
et iratarum iam inmemores uoluptatum. que pestis si nolentes
inuaderet. posset et nolenti tempus eripi et iusta esse sup preciosissime
rei amissione querimonia. D. non michi cupiditas tempus ex
torquet. sed necessitas. Ro. que nam queso necessitas ista e que tibi e
ripiat. quod tuum ex omnibus unum e. ita dico diuitias. honores. po
tenciam. clientelas. impia et que sunt eiusmodi. suo iure dat.
atque eripit fortuna. tempus inuito non eripitur. sed ipsum per se sensim
defluit non retenti. paulatimque consumitur. nec ante perpenditis quam
consumptum e. tunc querele sonant sere et inutiles. fletur temporis a
missio. sed siletur culpa. D. me necessitas sola cogit tempus amittere. Ro.
quero iterum. que nam hec tam uiolenta necessitas. nisi forte diuor
negociis implicatus tua negligis. qui uero non ad hec te sola cupidi
tas et inexplebilis lucri spes impellat. pone cupiditates proprias diuo
rum cupiditatibus non parebis. sed hec uirus immedicabile ue
nis infusum et per extrema uiscera. sensum ebetat et non solum tempus
sed libertatem uitamque ipsam non sencientibus eripit. quod si forte nec tuis
nec alienis cupiditatibus. sed curis honestioribus tue rei publice tempus
impendas. non hec temporis amissio sed laudabilis e impensa. rem cara
rei omnium carissime. que mortalis sunt largitus et uiri boni. et ciuis
egregij. functus officio es. quamuis non ignorem homines quicquid preter
auaricie studium agitur. uulgo tempus perditum uocare. cum id demum
uere maximeque sit perditum. quod illi studio tribuitur. et quod scimus
an tu quoque popularitter perditum tempus uocas. quod si ardentem obnixa in
curabili morbi cura. non iam tempus. sed te ipsum male perditum faterer
Nam si tempus quod malueris. deo tuo non dicam donas. sed restituis
quod sine uera non geritur pietate. ingens atque inextimabile lucrum
sacro. pro paruo enim temporis i pendio eternitatem queris. cuius usque
mercator permutacione tam prospera usus e. D. prorsus michi alia perdendi
temporis causa e. Ro. non intelligo. quia tu in eam dicas. nam si propter
iram. propter mesticiam. propter amorem. seu propter aliam animi passionem
cogi credis. falleris. omnium eadem e racio. quam auaricie diximus.
omnes uoluntarie. nulla e uiolenta. quod et sano patet intellectui
Et a cicerone multis in locis disputatum. et creberrime repetitum
est. si nil horum e in causa. quid aliud e quam torpor et ignauia. sic ad id
reuertimur. quod ait seneca Turpissima e iactura. que per negligenciam fit.

D. Ut amittam tempus mesta necessitas me cogit. R. Nundum ca-
pio quid rei sit. nam si te hostis in vinculis habeat, si mors instet, possunt
fateor actus bonos impedire, sed non pios sanctosque cogitatus, qui maxime
eo in statu eminent atque effulgent. quibus in curis tempus certe non perditur
nec scio an alibi usquam minus. que profecto et in dolium reguli et in thau-
rum phalaridis introire potuit, et in crucem theodori cirenensis ascendere.
sic quocunque te verteris in te unum amissi temporis culpa reflectitur. At
nos ex more naturam accusantes que volubile tempus fecerit, cum hic non esset
eternitas, in omnibus nos metipsos absolutis, cum rei omnium soli sitis et
omne enim fere tempus perditis, ymo proicitis et quasi rem vilem abiectamque
contempnitis, quod utinam in virtute saltem aut gloria poneretur, non in sum-
ma semper infamia inexpiabilique dedecore. quamquam vere quicquid
non in eos usus vertitur in quos datum est perditum dici possit. ad hoc no-
sti hominem, ad hoc ei datum tempus constat, ut creatorem suum colat, amet,
cogitet. quicquid hinc excidit perditur. haud dubie videte igitur quan-
tum perditis temporis quantumque non perditis. De ludo taxillorum adverso

Taxillorum in ludo perdidi. R. Nonne tibi. ¶ Dolor
dixeram dum vinceres, fenus id esse non lucrum. D.
ludo exhaustus sum. R. hic est ludo illi mos qui me-
dias perexiguo ingesto plurimum exhaurire. Crede
autem michi, nunc potius gaudendum, quia dudum fal-
so gaudio exultabas. melior est acris castigatio
quam blanda fallacia. illud te lucellum ad ludi vora-
ginem vocat, hoc te dampnum inde retrahet. satis est
turpi freno rectum iter agere, quia habenis aureis insuper devium
agi. D. Amisi in ludo taxillorum. R. vicisti in ludo mor. si quid e-
geris profundius attendisti, alioquin morbo insanabili frustra reme-
dia conteruntur. si ab hoc baratro nec te dampnum revocat, nec pu-
dor, ubi rebus nil perficiatur, nequicquam verbis aggrediare. De sponsa

Sponsam michi sententia ¶ alterius adiudicata. D.
iudicialis eripuit. R. at alijs fuius. alijs ius ap-
ta. D. iudiciali sententia sponsam amisi. R. quidam
dolis, ferro alij, quidam quod fedissimum genus au-
ro ipsas coniuges amisere. nichil proprium est hominum
hinc furta et insidie, hinc rapine, hinc preces. hinc
spia. hinc ultima rerum mors. per hanc rotam temporalium
bonorum dicta volvuntur. quodque est unius fit alterius
mox ad alium transitura. quod si in rebus utilibus fe-
rendum, in dampnosis ac contrariis plaudendum est. quid mirum autem

uolui humana· homo ipse uoluitur et non stat· sed ut scriptum est· quasi
flos egreditur et conteritur et fugit uelut umbra et numquam in eodem sta
tu permanet· tu sponsam quereris amisisse· qui fugiendo et in horas
decrescendo assidue te amittis· D· sponsam in iudicio amisi· Ro·
in campo alij· tutius est uero congredi· quam bello· legibus decer
tare quam gladijs· legisti apud uirgilium inter illos lauinie com
petitores· que tanta lis· et quis belli finis· uictorem sponsa sequitur· uictum
mors· tibi sponsa perdita· salua est uita· D· iudex me priuauit sponsa
Ro· adulter aut raptor forsitan te priuasset· leuius est sponsam amisis
se quam coniugem· in illa enim spes perditur in hac res· minor est autem
spe carere quam possesse rei· siue ut aliter idem dicam· leuior est spei iac
tura quam rei· D· amisi sponsam in iudicio· Ro· non amisisti· sed tu
am non esse didicisti· D· amisi sponsam· Ro· qui amittit coniugem et
multiplici egritudine liberatur· atqui sponsam perseruatur utrumque
bonum· sed secundum melius· nullum pati uulnus· quia inflicto uul
neri remedium inuenisse· sed uos animorum impulsu· ut satiricus ait
Et magna cecaque cupidine ducti coniugium optatis· quod adepti prope
tuis tedijs et inmortalibus agitetis querimonijs et tum sero peniteat· cum non factum esse non potest· cumque inefficax penitencia et inanis est·
D· sponsam et spem plus amisi· Ro· nol lamenta miscere illa enim
res est altera sapientis mortalium uoti· sic enim ait Coniugium optatis
partumque uxoris· at non semper placitura· sed profutura dant superi Te
nes apud apuleium madaurensem ut latronum lapsa in manus·
misella illa uirguncula· unam tantum in partem· ubi periculi plurimum·
loro flectit cum cui insederat asellum· ille in ad ipsum nititur· qua se
curum iter erat· et in ciuitatem puellam in sua dampna tendentem
tacitus arguit· quibus ita luctantibus latrones quos euasisse uide
bantur interuenerunt· a quibus in captiuitatis miserias iugo in suam
prouinciam studiosa retrahitur· haud absimul inter diuinam prouide
nciam et humanam stulticiam de itinere uitae huius est quod illa futurum
prescia· eo nos agit ubi dulcia et secura sunt omnia· hec obnititur ceca
quidem et miserijs suis fauens· inter moras sepe que uitari poterant
obsequendo et credendo· noxia nos mala corripiunt· D· succubui in
iudicio et amisi sponsam· Ro· dignus es uicisse· nam duobus de
una muliere certantibus· qui mulierem habet is perdidit· qui uicit is
est uictus· qui uincitur is est uictor ac liber· De uxoris amissione· D·
Uxorem heu perdidi· Ro· O· preposterum ingenium stupendumque hominem· qui uxoris in funere lugeat· saltem in nuptijs
D· uxorem perdidi· Ro· O· demens hymeneum cane nunc est

tempus. coronatum uictum uidimus dignioribus iam sertis actingē
magno plio uicisti. et longa obsidione liberatus es. D. uxorē pdidi.
Ro. sic dicas pdidi. qsi qui febrem pdidit. aut scabiem. interdum lu
cri spes ē pdere. D. uxorem pdidi. Ro. nunqd tibi fortassis opinionem
questum una lux attulit. quantis cōpedibus elapsus es. quanto
naufragio enatasti. D. s; uxorem bonam pdidi. Ro. id solent omēs
dicere. et qui contrarium sciunt. Ego autē. et si bona uxor ul' omnino mulier bo
na rarum nimium aial sit interius. interim de tamē altercationis cā. p
miserim tibi uxorem. qualem dicis amissam. neq; taceo inuidebo. qd
olim dum hec eadem qo ageretur apud senecam fīxi. posse te aliam
bonam ul' si feceras facere. ut si inueneras inuenire. innito snīam et
nolo te sepius rem periculosissimam retemptare. qd et si semel bene
cessit. stulte repetitur. Citius centum sui siles mulier mala. quam
una bona repiet. quia obrem. qui malam hūit silem timeat. at q
bonam silem nō spet. s; uti; pictor ille ad ūsitatem cumulare. hic
psperitatem suam deformare timeat. sic in omēz casum. ho cōiugio
abstinendum. Tu nūc ergo si ut ais bonam cōiugez amisisti. preci
to potius gratulare. quia futuri spem cōcipias. neq; qd puppe integra
littus attigeris. crebro nauiculam uentis credas. D. cōiugij uin
culum quo tenebar mors dissoluit. Ro. noli te rursus innectere
cogita quam sit optabilis. quāq; ī cōpabilis sit libtas. Et cōsilium
ciceronis amplectere. qui uxorem iniuratissimam et aduersus quā
frustra mortis auxilium expectandum ēēt. dum repudio dimisis
set. hortantibus amicis ut aliam duceret. non posse simul se uxorī
et sapientie studio dare operam respondit. D. uxorem bonā pdidi. Ro.
quid si hoc etiam nō iactura s; lucrum et magnū fuga periculi ē. ut eāz
sic bonam repire. constantem ubi queram? notum illud summi uatis
uarium et mutabile semper femina. D. uxorem bonam ac iuuenili
euo floridam amisi. Ro. parum ne igitur noti feminei mores sūt
quam multas pudicissimas adolescentulas. impudicas ac lasci
uas anus uidimus. Ardor nempe libidinis. quociens uitule ossib; — vetule plus estuant
incaluit. quasi ignis in ligno arido uiolentius estuat. ul' instan
tem ergo uite mutatōnez. ul' ut inde piculum non eēt. uetare utiq;
senectutis pondus ac fastidium declinasti. graue iuuenib; cōiugi
iugum. senibus grauissimum. durum īportabile. D. amisi iuuenē
uxorem. Ro. seu proles ex cōiugio queritur. seu uoluptas. quorum
alterum mariti est. alterum adulteri. ad utrumq; aptior iuuentus
siue hijs autem ab uxore pceptis. siue horum altero eo illam p ue
nire optabas ubi inhabilis ad utrūq; ēēt. siue ad hec natura ī habilem.

semo fieri posse habilem sparsis. quid nisi notum supiciatum sponsi
sulsa ē. D. amissa dulci coniuge solus sum. R. in iudiosa solitudo ē
malis caruisse comitibus. uacatio nichil ē mollius cubili. nichil
durius occupato. ais dulces sompnos. et uigilias honestas aman
tibus. honestiusq3 aliquid. altumq3 uersantibus. nil eggius ceptis infesti
us muliebri consortio. nec me fugit. quid aduersus hec dici soleat. ab
hys quos miserie delectant sue matrimoniorum inquiunt i ceptes
matrimonia condampnant. et ut ē in prouerbio uulgari. uxorem liberat
qui non habet Ego contra nullos de coniugio queri solitos audiui. nisi qui
satanam coniugii pertulissent. D. coniugem amisi optimam. R. et quam
optime. queq3 uxorum amantissime uidentur. zelo ac suspicionibus
aliquando ceteris acrius inardescant. quo incendio conflagrare pacem do
mesticam ē necesse quorsum igitur querele. perdidisti uxorem. inuenisti
libertatem. celibatum. pacem. sompnum. requiem. iam tamen quietam sine
litigio noctem ages. D. sine uxore sum. R. et sine adversario. iam tibi
utroq3 dominus esse incipis tuarum. ante lucem lectulo surgere. matutino
domo egredi. uespertinus regredi. solus aut cum quibus uoles to
tos dies agere. nullo racionum exactore permitteris. D. uxorem per
didi. R. perdita dudum ac repudiata requies in cubiculum reuo
canda erit. illa tibi uxore qualibet utilior comes. D. uxorem bo
nam ac decoram perdidi. R. stulti ē compedes suas quamuis aureas am
are. De importuna uxore. D O L O R.

de uxore

Uxorem pacior molestam. R. felicius amisisses. atqui
modo perditam querebare. D. uxorem pacior inqui
etam. R. primo labori uenia forsan aut miseracio. s
ecundo non nisi odium debetur. et quem una uxor
non castigat. dignus ē pluribus. D. infestam paci
or uxorem. R. in alijs uitiumq3 fortunarum culpes
in uxore autem. et presertim altera. non alium quam te
ipsum. hoc tibi malum tu fecisti. D. uxorem pacior
procacem. R. uidas succende paleas. tegulas frange. de reliquo per
uisum tibi ē. ita uero cannulate que te domo pellant aderunt. fu
mus. stillicidium. atq3 uxor. D. perfidam pacior uxorem. R. iam peri
culo res non uacat. uxor agamenonem. uxor affricanum morti de
dit. ut amphiraum. ut deiphebum. ut sansonem. sileam alios quos
quos numerare longum ē. Illi quidem prius innumerabiles quos
uxores nec mori coguntur. nec uiuere paciuntur. D. mala michi
explicas notissima remedium quero. R. erunt qui suadeant. ut
castiges. et prauos mores ad rectum reuoces. totum te huic uni

negocio impendas Ego aut quid. castigandam uxorem. si castigã
to p̄ficias non nego. si id frustra ẽ. sola restat paciencia hac arma
re q̄d q3 in inuitus faceres. uolens fac Est uarronis satira menippe
na uocãt. de officio mariti. ibi de hac re illius docti uiri. ↄsilium.
breue s3 efficax. hys ũbis exp̄ssum leges vicium uxoris. aut tol
lendum. i. corrigendum. aut ferendum ẽ. 7 dãt id ũbis quoq3.
s3 elegans hec affertur Qui tollit uicium inquit uxorem ↄmodiorẽ
facit sive p̄stit. qui fert sese meliorẽ facit. q̄d dictum scriptores alij
sic intp̄retati sunt. euiusmodi uicium uxoris si corrigi non possit.
ferendum ẽẽ. q̄d ferri a uiro salua possit honestate. q̄ uicia nempe
flagicijs leuiora sint. eam q3 non aliam sniam fuisse uarronis. D.
procax 7 morosa est uxor. Ro. fer mores si mutari nequeũt. 7 qua
liter foris uiuas domi disce cum socrate. 7 si ille duas sil' ptulit a
lij plures. tu unã ne succumbas sarcine. an uero nõ possit uxor
molesta ↄtingere. nisi qui se nupcijs ↄstanter abstinet Cum 7 a
driano principi. 7 quo nil clarius. nil inuictius augusto. sabina illi
huic scribonia utraq3 ↄiux dura ac peruersa. moribusq3 asperis di
gna repudio Et catoni censorio. tam rigida. tamq3 inuicti uiro.
animi paula que cum uiolenta uxor. ac superba ↄtigerit. q̄d mire
ris humili etiam orta progenie. ne quis hominũ speret. ignobili
tate ul' inopia. ul' õino aliter quam ppetuo celibatu ↄiugij sub
terfugisse molestias. s3 quas fuga non euaserit. paciencia perferẽ
das sciat. nec luctando 7 calcitrando se torqueat. ac iugũ sponte
susceptum iactabundus exasperet. D. importunã p̄sus 7 indo
mitam fero uxorem. Ro. bñ agis. ferendum est 7 enim q̄d deponi ne
quid 7 si p̄mat. D. molestissimam hẽo uxorẽ. Ro. hẽs unde paciẽ
laudem queras. vnde discas requiẽ optare. unde pegnari amẽs
redditumq3 oderis. ubi uocem exerceas ac baculum De rapta cõ
Uxor michi preripitur. Ro. uiolentum ¶ iugis dolor
omne molestum pacienti fateor. at res ipsa si per
se illam extimes. quam queso tante molestie cau
sam hẽt. cum p̄fecto si importuna ẽ uxor. eius ãls
sio magni oneris sit leuamen. D. rapta ẽ ↄiunx.
Ro. si in ↄmodum corporis. curanti p̄mium debetur.
Quid non leuanti ãi angores ac molestias dẽatur
Siquis tibi medicus tercianam febrem abstulisset. 7 grãm illi
heres 7 p̄mium dares. quid nũc facias ↄtinuam auferenti. D. ra
pta ẽ uxor. Ro. nescias quid raptori debeas. cura ingens. indefesũ
q3 litigium. una cum ↄiuge. forsitan 7 graue periculum. tue domi

limen excesserit. multi perierunt qui uixissent. si uel raptu uxor aliter
coniugibus caruissent. inter uite mala nichil peius quam intestina
discrimina. D. rapta uxor abijt. R. si coacta, uim ignoscito. at si uo
lens uno actu duplex tibi quesita est uindicta. nam et adultera suum
ad tortorem abijt. et ille tuum uirus suam transtulit in domum. qualem
enim mechus speret. que talis fuerit marito. D. uxor cum rap
tore libens abijt. R. sine paululum. alteri quidem alterius fasti
dium non longa dies attulerit. si ante flagicium cogitarent ho
mines. non eo usque precipites ad peccandum essent. nunc feruidos ap
petitus sera dampnat penitencia. nil nisi post factum cernitis. er
go oculos habetis. ceca frons est. D. rapta est uxor michi. R. hoc genus
iniurie nec reges euadere potuerunt. et si taceam massinissa et philip
po herodes suam abstulit. D. rapta michi est coniux. R. quod semel tibi
bis accidit menelao. De impudica uxore D o l o r

Impudica uxor domi est michi. R. mallem rapta esset. aut
certam importuna moribus quam aspis procaus quam lasciuus ac
turpibus ferenda tamen omnia urgenti nexu. ingentique
animo et rerum mortalium contemptore. innumerabiles sunt
hominum miserie quibus omnibus una uirtus obuiatur. D.
impudica est michi uxor. R. impudicicia insignis impio
sas efficit matronas. nichil metuit que sibi nichil est conscia
hinc malo igitur hoc saltem boni inest. esse iam molesta
minus incipiet minus quam insolens. lesa enim conscientia feminicum
premit animum et cum timore et sepe obsequencior in reliquis
uiro est que se meminit impudicam. D. lasciua est uxor. R. non
mirandum si formosa. non curandum si deformis. D. uxor
impudica est. R. pulcra dum limen uxor subit. subire animum
debet illud satiri. Rara est a deo concordia forme atque pudicicie.
nam si turpis insaniat. propterea gaudendum est causam adesse diuor
cij. D. adultera est uxor. R. adulterium sepe quidem equo accidit
expetiti coniugij. sepe unum alterius adulterij pena est. coniux iusti
or si multorum. Cogita an tu umquam alij feceris unde hoc tibi fieri
nunc ab alio dignum sit. iniusta enim atque impudens est querela
pati quod feceris indignantis et ab alio expectare quod alteri feceris. lex
moralis iubet et facere alijs quod tibi fieri ab alijs uelis. sanctum a
deo dogma est ut illud prophani cum cogente sententie grauitate atque
equitate laudauerunt. sed mortalis petulancie licencia. legum salu
brium abrogatur. omne phas nephasque confundit. itaque passim ad
ulteri occursant. qui cum thalamos uicinorum coniugiaque fedauerint. su

as interim coniuges. vel in publico cernere nolunt. et siquis in illas ocu
lum deflexerit insaniant. sic severus alijs. sic sibi indulgens. sic ini
quus rerum arbiter quisque est. D. Coniugalis michi fides frangitur. R. Vi
de ne tu hanc alijs non maritis tantum. sed uxori tue fregeris. nam
sunt qui ab uxore exigunt quod non prestant. qui lasciviam suam titulo
urbanitatis excusent. alienam ut gravissimum scelus severissime
punientes. qui cuncta sibi cum permiserint. cuncta alijs negant. iniquis
simi iudices. qui de pudicicia iudicent impudici. impune passim a
gunt omnia. et ceu soluti legibus. vaga libidine rapiuntur. uxor ocu
lum inflexerit paulisper. adulterij rea fit. quasi vero dominum non ma
ritum ipsi quidem. ille autem non uxores divine atque humane domus so
cie. sed capte ex hostibus. atque empte precio sint ancille. Cum et si obse
quij plus scilicet fidei nichil plus tua tibi coniux debeat quam tu sibi p
par debitum. equus amor. mutua coniugij fides est. non excuso uxo
res. viros arguo. primamque illis culpe partem tribuo. persepe enim
uxori dux atque exemplum lascivie vir fuit. et inde mali processit ini
cium. unde remedium debebatur. Quamvis autem pudor femine proprius
viro certe prudencia atque constancia sua esse debet. ita quod omnis in viro
quam in muliere demencia atque levitas. eo est fedior. quo viro debi
ta magis est gravitas. D. Coniugis adulterio mestus sum. R. Usita
tus dolor. vetus iniuria. nec minus crebra. vix crebrior coniugij
quam adulterij est usus. denique hoc quod ut ait quidam. nec permitti nec
prohiberi potest. quia scilicet alterum honestas. libido alterum fieri vetat. tu ne
tibi ergo feminam unam tuam totam atque integram voluisses
quod nec ferocissimis tyrannorum. nec regum maximis tua potuit
etate contingere. nec priore potuerat. mitto recencia. ne quos forte prin
cipum offendam. Tuam est herculem ferre quam iuliam. nec vero
cuncta veterum attingam. formidatissimorum summorumque hominum.
fame parcam. nosti autem. hijs que vel in silencio gemitum tuum scena
alioquin urbem lustra. scrutare viciniam. dextra levaque aderunt
qui neglectum genium. calcatamque thori fidem lugeant. vel igna
ri soli. vulgo noti dedecoris rideatur. Crebriora illa quidem numquam
que non auribus modo sed oculis quocumque terrarum perrexeris defu
tura. ac maioribus maior inest consolacio. Reges cogita quos vidisti
ac terrarum dominos de hinc sceptros famamque contentos recordare. respice
et arturi fabulam. et historias reliquorum. in mentem redeat Olimpi
as philippi. Cleopatra. Tholomei Agamenonis Clitemestra. Me
nelai helena. Pasiphe Minois. phedra. Thesei. Ne vero ipsam urbem
romam. olim quoque dum quodam cum pudicicie templum esset ma

[S]i huius ex ptem cupidas. redeat ad memoriam Mecella uxor sil
le illius. Qui si eius nosset adulteria. non tantum rome. per que
omnem ytaliam uulgata. s; que athenis. iam ac p grecam grecia
cantabantur minime ut arbitror felicis nomen sibi prsus inde
bitum usurpasset. Post hanc Julia agrippe. quam hinc a flagicio
uiri uirtus. hinc maiestas patris absterruisse debuerat. simulq;
huius filia & nomine & lascivia matri par. harumq; seu uite seu
uestigiis herens. Julia seueri non sat pudice frustum nomen
Quid torquatam origem torquatam. Quid herculanullam claudii
seu qui hic adulterarum fortunatus coniugum princeps fuit e'dem
Messalinam summum imperii probrum loquar. que secor dem uiri
ac cesareum deserens cubile noctu lupanaria circuibat. illa fa
ciens que referri etiam pudor prohibet. Quid has ego. quid ue
alias stringam. seu quis fornix augustis meretricibus no an
gustius sit. quarum commemoratio fateor nec honesta e. nec ulla
ex pte adulterii crimen leuat. quin potius grauat. ht tame haud
spernendam consolationis efficaciam. similitudo conspecta miserie
ac paritas erumpnarum. non qd alieno quisq; nisi maliuolus
delectetur malo. s; qd humilioris fortune hominem indignant
pati. que totiens mundi dnos passos nouit. ul no ferenda &
mollicies. ul supbia uideatur Tolleranda tuq; sua sors illa &
equius. quam comunem patuis constat ac maximis in iudio sus
simis q; mortalium. proinde no hominibus tantum nuptas. sed
deo etiam desponsatas in hec flagicia labi solitas uides propu
dor nec tanti sponsi reuerentia. infelicem persepitem q; animam
frenat Cui autem parcet effrenis ac rabida libido. que nec ce
lo parcit nec celestem metuit uindictam. seu quibus abstineat
queso. que ne deo sacris corporibus abstinendum censet. nec uero
tantum hac etate monstra. hec tam libidinum cernuntur quam
uis nulla unquam ito iudicio. fediora ee potuerit. lesiq; ma
ioris iram merita. s; euo illo quo ita prodigium scelus erat. et
nunc uirtus. uisa equidem ac punita noscuntur. uirgines ipse
uestales. quarum exactissime castitati tribuniciam ac censoriam
ptatem cessisse non puduit. quas suorum triumphancium
curribus insedisse ne a quoquam forte triumphus impediret
quas postremo noxios. casu obuios a supplicio retraxisse. le
gumq; & capitalis snie uim fregisse. sola uirginitatis maies
tate comperimus. quarum pterea ex diuerso. non facinus tm turpe.
s; habitus. aut sermo liberior. pena grauis atq; infamia non care

bat ⁊ honoris tamen ⁊ decoris in memores ⁊ teriores. in cestus ree
dampnateque ⁊ fosse sub terram uiue. per ystorias circumsabiunt. Ipsi
nunc tot exemplis ⁊ tam claris ⁊ tam sanctis obrutus in tanta i
pudicicie ruina. tot probris illustrium cassam paululum humilioris
ciuili fidem desle. D. uxor adultera est. R. ideo non nullis mutan
de in melius uite causa fuit. qui maritali compede liberati reiectoque
graui fasce re altius ceperunt. quid te uetat coniugis feditatem pri
mum tibi quoque gradum facere ad uite liberacionis. siue liberioris
ascensum. sepe ⁊ comes. pedes expeditissimos retarda
uit. ibis cicius quocumque decreueris. solus ac uacuus. D. turpitu
dine uxoris infamor. R. ex alieno peccato dampnum primum doloremque
nasci potest. non infamia. sicut ex aliena uirtute gaudium. non glo
ria te uitiis aut uicium gloriosum efficiat aut infamem. D. coniugis
uxor infamia. R. uel sile uel fuge uel ulciscere. medium fecit ille
uir sanctus. nactus de simplicitate cognomen Et profecto primum
molle nimis. tercium periculum. medium honesti humanique consilii
uidetur. hiis presertim quorum media item est fortuna. Nam superbis
potentibus. frustra lex ponitur. uoluntas. libido. ira. impetus. hec
potentis insolencie leges sunt. omne uicius ferro resecandum pu
tant. multa sunt autem que non ferro egeant. sed fomentis. D. impu
dica est uxor. R. si pati eligis. etas fortassis illam franget ⁊ labor
⁊ filii ⁊ morbi ⁊ rei familiaris angustia. quibusdam frenum utile
pudor fuit. D. uxor infamis abiit. R. opta ne redeat. ne abierit
serum uotum. D. uxor adulterum secuta. R. malles ne tuum in
cubiculum adulterum induxisset. hic saltem pudor impudice fuit
turpem uitam procul agere. pepercit oculis. erubuitque pudiciciam tuam
impudiciciam potes accusare. non fugam. D. feda uxor abiit. R.
si hec doles. dignus es ut manserit. dignus ut redeat. De ste

rili uxore dolor

Sterilis uxor michi est. R. immo
coniugalis incommodi remedium sterelitas. obsecro
sas fiat atque uiriles. que plurimos parit. iam non
uxor credit esse sed domina. sterilis autem flet ⁊ tacet.
Anne elchane meministi. D. uxor michi sterilis ob
tigit. R. modo te de coniugis impudicicia quereba
ris. nunc de sterilitate conquereris. atqui si ea que
rimonia iusta fuit. hec iniusta est. expedit impudice
uiro. ut sterilis uxor sit. non pascet filios alienos
quod est in omni uxoris iniuria ac feditate durissimum. si mise
rum uxor adultera. miserrimum ⁊ fecunda. D. uxor est sterilis. R.

108

Quid ergo tu puerperam eiulantem audire et mutices litigantes
et uagientes infantulos maluisses. sterilitas omnia tedia hec sibi
mouit. D. sterilis uxor est. Ro. uide ne quod multi faciunt. uicium
tuum alteri obicias. multe uni uiro nupte uise steriles. nupte
post alijs peperere. D. sterilis est uxor. Ro. quid scis qualem tibi
filium pareret. si fecunda esset. quarumdam partus fecunditatem
odiosam et sterilitatem fecit optabilem. non tulisset imperium
romanum portenta illa feralia. Gaium. Galicilam Neronem et
Comodum Bassianum. si germanicus. si domicius. si marcus
antonius. si septimius seuerus. aut nullas uxores. aut steril
es habuissent. De impudica filia dolor 6



Elicata nimis est filia. Ro. duas se habere filias delica
tas. sed ferendas tamen rem publicam. scilicet et iuliam et
dicere solitus fertur augustus cesar. iulieque animus
letum quidem usque ad spem procacitatis. sed reatu li
berum. in utraque tamen ita senciens princeps sapien
tissimus fallebatur. Nam et res publica iam pridem
ab illa sua prisca uirtute fornicari ceperat. et filia non tam
delicata. quam probris solum prem latentibus deformatam erat
que tandem sero licet eruperet. secundum tamen hanc sinar. deli
cata potest esse filia. sed pudica. quod ut promiserim. negari illud certe non
potest pronum et breue iter ad impudiciciam esse delicias. D. filia la
sciuire incipit. Ro. caueat principijs. dura ferro. tenera digitis
conuelluntur. qui sibi uel alteri hitum querit. a teneris annis inci
piat. fatale et tractantur mollia et flectuntur. D. lasciuire incipit
filia. Ro. lautes dapes et uestes illi molles et fulgidas. anulosque
et armillas detrahe. cuntquid est aliud. quo et ipsa sibi placet. et alijs
studere placet. obice illi domesticas curas. pensa. acus et colos
et siquid est operis. quod suaues et molles manus in callum duret
sedue eam aspectaculis. a concursu populi. festis etiam diebus domi
illam contine. nullum uagis ac discolis cogitatibus tempus linque.
occupacio et labor et in cultior habitus et uictus asperior et secessius et quies
unum aliquid urgis intencio. Ad hec testis carus ac uerendus
frequens admonicio. dulces mine et si quando res exigat aspere hec
sunt castitatis aduersus impudicicie fere et uectes. qui et insulta
tes ocioso animo passiones arceant. et ingressas eiciant. D. filia impu
dica est. Ro. ecclesiastici consilium. super filiam luxuriosam confir
ma custodiam. ne quando te faciat in obprobrium uenire. Et si autem
pene nichil tristius pati possis. modo tamen perum officij nichil ob

miseris. est inde mestum te doleris. tanto enim ee pot dolor. sed
non puto. quippe nec amen. nam papitem in libidinee animum
frenare difficile e ualde. et nisi deus ipse manum adhibeat impos
sibile homini. tantus e enim impetus. tamque efficiens ut conten
tum frustra sepe mo parentes. frustra et fratres. frustra ipse etiam
uir laboret. neque id mirum. cum scriptum sit. Aliter non possum ee
continens. nisi deus det. Nonne hinc impudicicie excusacio ulla sit
dat hec deus pia fide poscentibus. quoque uise e admittentibus ac scie
tibus. tuus sit hec donum. utique et ipm extimantibus et auctore. D.
filia adultera est. Ro. si nupta heres partia pem generum doloris ha
bes et ipm cesarem augustum et in urbe comitem et uicionis exem
plum De aduenticio de —— de —— co —— re dolor.

Alieno crimine infamor. Ro. dicebam et sic e. alienum
te criminis dolor attingere pot non infamia uera
loquor. falsa enim ut sit dura. durabilis non erit
et infamiam et gloriam ut longeua sit. tuo tu quide
ex agello ai ppria uite false messueris. D. alieno
crimine mestus sum. Ro. credo hercle. esto autem
tua letus innocencia. nisi magis alieno tangeris
quam tuo. non ut patrimonii. hereditas sic et fame
est. et si eet repudiari posset. honerosam et infamem hereditatem ad
ire nemo cogitur. nunc ut dixi. nominum successio nulla e. nulli
agnacionum. aut cognacionum gradus hac in re. seu tu clarum ti
bi. seu tu fuscum nomine optaueris. a te illud non ab alio petendum
erit. tuus opus e meritis. quod quidem alienis. nec fedari potest nec
ornari. quid tabellionem aspicis. quid testamentum. quid amantis
simo claroque sem tuo fidis. seu quid heredes obscurum. nec uere
decus inde. nec dedecus. non legatur fama. sed queritur. D. meorum
grauior infamia. Ro. primo quidem tua te premit opinio humane et
miserie index ingens. pone illam. falso fasce leuaberis. D. meo
rum criminibus infamor. Ro. nego id quidem fieri posse. sed ut
fatear. prestat tamen alienis te flagiciis infamem ee. quia alio
tuis. multo e enim grauius peccati pondus quam infamie. ubi
peccatum. ibi miseria uera e. ubi autem falsa infamia. uere miserie ni
chil habet. ut felicitatis falsa gloria. plebeios licet animos illa pugnat
hec mulceat. D. meorum infamia non tangi nequeo. Ro. tangi
prium. sterni miserum. proinde dum reliquie spei sunt. summo stu
dio tuorum fame. atque inde suscepte perturbacioni tue consule. si
spes omnis abierit illis obmissis sollicitudines atque angores de

ponendos censeo. nam eadem in cassum nutrit tristicie materiam.
cuicumque par demencia ē. G. servilibus probris notor. R. merita
paciencie penam luis. cum diluere notam possis. sceleri pulsis
auctoribus. G. at meorum qui tam fatale pelli nequeunt u
ror probris. R. quorum queso. iam penitum castigatio filiis
nullo iure permissa ē. inde tibi nichil infamie. quin potius ito
iudicio. quasi quidem fulgor ex tenebris nasci potest. nam cum virtu
tis proprium difficultas sit. multo difficilius ē obscuris quam claris
duabus rem iter tenuisse. sin uxoris quid hic vero te facere o
porteat. et quorum premedio meminisse. paulo supra monui. sin
natorum. respice qui viri. quos filios habuere. fabius maximus
ac scipio affricanus et pompeius magnus. non enim impu
atque opum. sed etatis et glorie sequor ordinem. quem aut vespe
sianus ultimum. aut aurelius antonius unicum. aut severus
primum. quos in genere alio hortensius ac cicero. quam postremo
filiam. augustus cesar. aut quem filium germanicus. magna de
luce. magnas tenebras videbis et intelliges hoc plus infortuni
um. nescio quidem unde. sed in maximam quamque familiam suo
iure familiarius scintare et cuique suas notas domi esse. vel ignotas
in carne vel neglectas. nec sim in nepotumque de erunt exempla. illa
posui. quorum quo propior. eo gravior videri pudor solet. quin una ē
regula. alterius quisque ille sit. maculas in vito alteri nec affigi
posse. nec herere. De in fa—a—iiii . . . a de—a—lor.

Mea premor infamia. R. timui tua ne conscientia pre
mereris. G. infamia premor gravi. R. si iusta. noli in
famiam. sed infamie causam defle. si iniusta. ex
tores hominum alto animo proculcans. tua te conscientia
solare. G. gravi infamia laboro. R. ventoso va
ste suspiras. sic suapte natura levem scientia fere
tis imbecillitas gravem facit. G. gravis immeri
nomen surgit infamia. R. refert quibus orta radicibus. si veri
vivet. augebitur. mox arescet ac defluet. G. magna michi infa
mia conflata ē. R. bene ais. flatus ē enim fama. sepe etiam impuri
oris. qui nos adeo quatit ac territ. atqui magna infamia r
magne fame principium multis fuit. pudivit vulgus et ut iure
suo errori adderet errorem. rebusque modum cunctis excludentes
in modicas laudibus tandem iuat. G.
in modicam infamiam. multa undique pulsor infamia. R. clavum flantibus ventis ipor
tum reddi. et ab aurium procellis in cubiculum cordis ingredere.

cui si tranquillitas sua est. habes ubi iurgiorum fessus requie-
scas et ut dici solet in sinu gaudeas. G. fusca fama conscientia clara sit.
Ra. tu ne igitur famam esse clarissimam conscientia turpi cuperes atque ob-
scura. ita ne penitus verum est illud Flacci. falsus honor iuvat et
mendax infamia terret. O. rem uanam. uera quidem et iuuare
possunt et terrere. umbras metuere non est uiri. G. infamie sarcina
ingens est. Ra. si flagicio collecta grauis fateor. si casu facilis. si ho-
nesti studio gloriosa. siquidem bonis artibus quesita infamia laus est
insultantium fatuum. tu exulta lucro nobili. uirtutem nempe carissimam
mercem. magno licet et quod multum maius. fame precio comparasti
Is uirtutis uerus cultor est qui in illa nichil penitus preter illam co-
gitat. Sed cum reliquorum clarius. tum clarissimum est contemptus fame
uirtutis studio susceptus. Cum prospera fama uiris fortibus non au-
ro tamen. sed uita etiam sit carior. qui amore uirtutis hanc spreuerit
is spreturus omnia credi debet. quod preclarum sed perrarum scito. quando-
quidem magna pars eorum qui uideri nolunt uirtuti operam dare
fama eius apprehensa sic confestim in actione latitescant ut intel-
ligi detur. unum hoc illis quod apprehenderunt intendisse. G. multi
grauiter me infamant. Ra. plures olim fabium et grauius. plu-
res etiam affricanum. que res illis extimam in gloriam uersa est
communem cum talibus sortem queri desine. paucissimis accidit omni
semper infamia caruisse. delicatissima res est fama hominis. et
que sepe rubiginem leuibus contrahit ex causis. et ad summam ut nil
clarius fama est sic nil obscurari promptius nilque pregnantium ut sic
dixerim capacius impressionum. G. grauiter uror infamia. Ra. pestis
hec maxime uerendis infesta nominibus. uiros quoque sanctissimos
non pepercit. quorum princeps omnis expers culpe et ipse tamen ab ipsis
infamatus. ostendit mali huius immunitatem que nec deo ob-
tigisset hominibus non sperandam. G. dura atteror infamia. Ra.
uirtutem in iudicia non temptari uix possibile dixerim. sufficiat non
conuelli. sine gloria cum obtrectatione collidi si pura si solida est
splendescet attritu. G. acer uexor infamia. Ra. uulgaris aura certas
ignorancie pulsa turbinibus. summa rerum cacumina uerberat. sed
non quatit. ut si quatiat non euertit. excellencie tibi auspicium
signum sit in uulgi linguas quasi in scopulos incidisse. humili-
a enim et circa terram depressa nomina nec preclare laudis lumine ex-
cipiunt nec magne infamie tempestatem. sepe quod spernitur ex-
quiescat. G. male de me uulgus loquitur. Ra. bene quod in linguas non
in calamos incurristi. uehemens uulgi sermo est at minime diu

tinnus. leuibus aut falsis orta causis breuia sint oportet tacebunt cum multa latrauerint et fatigari citius solent qui cepere feruencius. G. Vulgi linguis exagitor. R. Quid si oratoris aut poete insignis in stilum impegisses. ut multi olim quos infames posteritati traditos nimia eloquencia uidemus. ut sicut nobile michi suspirium Alexandri regis homerum canentem uidentis. sic metus nobilis alexandri principis uideatur litteratos disertosque homines nequid de se asperum scriberent formidantis. quamquam nec litteratis obtrectatoribus succumbendum. sed uel pari stilo refellenda calumpnia. quod tullius crispo. quod demostenes eschini quod innumerabilibus fecit cato. uel insigni fiducia et omne theatrum superante animi testimonio resistendum esset. dicendumque. quod caluo uatinius perorante. non quia iste disertus. ideo ego dampnandus sum. at nunc periculi nichil est. siquidem uulgus ut multum strepat quamdiu tamen id faciat. cito uel uolens. uel coactum desinet. ueniet dies que strepidulis huius cicadis loquacibusque silencium pricis ponat. G. Malam famam apud uulgus habeo. R. Ut apud te ipsum. itaque apud bonos bonam ac perpetuam ueramque habeas enitere. nempe ista quam quereris euanescet. inane gemitis ac trepidum mortales. quid ad uos. uel adulancium uel detrahencium. breue istud et obscurum murmur. ueniet qui liberius iudicent atque equius et qui sunt inques. hos iudices nosse illos non potestis. sed ab illis nosci. illos dico qui post uos nascentur. quos nec iuri odium nec liuor sed nec amor nec spes detorserit. aut metus. sed uerarum extimacionem rerum ac sinceram incorruptam uultis hos iudices expectate. breuis est mora. properant ecce. moxque aderunt G. Infamiam factis egregiis et uirtute obtinui. R. Est ubi amor dampnis alitur crescitque laboribus. inque amaro dulci nutrimentum et maligno solo radices agit alcius. unde fit ut factionum amantissimos sepe illos uideas. qui multa et grauia pro factionibus passi sunt. nota quidem et minimum ciuitates nostris in urbibus. proinde nemo uel iusticie uel ueritatis amancior. quam qui pro hac flagellis sese obtulit ac morti. et tu ergo uirtutem ama. magisque ac magis [illegible]tem cole. pro qua famam [illegible] rem pulcerrimam atque carissimam amisisti. pro qua non leue supplicium fers infamiam. perditisque et spretis omnibus. carum ipsam. quam tibi nemo umquam eripiet. uirtutem solam solus amplectere. atque illi dicito. hec quidem o regina pro te uolens pacior. tu me in integrum restitues. aut certe una michi pro omnibus satis es. tu me sola sinu pro refoue. sic non fame tantum. sed uite quoque dampna non sen

etiam. G. uulgo passim in triuiis laceror. R. bene consule. notum
te uulgus faciet clarum, uirtus conscientia securum. De quesito ex indignis
Laudasse arguor indignum. Laudibus pictore. G.
R. malum quidem, quod de bona sepe oritur radice. boni
enim et in ceteris quales ipsi sunt tales opinantur ali
os. hinc ad laudandum equo etiam promiores sunt
et quamuis indignum laudare malum fatear, ui
tuperare tamen inmeritum multo est peius. G. laudaui
ui indignum. R. si id sciens, reprehensibilis; at si ig
norans, excusabilis. minus est malum falli quam fallere.
falli enim alienum, fallere autem proprium. fallentis est crimen. G.
aliena laus in meam uergit infamiam. R. immo quidem tua uel
em culpa uel ignorantia. ex alieno ut laus, sic infamia nulla est. G. lau
dasse indignum ualde doleo. R. unde ergo ne id ipsum sepe doleas
caue ne temere ad laudandum uituperandumque prosilias. est enim
utriusque rei libido, ut dicam proprie, morbus ac pruritus quidam lin
gue mobilis et quietis inscie. cuius frenum ac custodia inter opera
perfectionis eximie numerantur. dicente scriptura: si quis in uerbo non
offendit, hic perfectus est uir. qua in re nimis sepe fallimur et heu
nimis illud eiusdem apostoli uerum fit, quod linguam hominum nullus
domare potest, inquietum malum. ad uerecundiam ergo cottidie uox
illa precipitat, quos hinc suus urget impetus, inde rerum species
falsa trahit. Sunt enim qui aspectu uel eloquio uicia morum teg
unt, quod de alcibiade accepimus, de multis uidimus. sunt qui uir
tutes uelo occultant alieno, seu id natura uultus scilicet aut sermonis
austeritate insita, seu etiam arte quadam studioque ad usus id
quod uulgo aucupisatur adhibito. nam ut multi qui se bonos, sic
aliqui se malos fingerent sunt reperti, quo uel humani fauoris pe
stilentem auram, uel inuisam honorum temporalium sarcinam de
clinarent, quod de Ambrosio lectum est. Accedit amor atque odium,
accedit ira atque inuidia, spes et metus, affectus animi uarii et occulti
bus quoque ipsis interdum quorum sunt incogniti, semper autem iudicii
ueri hostes. Accedit quod uiuentis laus diuino eloquio propter mor
talis inconstantiam prohibetur. cauto igitur magis uituperando. de
inceps ita quod ad laudandum tardus, ad uituperandum tardior
ueni. cum utrumque enim ut dixi malus error sit, peior est ultimus.
G. laudando inmeritum erraui. R. errando discitur. sepe error
unus multis obstat erroribus, dumque errasse semel pudet
ne similis iterum error obrepat occurritur. laudasti incaute li

guam ficta. hec boni saltem illi malo insit. D. indignum lau
dasse pudet. ac penitet. Ro. pudor et penitencia et dolor scale sunt
et gradus quidam ad resipiscenciam et salutem. pauci sunt qui
ad rectum iter. nisi per devia multa cespitando perueniant. mul
tos que ideo voluptatis seruos in iuuentute vidimus. qui v
tutis amici in senio euaserunt. De amicis infidelibus dolor

De amicis queror. Ro. quid hostibus hic faciat. q
de amicis querimoniam instituit. D. amicos ex
perior infideles. Ro. impossibilem rem narras
ne forte amicos credideris qui non erant. nempe
id non modo possibile sed commune est. D. infideles sunt
amici. Ro. hiis querelis plenus est orbis. etenim ve
rum amicicia infidelitasque non coeunt. qui in
fidelis esse incipit. desinit esse amicus. seu quod puto
crediderim numquam fuit amicus. omnis virtus inmortalis sit. omnis ficcio
eui breuis. non fides est sublata sed ficcio. D. infidos experior a
micos. Ro. amicicie flos habiti. si nunc primum infideles. cui latebras
pandunt. erroris tui finem letus aspice. et caueto interim ne
morbi contagia in te serpant. sed quicumque illi fuerint. tu amici
cie fidem serua. et si non propter immeritos. at propter te meritum a
liena peste non inficiaris. quod liberius facies. si constitum tibi displi
ceat illorum perfidia. ipse tecum aliter excusseris. sepe maior odium
calcar ad virtutem fuit. D. immeritus amicorum odia contraxi. Ro.
odiosi ciues. odiosi socii. odiosi agnati. odiosi coniuges. odiosi
fratres. odiosus denique patri filius. et filio pater. et ad summam nulla
necessitudo est. que non odiis possit esse infecta. sola quidem amicicia
sincera. et mali huius ignara est. Inter hanc et reliquas. hoc interesse
diffiniunt. quod ille omnes ad victo odio durant. nomenque suum re
tinent. huic uni non modo. si odium accesserit. sed si amor ab
scesserit. amicicia non iam est. neque vero magis odiosus amicus
esse potest. quam amor etiam odiosus. D. perfidos patior amicos. Ro.
si quid est spei perfidos perfer. dum in fidem redeant et ardentem
amicum. multi enim tepido amore amicicias extinxerunt. aut pa
rum fidendo. perfidiam docuere. si nec ita proficias. spes que omnis
interiit. utere consilio catonis. qui amicicias que non placent
sensim desuendas censuit non subito discindendas. ne gemin
um graue dampnum simul. et amici perditi videantur. et quesiti
hostes. nisi forte acrior casus ac morbus impaciens maturo consi
lio uti vetet. qui si incidat inter erumpnas amiciarum ultimas

numerandus erat ferendus tamen alto animo. ut reliqua ceden
dumque necessitati et parendum tempori. sed hic casus uere inter amicitie
notus est. De ingratis D — o — l — or.

Multos experior ingratos. Ratio. Ingratitudinem ui
tuperare superuacuum. omnium nempe mortalium
hanc sermo condempnat. non est laborandum ut sug
geras. quod omnibus persuasum est et inextirpabiliter
insitum. est qui summum. est qui solum in uirtute boni
locet. est qui uentrium. sed in uoluptate uirtutis os
te ponat omnia. Sunt qui castitatem pulcerri
mum ornamentum uite dicant. Sunt qui hanc ipsam nisi sper
nant. In aliis uero. uel ridiculam uel difficilem esse longeque labo
riosam putant. quod augustinus tantus uir futurus nisi sensit.
ubi ambrosii celibatum laboriosum sibi uisum ait. Cum aliis
non laboriosus modo. sed dampnabilis uite status uisus erat.
Unde illud platonis. qui cum celibem castamque diu uitam tenu
isset ad extremum sacrificasse legitur nature. ut sibi illam pla
caret. quam sic uiuendo uiolasse et in quam commisisse uideretur
Mirum id tam docto homini uideri potuisse. sed uisum esse non est
dubium. Erunt quoque qui fortitudinem eminentissimam claris
simamque uirtutem dicant. uulnera aduersis excepisse pectoribus demum
campum rutilo sanguine cruentasse. intrepidisque animis mor
te operasse. Erunt qui hec omnia summe tribuant insanie. et nil meli(us)
securo. atque imbelli iudicent ocio. Uenient denique qui iustitiam
gubernatricem rerum humanarum et uirtutum matrem censeant. qui
religionem iter ad eternam uitam credant. et ad celum scalam. Ue
nient contra qui iustitiam ignauie. religionem amentie ac sup
stitionem ascribant. Hii sunt de quibus scriptum est. Cum ius habent in uiri
bus. qui omnia uirorum fortium esse existiment. neque solum ex hoc ge
nere. uiolentorum hominum raptorumque. sed ex ipsa doctorum acie. quan
tos oppugnatores habeat ipsa iustitia. facile est in libris rei publice
ciceronis aduertere. Sunt qui fidem et promissorum obseruantiam ma
gnis et meritis laudibus efferant. Sunt qui fidem frangere non
fallere dicunt esse. sed plus scire et esse ingenii melioris. que licet uul
go multorum hodie sit opinio et multorum uox apud lactancium
nominatim. mercurio tribuitur dicenti. sicut ille ait. non fraudis
esse decipere sed astutie. i. Dulcem enim ingenii deus et eloquii. et ad sum
mam nulla uirtus tam laudata est. quin uituperatores inueniat.
Gratitudinem nulla barbaries gentium. nulla morum inmanitas

non laudabit. nemo usque vituperabit ingratitudinem. sit fur. sit sic
carius. sit proditor. sit ingratus. vicium suum excusare non audebit
sed negare. Que cum ita sint. nichilominus tamen innumerabiles
sunt ingrati. nec est fere vicium aliud quod a tam multis verbo dampna
tum. tam multi rebus ipsis amplectantur ac teneant. Quid concluda
dampnandum utique non solum verbo sed animo maximo atque iudicio. et
nisi cuique bono fugiendum ac vitandum. in altero tollerandum
sicut reliqua quibus humanum scatet genus. quibus mali habun
dant boni exercentur. perfer igitur et gaude potius ingratum ferre
quam ingratus fieri. D. ingratos multos invenio. R. unde ne
quid in te culpe sit. multi enim dum benefici dici volunt. iacta
tores sunt. atque exprobratores. honerosum genus. quorum beneficia
a plus offense preferunt quam gratie. idque nichil est aliud. quam precio
odium parare mercimonium insanum. D. bene meritis multos
immemores et ingratos pacior. R. tu ne hec illis invicem tuaque
cum illorum sorte commutatam cupis. noli obsecro. cuiuscumque sit vi
cium. virtus tuam veniat in partem. D. multos habeo ingratos. R. Quo
quid expectas auctore bene facere ut desinas deque alterius culpa tu
tibi ipse dampnum facias. quin tu potius contrarium facies. et qui multos
habes. cura nunc etiam ut habeas plures. habebis autem si multis bene fe
ceris. multi enim semper ingrati. sed plures hodie. vereorque ne con
festim gratum esse portentum sit. ita in dies retro eunt omnia. ea pe
tencium improbitas ea debencium oblivio atque superbia est. neque
ideo desistendum. neque ceterorum emulacione eruendi oculi quos
potius facere debet aliena cecitas cariores. D. multi michi sunt in
grati. R. an tu multis idem fueris recordare. una enim ingratitu
do aliam punit. sicut in reliquis. unum sepe peccatum. alterius pe
na est. D. multis ingratis profui. R. multis indignis profuisse satius
quam uni digno defuisse. proinde perge. neu malorum odio. bon
os mores exuas. nec prodesse aliis cesses. quod ab aliis male sit cogitu
cognoscent hii fortasse melius. si ne id quidem. nosse deum. nosse te
satis est. non est vera virtus. cui conscientie premium non sufficiat. D. profuisse
multis infeliciter cessit. R. cave ne unius crimen obsit alteri. quodque
est gravius tibi. experire alios. tedet forte feltaus. quidam preterea
diu ingrati urgente animum pudore tandem fuere gratissimi. ma
gnoque cum fenore spes amissa rediit. ad hec sepe quod requisitus debitor
negavit. ultro non debitor obtulit. nullum bonum opus umquam periit
Qui bene agit. ante alios se cogitet. una quidem virtus multis prodest
sed prima et maxima pars virtutis in agentem redit. itaque ut mali omnes



i ingrati sunt. non ideo circo vir bonus beneficio cessabit. nam que in
multos spargit. in se cumulat. sibi ipse beneficiis unum saltem non ingrato.
D. proiecta beneficia in ingratos. R. atqui gratis dare ne avaris metu
at. Eo ante liberalitas maior quo spes premii minor est

de malis servis

Malis servis obsideor. R. nunc ipse

Hic pessimus dolor

ais obsideor. olim tibi circuminsultus videbare. sed obses
sus eras. non famulatu solum exercatus sed hostili. D. in
domitis servis premor. R. tue acies contra te militant
in suave negotium. D. superbis servis obsessus sum
R. eosque qui te obsident pascere cogeris. ingens amena
necessitas. D. servis obsideor pessimis. voracibus furi
bus. mendacibus inpudicis. R. quid furorum epitetis affluere
est opus. servos dic. omnia dixeris. D. servis obsideor quid consulis
R. quid consulam. seu quid dicam nisi terrentianum illud. quae res in
se neque modum neque consilium habet ullum. eam consilio regere non potes.
Nota sunt tamen hac in re Senece consilia. vivendum cum servis
familiariter. comiter. clementer. familiarem esse iubet. at quibus
nempe hiis quorum familiaritas contemptus est genitrix. Addit
non verberum sed verborum castigatione utendum. erga surdos
scilicet. torpentesque. diuticiamque mansuetudinem duro pede calcan
tes Admittendos preterea in sermonem. in consilium. in convictum. et
quos queso. utique peiores stultos. ebrios. perfidos. insolentes. qui
neque sermonem teneant neque consilium habeant et convictum fedent. sa
lutis utreque domini et patrimonii et fame segnes. gule autem prope
atque libidinis vigilantissimi curatores. verum ille ideo fortassis
hoc consulit. quia in servo verum opinatur quod iam ante de amico
dixerat fidelem si credideris facies. certo non cogitans ex optio
genere hominum amicos esse solutos. servos ex pessimo. et quidem
non si mille annis lupum agnum credideris. agnus fiet. D.
obsideor servis. quid consilii affers. R. nunquam aliunde quesieris
quod in te est. non obsideberis nisi dum voles. neque nunc vero ob
sideretur. nisi quod in urbibus male pacatis accidit. una pars ani
mi. quae factio sediciosorum civium obsidentibus faveret. vis
hoc malo liberari. purga animum tuum statim. servos enim castigare
neque hiis consiliis Senece neque aliis potes. te si velis componere. neo [?]
metuerit. pompas abige. pelle superbiam. ita enim vel fugabis
furorum inimicam aciem vel inminues. D. multis servis obsi
deor. R. bene si strepitus vel in aris querentur iactantia. sin obsequi
um aut iocunditas nil peius. servi et si boni sunt quod inter prodigia

v ingluvionibus manducoribus
i. diversis nuncupationibus

Terrentius.

N quomodo et qualiter
sit cum familiaribus vivendum.

numerem. numquam tamen multi bene seruiunt. inter se enim dis
sident. murmurant altercantur. alter ad alterius respiciens manus.
ipse interim ociosus. conplosis que suis sedens manibus. dum videtur indu
isse suum decus existimat. et nil esset honestius. quam nichil agere. amen
ta polliatus. de hijs namque nunc loquimur. qui falsa professione ue
tis ignaui negocium agentes seruicio viuli. non tamen uoluntarie
sed importune sese offerunt innumerabilis turba. sed vilis. qui cum
tot pateant artes. abiectissimam elegerunt. nempe illorum quos
non uoluntas propria. sed aliena uis. et sua sors in seruitutem traxit. ut
numerus rarior ita crebrior virtus. et uerior fides. nimirum aliud
est seruire uelle. aliud cogi. hij ergo fortune memores ut eos tem se
in omni statu prebeant neu virtutem cum libertate perdiderint. quod
inuiti faciunt. aliquando fideliter faciunt. cum id nequeant. quos
uolentes sompnus. uenter. gula. ocium. cupiditas. mali duces miser
iam deduxere. in quo mirum non est. si duabus suis student. atque
id agunt. quod sciant falsum. atque viulem titulum seruitutis assumpse
rant. Contra hij qui tale nichil quod sequerentur habuere. nam sciunt ac
fortunam. seque quod liberi fuerant serui ostendunt. et si fortassis de ta
libus intellexit. possum inoffensis auribus senecam audire. D.
multi dominum serui carpunt. R. multe igitur lites. multa iur
gia. multa bella. de re qualibet pugna erit noua cottidiana cir
uinna. proferantur ac purgentur. et tu medius inter partes se
deas oportet. iudex factus ex domino. non potes litigium domo expel
lere. litigantes potes. D. obsideor famulis sine quibus uiuere ne
queo. quid agam. R. si eo usque peruentum est. ut sine hostibus
tuis esse non audeas. paucitate illorum ac uilitate tibi consule.
pelle formosos. pelle comptos. ac callidos. pelle uel facie sibi pla
centes uel ingenio. uel genere. Inter paucos eosque hebetes atque
incultos tucius ages. non quia meliores. sed quia minus au
suri. quos velut yeme serpentes coacta uis uenenum atque u
tilis inertie torpor obstrinxerit. denique hec summa est. ut in seruo
sola quidem aut certe prima fides extimanda sit. siquid hac in
parte profueris crede michi. magno cum fenore uiciorum qualis
cumque illa breuis tibi ueniat uoluptas. quia sane per rara est fi
des. proximum remedij genus. ipsa quam dixi. paucitas. uilitas



que non plus habens boni. sed minus audacie. De seruis
iscesserunt serui. R. quorum mo ¶ fugitiuus. D.
lesta presencia erat. gratius debet esse discessus. nichil fer
me displicet. cuius contrarium non delectet. D. abierunt

serui. Ro. D. si redeant uideasque oculis. quod animo iam uidisti
quot illos uicia circumsistent. quot mendaciorum artes quot neq-
cie. quot doli. quot scelerum spes. quot furtorum. quid in hone-
as comitatum. limenque redeuntibus obstruas. meritoque grate-
as. tuam domum malis exhaustam. leuatamque ponderibus. D.
Serui simul omnes abiere. Ro. sicque cum illis cure graues. moleste-
que sollicitudines. metusque perpetui. Cogita quod implendi uentres
quot tegendi humeri. quot armandi. stringendique pedes uagi
quot acuti ungues obseruandi. dum te negocio liberatum dices
D. fugerunt serui. Ro. et cum hiis odia in dominum et contemptus et
murmura et querele. quin et execrationes. taciteque deuotiones i-
meriti capitis. quibus mixto furto caruisse. quis tam ambi-
ciosus. ut nesciat ascribendum lucro. D. diffugerunt serui. Ro.
quis umquam de fuga hostium questus est. Julio cesari superbie tri-
butum. quod hostem quem uiuum capere cogitabat. fugientem mestus
aspexerit. ac modestis uictoribus terga hostium uidisse satis est
quin et ipse alibi fugientibus parci iubet. sola hostium contentus
fuga. idem facito. et si tui hostes grauiore supplicio digni essent. fugis-
se sufficiat. atque illorum fuga tuam metire uictoriam. ablatam-
que tibi necessitatem uindicte seuerioris intellige. D. serui fugerunt. Ro.
sponte igitur fecere. quod cogendi erant. gratiam habeto. depellendi i-
nanes beluas. tibi demptus est labor. hic quereris. fugerunt qui
nisi fugissent. tu fugere debuisses. fugerunt qui fugiendi erant
aut fugandi. nunc tu liber. nunc securus. nunc domus tue dominus re-
mansisti. D. fugerunt serui. Ro. fugitiuos uindicandi ius est do-
mino. tu te dominum dissimula. ne uel hoc iure utere. si boni essent et
non fugissent. malos amisisse non iactura. sed questus est. ueneno-
sa animalia. cauius est uitare quam capere. D. serui me solum re-
liquerunt. Ro. uereque solum. uereque inopem. si ne solus sis fac
ut egeas comitatu. ita nec amari heres. nec te ipsum. Caue autem
serui ne igitur tui sine te esse ceperunt. tu sine illis esse non potes
Vide ne hoc ipso seruis tuis miserior sis. quod si forte non suos cogi-
tas sed precium. non desiderium inane sed turpis auaricia castigan-
da est. de quo satis est dictum. dum de amissa pecunia loqueremur.



icinum importunum. ¶ De importunis uicinis. D.
Sunt michi. Ro. uide ne tu illis importunior. D. gra-
ues uicinos perfero. Ro. multum cunctis in rebus
ualet opinio. leues finge. Ro. leues erunt. D. uicinos
malos habeo. Ro. multi suam culpam primus impu-

tant. Acutius aliena cernuntur. discutiuntur exactius severius iudi-
cantur. Suarum rerum nemo non et prius arbiter et prius iudex est. D.
acres amaros quod peius vicinos. R. Ne fortassis iniusticia sit vicini
non in re. fastidiosis dulcia etiam amarescunt. D. vicinos duros
atque superbos queror. R. multum sibi quisque permittit. nichil al-
teri. Hinc in iudicio rerum multiplex obliquitas et iuges offensi-
onum cause. et sepe inde culpa est. inde primum queritur sine ori-
tur querela. Quid nunc scimus an tu illis qui tam duri tibi viden-
tur. durus et tetricus et intractabilis videare. D. asperos patior vici-
nos. R. duplex est remedium. paciencia et fuga. Primum probo
ferendi artificio omnis mitescet asperitas. D. vicinos pessimos
ferre non valeo. R. Si nec ita proficias. quis te tenet. migra illinc non
ut procaces. ita et sequaces erunt. quod ferre non potes pondus excu-
te. et quem pugnando hostem pati nequis fugiendo evade. Quid re-
fert. quo te tramite tutum eripias. Nullum iter ad tranquillitatem
animi difficile iudicandum est. quod si sepe idem feceris. nec profeceris
scito culpam tuam esse. nec minus forsitan alienam. magna pars
litium vulgarium duos sontes. et si forte nocentiorem alterum. illum
habet innoxium. Civicus nempe politicumque et sociale animal dicitur
homo. Si verum tamen inspicitur. nullum nimis verum satis quod est
illud satiricum. Maiorem esse serpentium ferarumque concordiam quam
hominum. Siquidem ursi. apri. tigres. ac leones. denique vipere. a-
spides. cocodrilli. et ad summam omne animal preter hominem utrique sua
in specie quiescat interdum. homo autem nunquam. homo hominem premit
sepe atque atterit perpetuis bellis atque litibus inquietam sibi vitam pre-
stat ac proximo. Sic enim se res habet. ut ubi maior est locorum vicinitas
ibi maiorem videas distanciam animorum. Terra sine iurgiis ac
rancore vicina est. nemo unum nisi fallor. Arabum aut Indorum re-
gibus invidet. lippus est livor longinqua non aspicit. D. vicinis
obsideor infestis. R. Si penitus ab hac peste vis absolvi in solitu-
dinem te recondas. **De inimiciciis dolor.**

[I]nimicicias habeo. R. Fac ut iusticie sis amicus. nullum
certius presidium. verax virtus fortune minas calcat ac de-
spicit. D. inimicicie michi sunt. R. et cautior eris et no-
cior. multos inimicicie illustrarunt. qui obscuri mansi-
ssent si hostibus caruissent. D. hostes undique michi sunt
R. obstruunt ne invisibiles animorum hostes subeant vo-
luptates. non tam hostes tibi sors obtulit. quam custodes. ma-
lo malum maius arcebitur. D. hinc illinc hostibus premor. R.

illi quoque sine premuntur affectibus. estque apud illos ultor animus. isque
non unius partes facit. ira. metus. odium. inquietitudo. et nec diu
pacti penam eminus exigunt sic interdum ultio preit offensam. et
fortasse non secuturam. armabuntur. laborabunt. sudabunt. estua
bunt. anhelabunt. trepidabunt. et fortassis horum nichil ad te nisi
ti sepe quibus odiis sibi non aliis nocuere. D. est in pugna cum
hostibus. R. et illis secum et tu cum aliquanto cum hostibus quam cum
maius pugnatur. Quisquis alium odit. primum acie sue vulnus in
figit. primum non numquam suo corpori. nimia nempe cupiditas fe
riendi nocendique multos incautos. nudatosque dedit hostibus. sic
semper prima pars malorum in auctorem vertitur. interdum quoque noviss
sima. cum sepe interim sit illesus. in quem pernicies parabatur. D. Un
dique in bella consurgunt. R. numquam clarior sanctiorque fuit. populus roma
nus. quam dum multis ac gravibus bellis occupabatur. pax inicium
mali fuit. secum namque subiit libido. blanda hostis ac pestilens. D.
graves inimicicie michi sunt. R. magne inimicicie plerumque magna
rum amicitiarum fuere principium. D. habeo inimicos. R. habeto et
fidem simul et clemenciam. de reliquo quicquid evenerit. cura sal
tem ut humanitate sis ac virtute superior. sint et sua iura cum
hostibus. cum quibus ita rem gere ut amicos fieri posse non
dubites. Atque hoc sanius consilium scito. quam biantis. qui sic a
micos diligi iubet. ut inimicos effici posse memineris. quod dic
tum ab aliis communiter laudatum. nec michi certe nec tulio probatur. est
enim vere amicicie venenum. in odio cogitandus amor. non
odium in amore. longeque aristotelicum illud in rethoricis. Bian
teo consilio preferendum. non oportet ut aiunt amare tamquam odituri
sed magis odire tamquam amaturi. quod perfecto scribens aristoteles biantem
ipsum. calidamque eius ac malivolam sinam notabat. D. inimici
cias habeo. R. sed in vitiis habe. et armato semper in pectore cor animi
pacis habitet. atque ita bellum exerceas ut coactus videare. neu for
te odio succumbat humanitas. neu tam vindicte studeas quam
glorie aut saluti. Scis ut romanis infestior est hanibal quam pirrus cum
uterque hostis et prior pirrus italiam invaserit. at non delendi animo
ut hanibal. sed vincendi. omnibus certandum modis. ut in acti
quolibet vera virtus emineat. sic ut nichil bello queri aliud quam
pax honesta videatur. De erepta facultate vindicte Dolor

Erepta facultas eripitur ultionis. R. Cui peccandi eripitur
nichil eripitur. multum quoque tribuitur. quedam habentibus
eripi lucrum est. ea ne habeantur obstare lucrum magis. D.

facultatem ulciscendi perdidi. Ra. Felix iactura quod nocere amisis
se. D. Ab optata et sperata ulcione prohibeor. Ra. Primum erat nolle
male agere, proximum prohiberi. D. Necesse est occasionem ulciscendi ob
mittere. Ra. Si pulcerrimum uindicte genus est nolle ulcisci, pulcer
rima est necessitas non sinens ulcisci. Virtutem amplecti optimum, pro
ximum est compelli. D. Ereptam michi uindictam doleo. Ra. Veniet tem
pus cito forte quod gaudeas. neque aliter accidisse ullo modo uelis.
Quidam atque coacti uenerunt, uelle ceperunt et amare, et de necessitate
consensus oritur, dumque uoluntas fieri incipit, desinit esse necessi
tas. D. Videbar ulcisci posse nec potui. Ra. Non posse malum agere
potencia magna est, nempe que omnipotentis est propria. D. Vindicta
michi presens excidit. Ra. Colubrum tibi e manibus excidisse
credito. Vide ne iterum subrepat. Nichil hominum tam contrarium quam
inhumanitas. Per hanc enim homo ee desinit, id quod sic esse in omen
indicio est. Nullus morbus tam contrarius, ne mors quidem. Illa secundum
naturam accidit, hec autem contra. Sentire in hominem inhumanum contrarius meri
tum non oportet. Exulcerati animi meta est sequi et perpetui doloris
memoria nature communis obliuisci. D. Me ulcisci uetitum in perpetuum
dolebo. Ra. Forsan in perpetuum gaudebis. Quocies putas post inimi
cicias depositas et in gratiam reditum contriuisse aliquos in amico
rum amplexibus cogitantes. Huic ego perditum uolui et in
terdum a successu impio parum abfui. O sors optima, inquam, in
piam partem consilium crudele uertisti. D. Iustam iram exequi non
sinor. Ra. Iustam iram uix inuenies, cum sit scriptum: Ira uiri ius
ticiam dei non operatur. Et rursum ab altero: Ira furor breuis est.
Optimum igitur non irasci, proximum non ulcisci, sed frenare iram ne
animum rapiat quo non decet. Tercium est ulcisci non posse etiam si
uelis. D. Pulcra michi preripitur uindicta. Ra. Pulcrior uenia relinqui
tur, et pulcerrima omnium obliuio. Hec inter omnes principes Iu
lium Cesarem illustrauit. Innumere et ingentes uiri huius victo
rie gloriosissimi sunt triumphi, incomparabilis rei militaris excellen
cia, altissimum ingenium, preclara eloquencia, nobilitas generis, for
ma corporis, et inuicti animi magnitudo. Cum cuncta collegeris, nil
in eo clarius clemencia et offensarum obliuione reperies. Que
quamquam sibi materiam mortis attulerit, ut iure Ciceronianum
illud insimulere caueretur. mem seruasse ut essent qui me perde
rent, ex quo tamen necessario moriendum erat, potest quodam
modo tali ex causa optabilis mors uideri.

De odio populi. Dolor

Populus me odit. Ro. habes quem predixeram popu
laris finem gratie pro dilectione odium. D. populus gratis
odit me. Ro. miraris quod sine causa odit qui sine
discretione dilexerat consequens hoc illius. unde mo
destia exulat ibi regnare impetum est necesse. D. odit
me populus. Ro. hec belua in utrumque prompta est sequens
officio. vulgi amor levis. odium grave. D. populus
michi succenset. Ro. ab amante plausus. ab irato
populo pernicies. in par periculum ac spes. D. populo odio
sus sum. Ro. nichil impetuosius stultorum turbis ubi
in famam singulorum publicus furor et furorem publicum
singulorum rabies impellit. alterque alterum trudit. nilque pericu
losius quam incidere in illorum manus. quibus pro iusticia sit
voluntas. pro maturitate precipitacio. D. odit me populus. Ro. non
amasset utinam non novisset. quidem amor malorum odio similis
utrumque anceps. sola ignorancia tuta est. D. populo sum invisus
Ro. populus odiosus leniendus aut linquendus. De invidia dolor
In videtur michi a multis. Ro. prestet invidiosum esse
quam miserabilem. D. invidia exerceor emulorum. Ro.
Et quis unquam virtutis amicus exercitio hoc caruit. per
curre animo omnes terras. omnia secula. cunctas istorias
evolve. vix insignem virum hac immunem peste reperies
Nolo nunc narracionem ingredi. que nos longe nimis
a proposito distrahat. sed si aliquid meministi. omnium que
legisti. non poterit tibi ignoti esse quam plurimum. quorum
comitatu non tantum consoleris. sed etiam glorieris. D. invidet michi.
Ro. linque honores et officia publica desine incessu elato et sup
bo comitatu. per ora civium volitare. sequestra te ipsum quantum
potes ab oculis multorum. nec vultu. nec verbo. nec ~~digito~~ habitu. nec
digito te notandum prebeas. vulgus et livor in plateis habitant. si
cut et mala ferme omnia. Quidam hostes. nullo melius modo quam
fuga vincitur ac latebris. D. et profugum et latentem livor in
sequitur. Ro. tolle mali materiam. malum omne substuleris. nimiis
opibus modum pone. quicquid eximia specie inflammare animos potest
vel abice vel absconde. siquid est quo carere nolis aut nequeas
modeste utere. invidiam quam insolencia exasperat humilitas lenit
sunt que illam extinguant. efficacia quidem sed morbo ipso peiora
remedia. miseria scilicet et infamis vita de quorum altero dictum est miser
iam solam invidia carere. de altero socraticum. illud invitogi

ti enim Alcibiadi Quibus modis in invidiam declinaret. Respondit so
crates Et vive inquit ut thersites. Cuius vitam si nescieris in home
rica legis yliade. pronunciatum plane socraticum risum. non est enim
consilium ut in invidiam vites. virtutem vitare. Sciensque est Achillem cum in
vidia. quam thersitem sine. quis nisi illud optet. magnos interdum viros
ut secum viverent et virtutem ad tempus et ingenium occultasse. D. Invident
michi. R. Invidiam nisi vel ignavia vix evades. quod si sic evaseris
in contemptum incides. utroque caruisse difficillimum. D. Invidia multorum
premor. R. Est ut perhibent calcande aliud iter invidie. per excellen
tem gloriam. sed per ~~[illegible]~~ raro vestigio signatum. ita ut plures
hoc calle gradientium in id quod fugiunt relabantur. De contemptu. D.
Sed contemnor. R. Si iuste quidem est non iniquior quod
doleas. feras tamen. alioquin quod est rideas. nichil enim
est ridiculosius. sed nil crebrius quam contemni sapientem
ab insanis. D. Spernor. R. Etiam hoc verbum unum. qua
tuor bona esse dixere aliqui. Spernere mundum. spernere
nullum. spernere sese. spernere se sperni. hoc tibi ultimo
opus est. D. Spernor a multis. R. Si maioribus fer. si
paribus patere. illi suo iure utuntur. fere namque sunt contemptui
minora maioribus. hii se contemptu efferunt et maiores fieri. quoniam
aliter non possunt. hac tentant via. Sin minoribus sine illos insanire
neque magni facias contemptum. qui illis infamie. tibi sit glorie. Spre
vit Achillem thersites. de quibus nuper diximus. Homerum Zoylus
Augustinum. Antonius Virgilium. Evangelus Ciceronem. Calvus. et
quod ex evangelio didicimus. quodque est maximum. Herodes pessimus
miserrimusque hominum Christum sprevit. Quid vel contemptis hoc nocu
it. vel contemptoribus profuit. D. Spernor et irrideor. R. Irrisum nes
cio quid et histrionicum inesse animis solet. eoque magis quo minoribus
quid minus est opus. alter alterum irridet. D. Spernor ab aliis. R. Re
cordare an tu alios aut spernas aut spreveris. hic est mos humanus
spernere et sperni. mutuo nos invicem odio. mutuoque premimus contemp
tu. et multis aliis esse venerabiles neminem venerantes. placere volumus
multis deo. cuius operum nullum nobis placet. eo quo placere debet
modo. in quo preclare quidem in Cicerone si preclarum aliquid sub deorum
nomine dici posset. minime inquit convenit. cum ipsi inter nos viles neglec
tique simus. postulare ut diis immortalibus cari simus. et ab hiis
diligamur. Illud ergo preclarius Malachie prophete. Numquid non pater
unus omnium nostrum. Numquid non deus unus creavit nos. quare ergo despiciat
unusquisque nostrum fratrem suum. D. Spernor pariter fero. R. Et si nemo sper

in uelit· multa cupiant timeri· multo tamen securius sperni quam
metui Itaque quod ait anneus in epistola quadam· non minus contempni
quam suspici nocet· non admitto· illud ab eodem dici· alibi rectius
extimo· periculosius timeri esse quam despici· proinde cum ueteri sa
pientum ecto· tria hec uitanda didiceris· de quibus totidem continu
is tractibus egimus· et sint mala omnia· haud dubie tamen minus
malum hoc ultimum· quamuis ignobilius· nec deest suum unicuique re
medium· odium obsequio lenitur· liuor modestia· contemptus anima
cis illustrium et honestis artibus· ac uirtute· Nemo primum bruto contemp
cior rome fuit· nemo minus postea· age et tu bonum magnumque ali
quid· quo contempni nequeas **De promissi muneris tarditate. D.**

Rerum promissa non complentur· Ro· quid singula
riter de hoc quereris· quod omnibus est commune
Nulla quidem res magis munus inquinat quam
dura fronte et lenta dilacio· sed hic est mos· cito uul
tis accipere· tarde autem dare· ad illud alacres· ad
hoc mesti· ad illud rapites· ad hoc segnes· ingra
titudinis duplex radix· duplex materia querela
rum· dum et illos mora· et celeritas hos constringit· D· multa mi
chi promissa sunt· nichil impletur· Ro· magnis promissoribus
minimum fidei esse debet· Nota uanitas· Note blandicie· Nota
hominum mendacia· multa tibi unus aliquis promisit· sufficiat pro
misisse· quere alium qui promissa impleat· non potest unus omnia
facere· fecit hoc promissor ut eum interim diligeres· D· quod michi
promittitur non fit· Ro· duarum cupiditatum potencior est que te
net· quam que poscat· D· o· quot ille pollicitis habundabat· Ro·
aut irridebat· aut ad tempus diligi uolebat· ut dictum est et for
te dum tibi multa promitteret· unum aliquid a te poscebat· quod
uel magni precio mendacii bene partum extimaret· sepe autem
qui diuites sunt uerborum· esse inopes rerum nosse debueras·
D· o· quam multa michi promissa sunt· Ro· si michi credideris
multa promittentibus· nichil credes· **De repulsis dolor**

Repulsam passus indignior· Ro· uis ne igitur quecumque
poposceris adipisci· ita ut negari tibi nichil possit·
uide ne intollerantie superbie sit hoc uelle· ademi
nisse magni pompeii decuisset· quo nescio an cuius
maior umquam fuerit· de quo tamen scriptum est· quecumque
dari uoluit· uoluit sibi posse negari· quam multa
cesaribus super humanam magnitudinem· summo·

etiam imperio gloriosis negata cognovimus. et tu graviter unam
aut alteram fers repulsam. denique quam multa cottidie deus postulat
ab homine nullius rei indigens. nec impetrat. D. non possum equo
animo repulsam pati. R. an petendi tibi arrogas licentiam et ne
gandi aliis eripis libertatem. quid quod sepe indigna peticio. dignam
repulse prebuit materiam. quid quod etiam petenti sepe repulsa utilis fuit
cui quod petierat impetrasse dampnosum erat. D. iniustam pacior re
pulsam. R. si iniusta est repulsa. iusta ergo peticio. gaude animus
tamenque potius culpam esse quam tuam. D. unde non merui repulsam tuli.
R. multi se meritos magna putant. unde penitus nil merentur
hinc repulse dolor. hinc querele iste. quibus orbis terre et omnis
vita hominum plena est. D. pudendam pacior repulsam. R. puden
dum nichil preter culpam. que pudorem tibi inferre poterit. quod tui
non erat arbitrii. D. repulsam pacior unde non credidi. R. cre
dulitas inepta est. certa autem res. non posse quod petitur negare. non
est liberi sed servi. non posse repulsam pati. non est civis sed tyranni. D.
optate sperateque rei passus sum repulsam. R. si quicquid spe
rant cupiuntque homines assequerentur. dii essent omnes. tu vero ut
indignaciones multas ac dolorem fugias repulsarum. disce et
optare possibilia et honesta. non assequi velle quicquid inconsulti
et inexplebilis appetitus optaverit. quicquid spes vana sugges
serit. D. non tantum repulsus ego. sed indignus mihi antepositus fuit.
R. et quociens indigni dignissimis preferuntur. et quociens indig
nos indignissimi iudicantur. alienarum severior suarum quisque fit
notabilis rerum iudex. multi se indignos dicunt. pauci credunt.
D. parve rei pacior repulsam. R. multis parva negata. magna
ultro oblata vidimus. si repulsis compensentur munera fortune
lances equabuntur. sed vos illas indignacione augetis. hec oblivi
one ac dissimulacione minuitis. D. dignus eram ut arbitror non
repelli. R. ut sic ita an tu omnia pro dignitate hominum dari exti
mas ac negari. utinam ita esset. ut et plures bonos spes premii
et pauciores malos faceret metus pene. sed non ita est. amor. odium
spes. cupiditas. affectus iniqui cuncta permiscuere. in te uno for
tune stilum publicum vis mutari et non te potius ad communem
cursum humani moris inflecti. D. quanto indignior michi antepositus est
competitor. R. et lucius flamminius. mox ob indignum facinus in
dicandus. et ordine senatorio amovendus. Scipioni nasice pre
latus fuit. viro omnium optimo. senatus et populi sententiis iudica
to. et vacinius catoni illaudatus laudatissimo. non populi animo

simulque hostium iudicio. sed toto etiam ciceroniano volumine quod
hic dices. ut sint grauia non sunt noua que pateris. D. multum spe
rabam. modicum non mereor. R. ut multum quoque merearis. di
xi iam. non omnia promeritis dari. quid quod semel negatum eidem id ipsum
mox concessum vidimus. quod in ipso de quo loquor scipione accidit
repulsarum duritiem sepe primarum virtus infregit. testes sunt. Emi
lius paulus Metelus macedonicus. lucius mummius. qui consu
latus repulsam passi omnes hi demum speciosissimis consulatibus ac
triumphis postmodum honestati suis ciuibus quibus contemptui fu
erant. spectaculo fuere. numquam ad id peruenturi si repulsas populi lamen
tis potius acerbare. quam virtutibus superare voluissent. lucius silla
quamuis in fine ciuilibus discordiis irritatus. famam suam nota cru
delitatis infecerit nobilitate tamen et gloria insignis ciuis non con
sulatus. sed pretura tanto minoris rei repulsam cum tulisset. summam
rei publice post adeptus et preturas et consulatus et imperia. non tamen
consequi potuit. sed donare. non debet repulsa spem auferre. sed afferre con
solicitudinem. ac virtutem acuere. que nil tam asperum. quod non leniat et
Idque etiam si quando non fecerit non tamen ideo deserenda est nec propter aliud quam
propter se ipsam. suumque proprium finem culta videatur. denique hii repul
sas suas forti animo tulere At publius rutilius. repulsa filii audita
quam passus erat in peticione consulatus. statim morte obiit repen
tina. elige utrum sequi malis. De iniusto domino dolor

INiustum dominum patitur res publica. R. sed fortassis id
merita et scelus scelerum est debitum. non solum apud
inferos. sed ubique sunt iudices. ubique iustitia suum opus
exercet. et si sepius contegitur. interdum apperit. verumque
re ipsa fit quod scribitur. utique est deus iudicans eos. interim
demones ex hominibus fieri. Quidam opinati sunt. pecca
tricium licentia. precipueque libidine. quod ut forte tol
lerabiliter dici sit. malarum voluntatum similitudo efficiat. quia homo
malus. atque in malis obstinatus. pene demonem equat. cum se
ntencie si recipitur. illud fortasse non dissonum erit. ut permissu
diuine iustitie demonem demon premat qua in re illud duntaxat
ut videtur est miserum. quod non numquam sceleratorum suppliciis miscentur
innoxiis. et nimis verum crebrumque deprehenditur illud Flacci se
pe diespiter neglectus incesto addidit integrum. quod ipsum non sic
certa. licet nobis occulta iustitia dei. sicut indubitata fide credit
D. crudelem dominum perpetimur. R. crudelitas mala quidem et na
ture hominum aliena. sed utile magis et lasciuienti populo frenum et pauor

iudicium qz oriens. amare iussis expedit et timere. Quicquid id
quidem sit. nemo tam d trux dn̄s. ut nō truculencior sit voluptas
p̄speritatis comes ac filia. male agentibus nichil peius quam se
curitas ac libertas. qui nichil metuit primus ē ruine. D. unq
unum dn̄m i fausta plebs patitur. Rō nullus in arce misera in
plebe miserior quam tyrannus. qd̄ si dubitas dionisium ɔtē
plare. Ille uir impbus nec indoctus. de se ipō suaqz tyrannide
quid sentiret. apertissime p̄dentis supra amici ūticem gladij
cuspide declarauit. nota est ystoria. Timet plebs tyrannum
et tyrannus plebem sic reciproco pauore se cruciant. hoc refert
qd̄ miseria plebis apparet. et tyranni latet. nō tamē minus af
fligit purpureo uelamine tectum uulnus. neqz minus grauat
aurea ɔpedes quam ferrea. ē et sua ut in sordibus. itaqz in fumo
sic in lautijs ac splendore miseria. Aurea quidem tyranni uestis
extrinsecus. ob ūte illam. ardentibus intus aculeis plena est
ita ut uides. nō penitus aut impune seuiūt tyrani. aut i ul
ta plebs p̄mittitur. D. inclementissimus ē nobis dn̄s. Rō. non
tot passi eēnt dn̄i. nec tamē late furerēt. nisi ppli insanirent
et cuiqz animum pse carior foret res p̄uata quā publica. volup
tas quam glā. pecuā quā libtas. uita quā ūtus. D. unum dn̄m
seua fert patria. Rō. at nō unum sz triginta simul. illa nobil
legum mr̄. grecieqz lumen alterum athene. D. pria dn̄m unū
fert. Rō. multos autem roma. Quis gallicu(l)as nesciat. ac nero
nes. et domicianos. et comodos. et heliogabalos. et galienos. et
Bassinos. ac ne singula i pery pbra exequar. maximinos. et pie
tatis hostes. Julianos ac decios. Sardanapalum. asyria pertulit
Cirum persis. Alexandrum grecia. atqz asia. reges dictos. uere
autē tyrannos. acerrimos et i mites. Tulit et dionisios sicilia.
Phalaridem Agatoclem. lacedemon. Cleomenem. Nabidemqz.
quē agri argi quoqz perpessi. femineamqz uxoris auariciam. que
uiro ipō rapacior. suo in sexu tirannidem miris modis exauxit. Sz
quo feror. quis aut ueteres. aut nouos numerēt tyranos. qui tā
multi hodie. tamqz alte hinc suis opibus ac potencia pplorū
illinc moribus ac dementia radicati sunt. ut nec iuuari iam ua
leant. nec euelli. neqz minus apud uos. quam apud egiptios
aut medos libertate pessundata atqz sepulta. ūsa finitus i nam
sit. sic ut pars maior pplorum. sz tirannum si nō heat. quesitura
precio. emptura seu p̄cio uideatur. usqz adeo p̄res urōs eē. qd̄ na
ti erant pudiut. uos enim pene oēs in fumo nati atqz educati

ut doloris antiquam· sic nouam querele materiam non h̄etis. D.
potentis dn̄i graui p̄mimur iugo· Ro· aristophanis poete utilis·
fabella· que monet non nutriendum in urbibꝫ leonem· tamē
si nutritus fuerit· obsequendū illi ēē· nec tyrannidis n̄ale malū
i paciencia cumulandum· quāqꝫ ipē feceris potenciam detrectan
dam· raro equidem tyrannus absqꝫ culpa ciuium surrexit ī ppl̄o
uetus ē autem uerbum· ede qđ nutristi. D. dn̄m īportunum patim̄
Ro· si oīs p̄tas a deo ē· seu ad bonoꝝ exercicium· seu ad maloꝝ pe
nam· par ē in diuino imperio te subiectum sencias· nō hūano
cuius si minister i iniquior uidet'· paciencia fortassis efficiet ut mi
tescat· nec ē ullum tam ferox ingenium ut nō obediā· ⁊ obsequi
o lenietur· uel ferendum denīqꝫ uel ponendum ē omē qđ p̄mit· ne
pe nichil ē tercium p̄ter i pacienciam· que ut dixi molestiam nō
minuit s; acuuat. D. malus nobis ē dn̄s· Ro· omīs uos unum
h̄etis notum hostem· ille mltos h̄t i cognitos· periculosior status
D. dn̄s nob' ē pessimus· Ro· s; nō erit diu· si p̄bis bn̄ uisum ē ui
olentum nichil ēē diuturnū· ⁊ sane si uel unum prīa cure bonum
h̄eat· malum dn̄m diucius nō h̄ebit· De indocto preceptore dolor

Est michi p̄ceptor i doctus. Ro· ⁊ si doctum facere nō
possit indoctus· uerumqꝫ sic cōē illud· signum sciētie
ē posse docere· sub indocto p̄ceptore tamē doctus
aliquis fieri pōt· uel per se ipm· uel qđ ē uerius in
fluencia celesti atqꝫ inspiracione· ⁊ ut ciceronis u
tar uerbo· aliquo afflatu diuino· sine quo nec doc
tum certe nec bonū uirum fieri posse credendum ē
hoc enim non solum uera religio sentit· s; gentilis quoqꝫ p̄he
sentit auctoritas. D. indoctum p̄ceptorē nolens audio. Ro· at
celestem p̄ceptorem audi libens· qui fecit aures tibi· nō has tm̄
quas uidemus· s; inuisibiles alias intus in aīa· illum audi q
docet hoīem scienciam· sicut scriptum ē· quo in super tacente· fru
stra p̄ceptor quicumqꝫ mortalis· ēt ius doctissimus laboraret.
D. p̄ceptorem indoctum egre fero. Ro· uel ab illo fugiēs alium
quere· uel ad te ipm redi Et memento epicurum· sepe a cicerōe
licet irrisum· uisum tm̄ senece magnū uirum· nō indoctum nō
p̄ceptorem h̄uisse s; nullum· ut gloriabundus idem ipē commemo
rat· Augustinum uero qđ de se ipē testatur· cui nō oīa credere ne
phas ē· ⁊ aristotelicas cathegorias· que inter difficillima nūman
tur ⁊ artes liberales· quas singulas a p̄ceptoribus didicisse ma
gnum uidetur· nullo hominum tradente ut idem ait· omēs in

tellexisse. Nouissimumque bernardum uirum doctrina et sanctitate
clarissimum. omnes suas litteras. quarum inter cunctos sui temporis habun
dantissimus fuit. in siluis et in agris didicisse. non hominum magi
sterio sed meditando et orando. nec ullos unquam alios. ut de se ipse e
tiam ait. preceptores habuisse. quam quercus et fagos. hec si ficta sunt. cer
non uera fieri possunt. quod nisi sic esset. quid fecissent primi hominum
quibus nec preceptor ullus erat. nec reperti aliquid. mirando igi
cogitando. assurgendo et ingenium acuendo. ea ipsa que uos cer
omnibus preceptoribus uestris uix intelligitis inuenere. Aude et tu
aliquid. teque magnis inserere ne diffidas. si mortalis defuerit.
eternus adest preceptor. a quo sunt omnes et omnia. ille fecit inge
nia et scientias et magistros **De indocili discipulo ac superbo doctore**



Discipulum habeo indocilem. Ratio. perdis operam. litus a
ras. semina spargis. natura non uincitur. Dolor. Discipulum
indocilem sors dedit. Ratio. terre aride colonus solue
boues. quid te torques. illi parce et tibi. cum tot sint
labores necessarii et inevitabiles. superuacuos que
rere stultitia est. Dolor. discipulum habeo tardum indocilem.
Ratio. si docilis est uitium illic iuxta melioribus illum
artibus ornaueris. quod si neutrum capit uacuum sine. ne ue quid i
partusum uas effunderis. quod neque ibi subsistat. teque iugi tedio ex
hauriat. sic habeto enim. omnes qui sunt. quique erunt. aut fuerunt uiri
tibus aut doctrinis clari. non posse unum ingenium attendere in
aliquem intus in animo scintille sint. que preceptoris spiritu excitate et ad
iute. gloriosum discipline fomitem accipiant. Alioquin algidum in
cinerem nequicquam fabis. Dolor. Intractabilem discipulum ac superbum
habeo. Ratio. superbia hostis est ingenii. dumque subesse dedignatur et disce
re negligit. discipulus insolens eget manum ferule subiciet. doc
trine animum. reprehensionibus aurem. collum iugo. Dolor. habeo perspicacem
te timendum disciplina. Ratio. timor oculorum usui. timor ingenii ani
nocet. ut disciplinis aditus fiat. comitanda est dis elatio. sic ut alexan
der macedo. cum aliquem mathematicis animum applicasset et geome
tricam sibi quedam obscurius ille traderentur. difficultatibus offen
sus preceptori imperat. ut id ipsum clarius tradat. Et quid ille respon
deat. hec inquit eque omnibus difficilia sunt. ut scilicet omnem illi spem
regii fastus excuteret. Hic est enim circle. nulle sunt fortune partes
in ingenii rebus. quisquis doctus ac sapiens fieri cupit. obliuis
catur se interim potentem. Dolor. discipulum rudem elatumque habeo. Ratio
contemptum adiuso flumine nauigas. contra garbasa terram pete.

D. contumacem habeo discipulum protervumque. Ro. non arenam
tantum fodis sed serpentem nutris. aconitum ex collis hostem doces. D. du
re cervicis discipulum instruo. Ro. surdo canis sed sic est hos clamor hos
silencium delectat. potentissima semper in rebus omnibus consuetudo est
viden ut piscator tacitus. clamosus venator. at clamosior aliquanto
scole arbiter quam silue. D. duricordem discipulum nactus sum. Ro.
sepe scalpus ursi caput mollias quam hominis. quid vis autem. est in
fabulis lupum. ac vulpeculam literas didicisse. nam elephantis
studiosi non anilis fabula est sed inalis ystoria. et hic tuus forsitan
studio iram leniet. Apud me autem una fere pastoris et preceptoris
vita est. nimium nisi uterque a convictu tandem mores traxerit. ille
beluas regit. hic pueros. De noverca. Dolor

Novercam habeo. Ro. ergo et patrem. sic sunt ferme
res humane. tristicia letis et amara dulcibus tem
perentur. atque utinam ex equo inpermixtum hic
dulce non habitat. D. iniusta est michi noverca. Ro.
Non inepte virgiliano epiteto uteris. quanto autem
illa iniustior tibi. tanto in illam ut sis iustior
enitere. D. noverca michi superbissima est. Ro.
et femine proprium superbie et noverce est si gemine cause unum
pariunt effectum. non est quod stupeas. est quod feras. tecum et plurimum
sit et filium bonum probes. D. superbissima est noverca. Ro. nulla
re. quam humilitate vincitur superbia. D. novercam ferre nequeo
Ro. at fer patrem. si hunc valde diligis. facile illam feres. D. no
verca impia atque importuna est michi. Ro. esto illi pius. ac paci
ens. pietatem patri debes. pacienciam femine. reverenciam no
verce. D. insolens est noverca. Ro. noli pati ut potencior sit illi
insolencia. quam pietas tua. nichil durum. nichil arduum est
pietati. hec ad deum homines erigit. deumque ad homines inclinat,
quociens noverca sevierit non tu illam. patrem cogita. D. iniuri
osa est noverca. Ro. muliebres iniurie contempti melius quam
ultione plectuntur. D. Quem pacior novercam. Ro. bene ais pacior
Suetum ferre eum et mulierculam pati non posse. non est viri. D.
odit me noverca. Ro. ipsam ama. nam et inimicos diligere divi
num est preceptum. et amare ut ameris phisicum consilium. D. noverca
ca me odit. Ro. si patrem tuum amat satis est tibi. odisse privignos a
matricem pro filio non licet. sin et illum odit. quem non oderit
nam si alterum plus quam virum amat. tu ille ne fueris. D. nimis
odit me me noverca. Ro. nimius malum forsitan noverce odium

quam nimius amor. fecerat in nostri ⁊ r politicum. certe odium qd̄ illa
sit nephas. leniendum aut fugiendum. aut ferendum ē. nichil ē ꝯtrari
querele sepe odium exaggerant **De duricie paterna** **Do** **lor**

Durum parentem. Ro. duricies pr̄is sepe filio salub's
semper dampnosa mollicies. nō lingue tm̄. sꝫ nec
ūge parcendum docti ꝯsuluit. hys duob' maior inne
nilium ꝯstat īmp̄mis cura. que si frustra ꝯ̄tarioribꝰ
morbis. ꝯ̄taria remedia adhibentur. ab dicatō ⁊
carcer. quin ⁊ more ueteri romano. ad extremum
supplicia ⁊ mors. qd̄ nō ꝯsules. nō ⁊ duces quibꝰ
imperium in omnes publici officij p̄staret auctoritas. sꝫ priuatos
illos p̄scos. ac seueros pr̄es. quibus sola pr̄ia p̄tas. ius in filios ꝯ
daret. sepe acerrime obseruasse legimus. in quibꝰ maxime cassij
⁊ fuluij nobilitata seūitas. hij tu nimius blandum pr̄em durum

pacior

dic. D. pr̄em pacior durum. Ro. qualē putas ille te passus ē pu
erum. qualem ue deinceps adolescentem. difficile id quidē p̄sua
dere. hys sibi ualde placentibꝰ. sꝫ crede michi nichil durius quā
etatis illius in ꝯditos mores pati. D. pacior durum pr̄em. Ro. qd̄
si durus es filius. dura duris efficacius leniuntur. ⁊ sepe medi
ca melior deformior ē acritur. D. pr̄em durum h'eo. Ro. si pr̄ uer⁹
ē diligit. si diligit nō que mulceat. sꝫ que prosint cogitat. D.
durissimus pr̄ est michi. Ro. que tibi durissima. illi forsitan uti
lia uidentur. cui ⁊ certius iudicium ⁊ incorrupcior ē affectus. adole
scencia nō nisi que sub oculis sunt metitur. etas maturior mul
ta circumspicit. D. pr̄ ē michi durissimus. Ro. uide ne tu illi duri
or. ut dum ille dedecori tuo obstat. tu illius uitam. perditis mo̅i
oꝝ ut dum ille dedecori tuo obstat tu illius uitam perditis mo̅i
bus inquietes. D. p̄ durus pr̄ ē michi. Ro. qui salutem filij neg
ligit. ille demū durus ē pr̄. ⁊ si fronte mitissimus. at qui filiū ad
rectum iter trahit. ope incrrepitans. uł inuitum coḡes quāuis
seuerior sit aspectu. durus ē minime. fructuosior filio seueritas
pr̄is solet ēē quā comitas. D. durus ē pr̄. Ro. superaluꝫ pr̄mum
zelus. dolor. metus. etas excusant. D. durum pr̄em egre fero.
Ro. quid si qd̄ in mltis sic affitis iure accidit. ferre duriciem co
gariis alterius. quid si ip̄e ꝯtumacis filij pr̄ ēē incipias tunc in
telliges. quam suaue pr̄is iugum ⁊ quā iustū sit imperiū. nūc
non nisi unum intelligis. qd̄ delectat. inq̄ hoc uno iudicium tuū
h'es. nō delectacōe aīi. sꝫ titilacione sensuum circūuenti. D. durus
michi pr̄ ē. Ro. ut sit durus. illum tibi. nō te sibi iudicem dat nā
quā seculi lex ciuilis. castigatores pentum filios erubescat. pudeat

te audere quod nulli filio licere legem prudiuit. sine de te iudicet q
te genuit aluitq. tu de illo iudicium linque alijs. premiq. si uere
laudis nō ē capax. de toro saltem silencio ueneraŕe. D. durus ē
pr moribus. Rō. nō arguendi mores prum s ferendi sūt. mich
turpius in alexandro sonat. quā qd nō dicam ouicijs attētas
se. s prīus laudib i uidisse uisus ē de pr̄e ul glose loquendum
ul tacendum. D. hēo durum prem. Rō. hēs ubi amorē. ubi pudo
rem. ubi obedienciam. ubi paciam tuam plres. nullū in terris im
perium iustius. quā pr̄is. nulla honestior seruitus quā filij. Tu
tam suū cuiq ē quā filius prī. nil cuiq indignius eripitur. s uos
rapiti atq intempestiuo desiderio subeē nati. p ēē cupiscitis. sic
a patribus uos aufertis et prum uobis imperium usurpatis. dupx
indignitas ita fit ut i solencia iuuenilis undiq rerum turbet of
ficia. hinc forte phibita de prum asperitate querimini. uēo dig
iudicio. quib omnia liceant. ob id unum qd nati ēē estis et pla
cere uobis ad speculū didicistis. tum demū cū p ēē ceperitis sen
situri. quā id uobis turpit ante tps optatum ēēt. D. rigidus pr ē
michi. Rō. quid si prius ē rigor pr filio rigidam pietatem. prī fi
lius obsequium reuerēs. obedienciam q humilem debet. de mālio
torquato i istorijs et apud tulium legisti. ut pr indulgens i pa
trem. idē acerbe seuerus i filiū fuit uulgi forte iudicō rep hensus
in altero. ab incorruptis extimatoribus i utroq laudatissimus
tanta diuersitas rerum ē. D. pr durus ē m. Rō. sero bona ura cognosca
tis. o. mortales. at cū nosce ceperitis. nimis agnoscatis. hinc et
pñcia fastiditis et amissa lugetis. alterum superbe nimis. alterum ni
nimis humilē. et ubi agende grates et ubi hñda paciā. utrobiq q
rimonie. nusq equanimitas sic inter inq hoies grati estis. D.
durus ē pr michi. Rō. ueiet tps. qn huc ipm prem suspires. nec
responsurum uoces. et qui tibi nūc uidet saxis durior. plumis mol
lior iudicatur. D. durum prem hēo. Rō. prem dum huc nō
agnosces. De contumace filio dolor

Habeo filium cotumacem. Rō. equum ē ut qui prēs
ferre nō poteras. filium feras. utiq scaniam giuo
rem. magis aīum pmit. p̄ugit q aēus superbi fi
lij ūbum unum iracundiae platum. quā seueri
pris quecumq duricies. ille enim in iuriam fa
cit. hic suo iure utitur. D. filium hēo rebellatem. Rō.
impudenē deinnor rebellione cōqueritur. qui
maior iusta cotempsit imperia. D. filius cotumax

est michi. Ro. tandem fortassis intelligis. quid tiuus ille taz dy
rus pr̄ uisus ē tibi. D. filium patior insolentē. Ro. si etatis ē ui
cium. cum etate transibit. multoꝝ ferox adolescencia pgressu temporis
ad uirtutē mirificis prouectibꝫ flexa ē. D. rebellem filiū habeo. R.
Non solus et Dauid. et Mitridates ponti rex. et Seuerus imperator roma
nus rebellantes filios habuere. et multis post seculis britannia pace
regni ut fama loquitur turbauit regij adolescentis in patrem concitata
rebellio. sed quisqꝫ sua deflet incommoda. nullus aliena uel publica. D.
impius ac rebellis ē filius. Ro. magna tibi porcio paterne molestie
dempta ē. mortē filij timere. D. habeo ignauum et inhertem filiū. R.
nescis ut affricanus ille uir magnus dissimillimum sibi filiū lon
geqꝫ degenerem amauit unice. et profecto maior nō dicatur amor. sed
miseratio detur ei. quē minus adiuuat natura. nullius rei eget. qui
uirtutibꝫ diues ē. quam indigencia uere miseros. ac perinde miseri
cordie egentissimos faciat. Tu in filio et si nō uirtutem. ama qđ filius
si nec id quidē. at qđ homo ē. postremo si nichil ē qđ ames. misere
propium patris ut seueritas. sic misericordia ē. D. perditus filius est.
uite. Ro. pondus infaustum eoqꝫ grauius. quā dum ferri pōt nequit
abici. perfer. et qua datur corrige. sic enim aut filiū correxeris. aut cer
te patrem egeris. hoc tibi debitum. illud optabile. D. impius inhu
manus. intractabilis ē filius. Ro. siquidē mollities ac uoluptas
in perfidiam ac scelus erupit. uenenosum aut exigendum do
mo ē. neqꝫ ubi sit quid natum extimandum. et in sinus ortas aui
culas pascatis. et domi natos scorpiones occiditis. D. impius fili
ē michi. Ro. periculosa se ponere antequā noceat sapientis ē. nō te
pietatis umbra decipiat. nulla impio. debetur pietas. ē ubi sit cru
delitatis spes pium esse. sed dum aliquid uel minimum spei ē. sem
per ad misericordiam melius. memento te qꝫ patrem ēe nō iudicē
neqꝫ hic tibi terencianum illud excidat. pro peccato magno pau
lulum supplicij. satis ē patri

De discorde fratre co [illegible] lor



abeo discordem fratrem. Ro. quid autem. ille ne igitur
te concordem habet. unanimitas fraterna que unum
ex duobus facere debuit. in duo nō iam diuersa
sed contraria penitusqꝫ pugnancia scissa ē. graue sed anti
quum malum. quod et mundus et mundi caput
abunde habuere. siquidem uetus urbis rome sed
uetustior totius orbis infamia ē. fraterno sangui
ne maduisse. tu qđ in singulis paribus fratrum uides
et altero quin etiam adhuc solo in uno tot milium quid stupeas

non hēs. D. est michi discors domi frater. R. An q̄ hec miraris
ēē magna in domo. qđ in ipsis maternj uteri fuit angustijs. ubi olim
q̄ si maioris misterij uelamentum eēt. nō discordes tm̄ frēs legi
mus sȝ bellantes. ē ne igitur nouum si armati faciūt. qđ nō nati so
lent. D. nulla michi apud frēm gracia ē. R. multo pˀus hec in scо
lis edoctus quā domi expertus ēē debueras. puisa uero nec queri
mur nec miramur. D. odiosum frēm hēo ac discordem. R. ut fer
me nullus amor equior frno. sic nullus ubi ceperit iniquius o
dium. nulla acrior i iudicia. sic paritas incitat aīos. atqȝ incendit.
tum cedendi pudor. q̄ amor excellencie. eo ardencior quo uicina
bulor recordacio. q̄ quecumqȝ beniuolenciam paritura uiderent
ubi semel a rcō calle deflexum ē. odium q̄ ɔtemptū pariūt. hic
nēe rebellantis ardor. tum optie quidem pio obsequio. atqȝ hūani
tate placab̄r. nec ē enim tam i mite ullum. tamqȝ asper ingenium
qđ nō tandem molliat uera ac iugis hūilitas. ulorqȝ q̄ iter ōium
lenis q̄ nō ficta tractacio. sin id serum atqȝ inualidū dephendas
seu forte huc tu cogere tuū ipm̄ aīmum nō potes. quo honeste q̄ē
ac utilr̄ cogeret. tūc anq̄ i perniciem res erūpat. ultio remedio
utendi erit. extirpanda mali radix. q̄ discordiarum mr̄ ppellenda
omnino. in quo te ita facilem pbebis. ut qˀ tuum iuri tuo demptum
tm̄ uirtuti fameqȝ additum i ueniās. impie ac superbe cupiditatis
aculei. nulla re melius. quā pia q̄ miti liberalitate frangunt̄. bo
num aurum quo pax domum q̄ caritas frna redimitur. uetus o ualde
nec uerum minus ē ūbum. magnam discordiarum bellorumqȝ materiam
duo hec ēē pnoīa meum q̄ tuum. que si de uita hoīum tollerentur
haud dubie tranquillius uiueretur. De amisso patre dolor

Patrem amisi. R. iustum ē. ut quem pn̄tem querebaris. absn̄tem queraris. nec i ueniās. nichil equius qˀ fastidita ipse. frustra optari. D. pium prem amisi. R. pium ille filium dimiserit. gratulare autem semtuo. illud tandem sibi accidit quod semper optauerat te incolumi rebus hūanis abijt. D. piū prem perdidi. R. pius filius. nullam magis ob cām fortuitos casus timet. quā ne qua sibi incidens calamitas patris aīmum merore ɔficiat. tuo iam tm̄ periculo securior iuues. nō erit que rumores de te pugnant. que tua frangat aduersitas. que tua debilitet egritudo. que mors perimat. D. patrem amantissimum amisi. R. incipies de alijs curare. qui de te curet amplius nō erit. pietatem ab altero tibi exhibitam rependar

alteri. Ro. illi rependitur cui debetur. D. pium patrem miser amisi. Ro.
si pietatis id tibi constat. solare fortunam tuam recordatione preteriti temporis
coluisti patrem et dum licuit pia semper in illum officia egisti. pater obiit
pietas uiuit. alioquin est fateor unde proprio mestus sis. D. pater me mo
riens destituit. Ro. fert nature ordine. prior exiit qui prior intrauerat. non
te ille destituit. sed precessit. D. amisi patrem. Ro. nescis quid sit patrem per
dere. nisi filium habuisti. De amissa matre dolor

Matrem perdidi. Ro. altera tibi superest mater. quam non
perdes. et si uelis. ex illa uenies. in hanc pergis. illa ti
bi paucorum mensium dedit domum. hec multorum dabit
annorum. illa tibi dedit corpus. hec auferet. D. mater
obiit mitissima. Ro. mater subsistit durissima. que te
et matrem quam requiris uno gremio fouebit. cuius in
utero fuisti. illa huius in utero tecum erit. te et illam
ut credimus. die ultimo parture. D. pia me dese
ruit mater. Ro. deseri metuens festinauit. gratiamque illi suam mortem
credibile est tue non iussure amplius. atque unde mariae metuebat se
curitate parta. D. defuncta est mater optima. Ro. feliciter hinc excessit te
superstite. quo premisso ut feminei sunt affectus. flebiliter abiisset. D.
obiit mater. Ro. obeundum erat. id quod ambobus nec de morte queri
potes. nec de ordine. De amisso filio dolor

Sed amisi filium. Ro. melius dic premisi. secuturus a ·/·tu
to quidem. et fortasse hodie. et quid scimus an hac ipsa
hora. nulla fides uite est. cum tanta sit fides morti secu
turus dixi. sequens dicere debui. continue sequeris. nisi
quia in uita pedem figere permissum hominum. uno semper gra
du id ad mortem. uiuum du. seu ille uinctus. seu so
lutus. seu stans. seu ambulans. seu sedens. seu sanus
seu eger. seu uigilans. seu sopitus. ad metam fertur. atque illorum more
qui uehuntur nauibus. uel quiescentes properat. D. amissi filii desiderio cru
cior. Ro. compesce animum. quem cupis inuenies. nulla est mora. non posse pa
ti desiderium parui temporis. puerile seu femineum est. uiro enim nichil bre
ue difficile. nosti credo. quibus uiris desideria huiusmodi. apud plato
nem socrates. apud ciceronem cato et lelius consolentur. uirtute quorum
ius et gloria supremi uiri. hac spe tamen longe impares. nosti preterea quid
annius emilius paulus. quid cato ipse. quid pericles. quid xenophon
ille socraticus condiscipulus platonis. atque emulus. quid innumerabiles alii
natorum in mortibus huere. nec te preterit. ut propheta idem et rex filium quem
languentem fleuerat. non fleuit extinctum. cogitans quod inreparabilia.



lugere superuacue demencie uerius. quaz pietatis est. quibu se uiri
libus exemplis interserit. Spartana illa mulier apud scriptores qui
dem i nominata. s; nō pariter illaudata. que audito. qd filius in prelio
cecidisset. ideo ait illum genui. ut eet qui mori pro pria non timeret
par huic ūtus. maioris q3 cornelie. s; clariora sūt noīa. quarū pori
gentis nati. et ad sūmuz spectantis iperium. ut certe traditus fuit
luctum mor deposuit. nūq̄ uero memoriaz itermisit. altera filys
multis. ymo oibus amissis. quor aliquos a pplo iterfectos i hu
matosq3 ospexit. cōmiserantibus et illius sortem feminco more de
plorantibus. miseramq3 uocantibus. nō se miseram s; felicez esse
respondit. que tales filios genuisset. i signis mulier. nec pniti mi
sera. et pnito etiam felix. que ɔt publicam opinionez et ɔsuetudiez
miseror. se felicitate pterita. et leti tpris memoria solaretur g̃ta
q hūisset. qd amisisset equanimis. ob hec unum digna uteri pspe
riore successu. Et illa quidez mulier. tam grauibus fortune uulneri
bus i cussa permansit. tu ur unico deiecto luges. D. amisi filiuz
Ro. amisisti simul et metus multos. i finitamq3 nūam solicitudi
num et curaz. quibus ut careres. ul tibi ul filio moriēduz fuit. securi
ptēm sola mors facit. D. filium amisi. Ro. si puum. nil ē iam quod
illi metuas in tuto ē. at si ipuum. tuor nūatorem annor. tue stimu
lum senectutis extulisti. D. filium perdidi. Ro. si uirtute perditum. ga
ude qd hūeris. at si uicio perditum. gaude saltem qd amiseris ut
biq3 nē bnficium agnosce. seu qd talem dedit. seu qd abstulit. D. an
te tempus filiuz mihi mors rapuit. Ro. nō fit ante tpus. qd omi tpre
fieri pōt. i omnem etatem multi sūt aditus morti. in adolescenciam in
finiti. D. sine filio remansi. Ro. et sine angoribus. et sine pauoribus
iam nō erit cui noctes i sompnes. cui soliciatos dies agis. cui spes lō
gas atq3 i extricabiles ordinare. qui canos tuos rugas q3 ɔsideret
hereditatem extimet. sumptus arguat. moram mortis incuset un
diq3 tibi securitas. et quies. geminum bonuz. i gens titulo licet mor
tis asperius. D. acerba filij morte deiectus sum. Ro. an nō anaxago
ram audieras. an oblitus eras te genuisse mortalez. an id pcauf
forsan luges. qd qui sequi debuerat antecessit. equidez cū i nullis
i ordinata hominum uita sit. nullum penitus ordinez mors hēt. et se
nes decrepiti cunctantur. et festinant iuuenes. et precipitantur pueri
et infantes primo uite delumine retrahuntur. hic tardius licet. ille
cicius. hic maturus. ille acerbus. nemo nō moritur. hec summa ē
ubicūq3 uo hec ē. qualibet etatis pte. quis obierit. et si acerbus fu
erat morte maturuit. D. extinctum fleo filium. Ro. si fletus eras

morientem et nascentem flesses. tunc mori ceperat. nunc desiit
noli autem tuam et illius sortem optimam lugere. ille iter ambi
guum a tergo habet. tu securum ante oculos. non iam amplius aut
caro honeri times ut maro ait. aut lateri. D. cum filio uite dulce
do omnis extincta est. R. magnum fateor ac dulce solacium pium filius,
bonus. sed solicitum et graue. et sepe dulcissima offendunt et carissima i
pediunt. et preciosissima rerum premunt. et fortassis hic filius obstabat ala
criori animo uolenti. iam mestior licet. at liberior surgis assurge. Bona
de malis elicere sapientis est. D. mors me filii mestum fecit. R. at quod
restat alacrem erige. illi uixeras. nunc iam tibi De infantis filii
INfantis filii miserabilem casum fleo misero casu dolor.
R. humanum nichil flendum homini premeditata omnia esse debent
si non sunt. non casum filii sed tristiciam tuam defle. et odiacio
nis obliuione. D. filii infantis miseram mortem queror
R. nulla mors misera. quam mors anime non sequitur. a quo
periculo infans tuus immunis est. D. infans meus precipicio
periit. R. qualiter quis pereat. quid refert. nisi ne turpiter
pereat. et perire turpiter non potest qui sine peccatis non perit. D. precipi
cio periit infans meus. R. at archemorus serpente. alii grandi
lacte nutricis. alii morbis. qui pene plures illam in etatem. quam
in senectutem in senectutem inuadunt. D. periit infans meus precipicio.
R. repentina mors innocentibus optanda nocentibus metuenda
est. D. infans meus ex alto preceps periit. R. languide pereuntibus
mors durior sepe et angustie longiores. dolor omnis eo tollera
bilior quo breuior. D. periit precipicio infans meus. R. precipitari
et uiuere est illius etatis proprium. fecit infans tuus quod faciunt omnes et
si non omnes casu pereunt. at tu sine illum perisse periturum erat
et feliciter secum agitur prius pereundo. quam uite malis impleretur que
quam multa sint. sciunt experti et inuenti. nemo enim non expertus est
non inuenti autem multi. qui quasi sompnium uitam agunt. cuius re
minisci nequeant experti. periit innocens infans tuus. qui for
tasse si uiueret nocentissimus periisset. noli illum in tuto positum
deflere. fortune minas omnes euasit et precipitauit mortem. que
illum dilata precipitasset. D. lupus deuorauit meum infantem. R.
iam ista uermium est querela. D. infantis miseri corpusculum
lupus rapuit in cauernam suam. R. felicius animam infantis in celum
angeli rapuere De filio qui alienus inuentus est dolor
AT quod morte grauius. qui meus credebatur alienus est
filius. R. si ad communem spectaretis parentem communi omni

[H]io humani nichil nobis alienum putaretis. D. diu alienum fi-
lium ut meum pavi. R. suum filium pavisse natura fuit. alienum caritatis
nimio post finem non peniteat sed delectet. D. filius meus dictus alienus
apparuit. R. apta tibi ad magnum et singulare meritum via est. si
hunc ipsum ut hactenus sic deinceps ut tuum paveris. id illi quidem
longe gratius atque acceptius deo erit. solent enim ingrati filii ceu na-
li sibi quodam iure debita patrum alimenta contempnere et preterea
scelus est amare filium quod ex te genitus sit et a deo creatum hominem
non amare. ita undique apud deum atque homines pietatem eximi-
am tibi quesieris ex alieno flagicio. D. pavi pro filio qui non erat fi-
lius. R. pavisti ut filium. pasce iam si non ut filium at ut fratrem
omnium qui sunt. quique erunt fuerunt ve. unus est parens. unus rector
Nolite dissimulare. aut per invidiam atque odium. sacrum nature vin-
culum rescindere. omnes in vicem fratres estis. D. filium quem putabam
meum non esse audio. R. vide a quo audias et cui credas. multi etiam
malis stimulis impulsi falsos rumores studio confingunt. Alii fluxu
lingue quodam effrenique impetu. et que sciunt et que nesciunt pa-
riter loquuntur audacia. difficilis est autem de filiacione sentencia. D. filius
qui meus dicebatur. alienum esse ~~ad~~ audio. R. tu hec aliis potius
quam uxori credis. qua hoc unum saltem nemo certius novit.
illa tibi certe filium dedit. quem nunc alii nituntur eripere. Audisti
credo ut patrum memoria vir illustris fuit. cui forma et genere par uxor
obvenerat. sed fama pudicicie ambigua. ex hac unicus infans pul-
cerrimus natus erat. quem cum die quodam in gremio tenens mater
languentem curis et suspirantem virum animadvertisset. quesivit que tanti
causa suspirii. rursus ille suspirans. vellem inquit dimidiam toci-
us mei partem pacisci. ut ita michi constaret hunc puerum meum
sicut tibi constat esse tuum. Ad hec illa nichil fronte mota vel animo
Enim vero inquit nequaquam tanto precio est opus. Da mihi centum prati iu-
gera. ubi greges meos pascam. et de hoc ipso certum ego te faciam
Cumque ille impossibile prorsus id diceret. convictis quippe aderant
patribus. et sponsione interposita. natum illa ulnis extulit et est ne
inquit vere meus. cumque vir annuisset. illa brachiis protentis ei
puerum porrexit. et accipe ait. dono eum tibi. iam haud dubie
tuus est. risu astancium oborto pudore dissimulatum. et viri omnium
sentenciis condempnatus est. Crebre nimis inter homines huius ge-
neris lites ac lamenta sunt. proni in nupcias primo lubrica ac ru-
entes. vix diem videre creditis. quo mariti. hoc est viri sitis. quasi
aliter non possitis. de hinc profusi in gaudia. seu verius in furores con-
iugii. dies primos in strepitu inter epulas et choreas agitis. inter e-
pithalamia et iocos et cantica et tympana. reliquam vitam omnem

Istoria estensis

inter suspitiones ac iurgia utrobique reprehensibiles Nam neque rex
adeo ancipitem sic amare. neque tam inseparabile sic horrere. neque
tam amabilem sic odisse debuerat. coniecturis que fallacibus apud
homines sanctissima divine atque humane domus iura coniunctione
atque arctissima vite huius vincula dissolvere. D. quid quod
meum non esse uxor ipsa confessa est. Ro. singulare velut aliquid nar
ras. cottidiana sunt hec. alie viventes hoc fatentur. alie morien
tes. quarum alique nunciandum viris post obitum reliquerunt
D. non est meum filium ipsa michi fassa est coniux. Ro. fassa est idem
olimpias philippo magno viro. magni filii iactura. nec fletum
nec suspirium nec querelam legimus Nunc fabellam accipe Istoria
ridiculam. sed materie non ineptam Circa littus occeani quod brita
niam ab adverso conspicit. ante non multos annos fama est fuisse
mulierculam inopem sed forma appetibili et insigni lascivia. hec duo
decim parvos filios totidem ex viris genitos habebat. annuis
etatum intersticiis inter se distantes. instante autem mortis hora
vocari propere virum iubet Et non est inquit amplius ludi tempus
nullus horum puerorum ad te spectat. preter maiorem solum pri
mo enim anno nostri connubii casta fui. sedebant tunc forte pueri omnes
humi circa ignem more gentis aliquid manducantes. stupente
igitur viro. atque illis rei novitate suspensis. illa singulorum pa
tres ordine nominat. quod audiens omnium minimus qui tremens erat
panem que dextra et rapam quam habebat in manu altera in ter
ram posuit ac tremens desiderio ambabus manibus in altum e
rectis adorans in morem. da michi inquit queso genitrix aliquem
patrem bonum. cumque illa in fine ultimorum patrem parvuli nominasset. famo
sum quendam divitemque hominem. resumpto in manus cibo. be
ne habet inquit. bonus est pater De amisso fratre dolor
Fratrem perdidi. Ro. nudum nomen audio propter quod val
de lugeas. fieri enim potest ut et fratrem et domesticum
simul hostem amiseris. en iacturam rem malam
boni nominis perdidisse. D. fratrem perdidi. Ro. perdi
disti forsitan qui te perditum optabat. quique re
bus obstabat tuis. multis quidem magne lau
dis aditum fraternus livor obstruxit. D. amisi fra
trem. Ro. filiorum fortassis etatule quod sepe in
dividuis grave iugum. vite tue emulum. glorie hostem. id
quod constat patrimonii participem amisisti. fratre impio nullus ho
stis infestior. D. at amisi pium et benivolum. Ro. sed mortalem
non tutela corporis est virtus. verum animi ornamentum. illi glo
riam immortalem prestat. corpusculum mortis imperio non

exiuit primo quidem sepe illud ante tempus in mortem ruit.
q̄d si nature sue linquitur eque boni pereunt mali q̄z quin ⁊
uulgo imbecilles bonos ⁊ uiuaces malos cernimus i mortalem
nullum. D. bonum ⁊ gl'osum fr̄em p̄didi. Ro. frater perijt sup̄stes
ē glia. uirtus. amicia. p̄ter quas hūana oīa pari mors turbine p̄pel
lit ac dissipat. has tu igitur ceu totidem filios fris amplectere ⁊
atq̄z hys malis in mortalibus mortalia dampna ꝯpensa. quod
si filij sup̄sūt. alij uera illos pietas tuos faciet. D. amisi germanū
optimum. Ro. aut de illo uti debueras id silencius egisti non
mortis iniuria. s; segnicies tua ē. illa suū ius exaut. tu tuū ne
glexisti. D. mors me lusit nō putabam tam cito moriturū. Ro.
oīa que nolētibus accidūt cito fieri uidentur. que optantibus a
utem sero. D. uix illum mori posse crediderā. Ro. cuncta sibi ue
hemencius amor indulget. nil q̄z sibi non spondet. amaros q̄z ꝯ
cogitatus ⁊ quicquid ē gustu ad ūsum uitat ac refugit. unde
⁊ qui amant pene sibi eternas delicias suas fingūt. Tu si fr̄em
natum noueras ⁊ mortalem nosce debueras ⁊ id cito si p̄iusā
mortē in opinum uelut aliquid doles. longe erras. si imp̄uisa
fuit autē errasti. D. sciebam mortalē s; de morte nō cogitabā
Ro. i ꝯsulte. s; hec dissimulacio uīa ē. uix unq̄ mori creditis ⁊
mortales. cum ⁊ ꝯtingēs mori semper ⁊ aliquā eciam sit nēce
p̄mo cū nō mori nūq̄. mori autē semp. uīe lex i mobilis sit nē
s; uos assidue morientes. sensum a p̄ntibꝯ āimum a fine diuti
tis. uulgare maluz. q̄d quid ē aliud. quā ultro oculos claudē
ne radios solis aspiciant. tamq̄ lucia nō oculis dampnū sit illā
nō uidē. nec nimis clarum q̄d nō uideas. nec nimis uerum
ēē q̄d nescias. quis tam cecus ut non uideat. quis tam ebes
ut nesciat. ūitati rez nichil detrahab trahit. sensuū aut i tellec
tus i firmitas. uos equidem nō in firmi. neq̄z obtusi. s; quod ex
cusacōe careat. dissimulatores eximij ⁊ ad fallendum uos
met ip̄os i geniosissimi. qui tanto studio i utilia discitis. ne
cessaria nescire intenditis. nequidq̄ tamen clausis namq̄ sese
oculis ingerunt ⁊ nesciendi audiciā i genium irrumpunt
⁊ obliuiscendi cupidam memoriam interpellant ⁊ multa in
dies uita hominum que uos cogitare cogunt q̄d nolletis q̄
ue dissimulacōes u̅ras. aut p̄p̄s aut externis excitent ar
gumentis. s; ad plenum fateor figmēta mortalium sola mors ti
dissoluit D. Et mortalem ⁊ moriturū fr̄em sciui ⁊ mortuū fleo.
Ro. magna p̄s hūanoz actuum supfluit. quid fles mortu
um. aut quid illi. aut quid tibi. qui ue alij. tuus hic fletus
prodest ut sit malū mors. q̄d cuncti negant. q̄d nemo negauit

mali irreparabilis est fletus inutilis. et certe si quid p̄t animi
meam dici miser decet. si quid penitus in rebus ē flebile. fletus
p̄cius dum ipendet. q̄ dum transiit. qđ regem p̄fecto illum non
latebat. cuius paulo ante meminimus. D. optimu morte fr̄is af
flictor. R. nullus affectus ī tensior quā p̄rimus. quā obrem et que
in morte filii dicta sunt. fr̄is ad interitum transfer. et que utrobique
dici solent. amicor etiam in morte p̄fuerunt. que iactura par
sum ē ferenda tamē ut reliqua. p̄mo enim ai robore tollerā
da sunt om̄ia. que uidentur grauia. et si creditur opp̄ssura sūt. D. cari
tissimum fr̄em amisi. R. in uisum amisisse penus fuerat. illius
enim amara. huius autē ipa quoque memoria dulcis ē. D. gra
tissimum ip̄is ab incunabulis uite comitē perdidi solus sum
R. non ē solus. cum quo ē uirtus. et honeste cogitantes. inter
quas affixam precordiis fr̄is ymaginē ee. nec mors ipa ueticuit
sic nec frater perditus. nec tu solus De morte amici dolor.

Amisi amicum. R. si ut debes in amico uirtutem a
masti. illa certe nō p̄ditur. nec moritur. p̄mo uerasque
amicicias inmortales dicunt. qđ nec ullo un
quam dissidio amicor. nec ipa demū morte sol
uuntur. sic discordiam uicausque omne uinat ū
tus. ipa uero nulla re uinatur. D. amicum a
misi. R. cetera cum amiseris nō hēs. amicos
caros ue om̄s. tum maxime h̄eas. dum uideāt
amisi. p̄ricia enim delicata. nec dicam fastidiosa. itidem ac su
perba. minimis rebus offendūr. amicor recordacio suauis ac io
cunda ē. nil amari retinēs. nil dulce non retinēs. D. amicum
optimum morte amisi. R. si comoditates p̄ditas queris. utilita
tis michi tu calculum nō amicicie quidē ponis. si coniunctū cogitas
quā p̄ua p̄s t̄p̄is inuicem quoque p̄ncam exhibet amicor. q̄ntū
cure. q̄ntum morbi occupant. q̄ntum sopor ac uoluptas. q̄ntum
quoque peregrinacionum discursus solicitudinum quoque diuisoria et secces
sus. q̄ntum denique studia. q̄ntum ocia. q̄ntumque negocia. inicalie
na nunc p̄pria. et illa rerum multiformium iugis atque inuicta neces
sitas cui nulla p̄speritas eximitur. coniunctū detrahūt exoptato.
quam ogressius rari. quia breues soliciteque more. quā diu digres
sus. q̄ reditus sera. qui obices que nam ipedimenta. qui laque
his ac similibus uite difficultatibus. amicicieque conpendibus ad me
meria reducens. intelliges quantulum ē qđ tibi mors abstulit. nā
si id in amicicia solum libras. qđ unū illi p̄petuū ac stabile fun
damentum ē. p̄sum michil ibi mors potuit. Audisti apud tullium
se solantem lelium ut illi scipio suus uiuit. ut ī memoria eius

nec extincti amici fama nec uirtus extinguitur. Quid sapionem
tuum tibi nunc uiuere prohibet. sed uos qui sapiones et lelly non potestis
esse. ne unum quidem esse uultis et quia summa non prenditis. media de
speratis aut spernitis. quasi ut poesim sic uirtutem mediocritatem nec
dii nec homines sint latturi. D. amicum michi mors eripuit. Ro. animam
corpus eripere mors potest. non amiciciam. nec amicum. sunt exullorum eiz
genere. que nec morti nec fortune subiacent. sed uirtuti. que una in
humanis rebus libera. et quecunque illi subsunt libertati donare potens
est. non esset tanti preciy amicus. si tam facile perdi posset. D. sine amico
remansi. Ro. si rite colis amiciciam. nec tibi ueteres desunt nec
noui umquam defuerint amici. quin ex hostibus tibi amicos ea quidem
reddet opinio. Nichil magis augustum cesarem conciliauit herodi
quam quod is hosti suo amicissimum. sibique propter illum inimicissimum
se fuisse professus est. sua dignum amicicia iudicauit eum. qui tanta
fide sui licet hostis amiciciam coluisset. tanta est uirtutis et amicicie pul
critudo. ut et in hoste delectet. cogatque illum quoque amare qui se o
derit. D. amicus michi fidissimus obyt. Ro. in memoria tibi se
peliendus est tua. ubi clam sepe tecum sit. et numquam totus obierit. qui si
tibi forte aliter quam morte perierit non tu amicum sed opinionem falsam
perdidisti. De amicorum absencia do— a . . . . lor.

Amicorum torqueor absencia. Ro. solet id quidem
euenire. sed qui amici mortem ferre didicerit. aliquanto fa
cilius feret absenciam. nec franget abitus. quem non
fregit obitus. D. abest michi optatissimus amicus
dextra manus. dexterque oculus meus abest. Ro. et si
redditurus abesset. nichil tamen non ferendum uno
dicerem. nunc redibunt. et tua tibi restituetur integri
tas. D. abest amicus dimidia mei pars. Ro. dimidium anime sue uirgilium
uocat oracius. quod a multis postea usurpatum. iam preterea in prouer
bium uenit. sed si amicus non nãliter cum sed animaliter possidetur. quid
amicicie nocet absencia. quominus tecum ubicunque sit amicus sedeat
ambulet. colloquatur. uel iocosa uel seria. et quod presens non forte faceret
absens faciat. nam si nil aliud intueretis. nisi que sunt ante oculos et
sola uos presencia delectaret. breuis admodum uisio et angusta delec
tacio uestra foret. D. amici absentis dulci desiderio laboro. Ro. atqui
amicus soliti estis laborare nec non dulcibus. accipe uero nunc. quod uulgi
aures uix capiant dica nequid quam tenera. quamque fastidiens sit in
terdum presencia et amicorum sepe paruus offendit. ut quos ualde dile
xeris. quorum ne presenciam uehementer optaueris non amicos modo sed fratres
aut filios. quod forte solitudinis studio uel occupacionibus tuis obsistent
ab esse non numquam malis in absencia nil amari. nichil te pungat preter deside

rium. quod dulce tamen. non tu ipse quidem negas. D. dilecti absentia
a me affligit. Ro. est id fateor. sine mulierum atque hominum muliebrium
amicitiis. quorum delectatio omnis in sensibus est. Nichilominus
de hiis ipsis poeta loquebatur ubi ait: Absentem absens auditque videtque
Quod si ita est. an non amicus absentem quoque amicum audiet et vide
bit. nisi forte purgatiores ad huiusmodi visiones lascivie sunt ocu
li quam virtuti. aut plus aliquid dignitatis insano quam casto tribuit
amori. an preter honestos ac volucres cogitatus. quos pro libito va
gari et esse ubi velint. nulla distancia nulla vis prohibet epistolarum quoque
remedio consultum est. quo nescio an presencia ulla sit gratior. Rome qui
dem erat marcus cicero. dum ad quintum ciceronem fratrem suum pro
consulatum asie administrantem scribens. Cum tua inquit lego te au
dire. cum ad te scribo tecum loqui videor. et mox eum ad glorie excellen
ciam exortans. efficacissimum ad id dicit. In oculis fratris quasi suis omnibus
firmam sibi animo fixisse presenciam. Nescio an athenis an ubi esset
Epicurus. dum amico scribens. sic fac inquit omnia tamquam spectet Epicu
rus. certe in campania erat anneus. dum lucillum suum in sicilia de
gentem litteris alloquens. ut secum studeat. secum cenet. secum ambulet
ortatur. que facere ille non posset nisi animo fieret et non oculorum neque
aurium. non manuum neque pedum ministerio indigeret. D. oculi
mei semper absentem amicum anxie requirunt. Ro. non possum ne
gare quod oculis aliquid per absenciam detrahatur. animo autem nichil ymmo
nec oculis quodammodo ut predixi. si tamen amicicia vera est. Vnde
et illud apud eundem poetam. Legimus et laudamus. Pallas e
uander in ipsis omnia sunt oculis. Et cicero ipse in epistola quadam. balbum
amicum suum in galliis sub cesare militantem. non solum in animo verum etiam in
oculis ferre se dicit. D. amicus abest meus. Ro. interdum non
cognoscitur amicus. nisi abesse ceperit. sicut cunctis in rebus sic in amici
ciis copia ingens gustum hebetat. penuria acuit. quod si magister amorum
intermissionem amantibus utilem dicat quibus omnis in presencia est
voluptas. cur non eadem utilis sit amicis. quorum in virtute iocundi
tas tota est. que absencie nullum sentit incommodum. cum ubilibet presens sit
noli ergo desiderio succumbere. sed amicum mente complectere. quem tibi
nec discessus eripiat nec mors ipsa. D. amici dulcis absenciam amaram
refero. Ro. perferendo et molliores partes animi presenti virtute consolida. Ama
ruscula hec quam defles absencia forsan in tempore cariorem tibi amicum
et animi presenciam effecerit dulciorem. De naufragio dolor

Gravi naufragio iactatus sum. Ro. maris tu michi
memoras naufragium. animi autem siles. quasi non et gravius
illud crebrius illum sit. Ibi est tempestas illa cupiditatum
et affectuum. ceu ventorum repugnancia. que vos tenuis.

concupiscentie spei que velis gubernaculo mentis excusso. constantieque an
choris in alto perditis. per omnes littorum flexus. perque omnia maria circumvol
vit. illud te naufragium in hec traxit. tolle cupiditatem. navigationem
ipsam aut etiam periculum navigandi magna ex parte sustuleris. illa non
in naves solum sed in scopulos et in mortem cogit miseros. Itaque fere omnes
qui suis auspiciis in mari pereunt. prius in animo periere. prius quam illos avari
tie demersit unda quam pelagi. rara est quidem sine precipitatione cupidi
tas. quicquid enim vult confestim vult. moras quoque omnes et illarum co
mites sumptus odit. ea brevis in exitium via et crebri prima naufra
gii causa est. D. magno naufragio vexatus sum. R. didicisti deum
orare. votaque facere et pacisci multa. quorum et si metus sint causa. tu tamen
agnosce fidem terre redditus. non impune deus luditur. odit ille fedifra
gos. D. fedum naufragium passus sum. R. de naufragio non que
ritur. nisi qui evasit. gaude igitur salvus et doctior transacti periculi gra
ta solet esse memoria sicut ex diverso finite prosperitatis amara recorda
tio. quanti vero olim faceres vidisse tritones equoreos et montes
spumeos aquarum atque assurgentes fluctus in nubila et pelagi mon
stra vacancia. habes unde brumali nocte ante focum fabellas horrifi
cas narres attonitis. trepidulamque familiam ad mirationem suspen
das. Jam quid sit poetica tempestas intelligis. et qui male credu
lus stupor fuit iam noticia certa est. quam bene vel metu mortis vel iac
tu mercium sis adeptus. D. duro naufragio laboravi. R. sine labore
nichil discitur. hec si sapis perpetuum documentum tibi erit ne quando amplius
credere vitam ventis in animum inducas. D. passus sum triste nau
fragium. R. si primum. cave ne secundum addas. si secundum sile scitum est illud
publii mimographi. improbe neptunum accusat qui iterum naufra
gium facit. D. terribili naufragio vix evasi. R. nescio quid terri
bilius deo sit in aquis mori quam in terris. quando quidem in alterutro
moriendum est. seu quid optabilius vermium cibus esse quam pi
scium. postquam tamen evasisti. cura ne iterum fracto vitam remo aut lacere
debeas tabelle. disce terrenum animal terram pati et celum potius am
bire quam pelagus. De incendio. 102

Ex incendio vix abii. R. an igitur evasisse fortune est
bis ad iniuriam. sine querela. Alcibiadem. qui hosti
li ex incendio non evasit. quamquam ut terrestribus provi
deris. celestibus quis nam obstet incendiis. Ro
manus inclitus rex Tullus hostilius et romanus re
spondeat imperator carus. quorum primus rome in regia et
alter in castris ad tigrim amnem. si omnibus historiis
est fides. igne arsit ethereo. D. bonis meis omnibus amis
sis nudus ex incendio evasi. R. quando prior hec diceret. seu bias ut omnes

nolunt. seu stilbon. ut uult seneca. qui in censa patria ad monitus seu
incepitus. quod nichil suorum bonorum ex incendio efferret ut ceteri. bo
na mea inquit omnia mecum porto. patriare siue horum alter id dixerit siue
uterque. quamuis hec uoces ex ore primi semper auctoris clarius sonent
sed obmisso auctore dicti. ueritas utique nota est. herent nempe precordiis
uera bona. unoque nichil eripitur possunt. sed ne mortis quidem. in
animam enim fuit. quo nec fortune. sed nec mortis dextera se porrigit
tu saluus et incolumis peryisse tibi aliquid eorum doles. que si tua
fuissent. procul dubio tecum hodie salua essent. michi enim crede
uera bona non pereunt. non est auro uirtute nobilius. nec par quere
quod non igne consumitur sed purgatur. D. magnum me afflauit in
cendium. Ro. cecilius nescio. quis famam diuinitatis igne que
siuit. Apud uirgilium Juli comas flamma corripiens. primam dubi
e spem salutis attulit. Seruio caput arsisse. non poetica sed isto
ricum regni omen fuit. Constat e flammis yliacis prodiisse roma
ni imperii fundatores. denique et heliam in incendio abysse. deumque
ipsum in flamma ignis apparuisse. sacre loquuntur istorie ut non im
merito nostris in urbibus index hic soleat esse letitie. qui tibi ma
teria est doloris. D. domus mea igne subito conflagrauit. Ro. Et
templum diane olim arsit ephesie. quo nil secula illa formosius
uiderunt. Arsit et templum celi deo sacrum yerosolimis ipsis etiam
qui illud incenderant miserandum hostibus. Et etate hac lateranen.
arx illa religionis ac decoris eximium orbis terre. bis flammis
exusta est. euidens et aptum. ut michi uidetur ire celestis iudicium
non mirabile fateor. sed remedium ad extremum ut minores taceam.
Saguntum Numantiam et Corinthum. in minas que alias et se
pe temptauit romam. et non minus quam pene ad ultimum. et Cartaginem
semel. et Troyam bis flamma combussit. Ardere urbes. arsurumque mun
dum ipsum credimus. Tu tuam in domum ausum ignem. quod in celum
ac terras ausurus est quereris. D. ex incendio uix euasi. Ro. e
uasisti igitur. an id doles. nisi euasisses siluisses. nunc autem uiuus
ciuis. cinerem fles extinctum. De grauium negocio et labore dolor



rum. negocio defatigor. Ro. nulla sine difficul
tatibus gloria. nulla uirtus. in excelso habitant haud
facile ad eundem confragosum huc durumque et
scrupeum est iter. D. nimio labore conficior. Ro.
labor area est uirtutum. requies uoluptatum. nil
sine labore laudabile. nil excelsum. proinde
laudis herculee fundamentum labor. nulla re
magis ulixes quam labore congloriatur quem ta
lib prudencia fingentur. si ociosa fuisset ig

nota esset labor romuleos duces . scipiadas et Camillum . labor fabi
os . labor curios . labor fabricium et metellos . labor magnum quoque
pompeium . labor hanibalem . labor iulium cesarem illustrauit
labor catonibus . labor mario famam dedit . papirium cursorem
ac pescennium nigrum laboriosa militia claros fecit . ut plures ut
poetis sileam quorum uita omnis nisi clarus et delectabilis labor
est . Quid de artificibus dicam . quibus ipsa qualiscumque est gloria . quo
studio querenda sit nosti . a quibus industria et antelucana precio
ri hora . de qua hec quoque demostene accepimus . qui profecto non par
uus stimulus esse potest magna tractantibus . quando minima quoque sic
animos acuunt et excitent . perinde genus omne hominum pariter . ubi
fame multum et plurimum est laboris . et odio uirtutum amatoribus . ama
dus est labor . sine quo ad eam quam amant et quam cupiunt gloriam
peruenire fas non est . D . labore excercor continuo . R . parum profece
rit magnus labor . nisi sit iugis . Nam et ipsa que labore queritur gloria
nisi sit perpetua . nec magna uidebitur . D . nimis acribus exagitor la
boribus . R . nimium et parum pro uarietate pacientium accipit
Ignauo labor omnis est nimius . nullus industrio . D . multi me cru
ciant labores . R . non te cruciant . sed uir es . sed acuunt et excitent . uis
autem nosse . quid inter labores . ac delicias intersit . Sardanapallum
confer cum alacre . Sergium oratam cum Attilio regulo . Apicium cum
gaio mario . D . labor me iugis extenuat . R . multis in remedio
labor fuit . et quos quies infecerat defecauit detersitque . nam animo illum
animos constat . et orientibus uiciis obstare . et radicata conuellere . demum
que inter prisce uirtutis ac seculi exemplaris causas . hunc laborem a scriptori
bus ponitur . hunc paupertas optabiles corporum molestie que mede
tur molestiis animorum . D . durus est labor . R . dura uirtus . durus
labor . mollis uoluptas . mollis inhercia . similia bene cohabitant item
ad uersa diuorcium est . D . nimium laboriosa est sors mea . R . hono
ratum te ingrate accipis . nescis ut nocte media . dum dicate deo
uirgines stratis surgunt . algent uigilant . et diuinis obsequiis
excercentur . Adultere suis interim perfruuntur illecebris . dum presen
denda patria miles in castris . dum pangenda dux in taberna caulo
pornanda studiosus inter libros excubat . leno infamis item suas
artes . neque suis tentoriis conquiescat . quibus uero sit melius diffini
re . nemo cui uel modicum in genio sit pridem consites . D . labore urgeor
acerrimo . R . bene spera cum tamen honesta sit honestus est labor quo
ue nemo uno clarus ascribere nominibus omnis quidem qui ad gloriam in
tenditur . laboriosus atque arduus trames agit ad ignauiam de
uexa et facilis uia est . denique quisquis nascitur ad laborem nascitur
nec regum filios excipio . labor et uirtus uere artes sunt . non curium

et uoluptas. quibus qui se applicant. hi demum a natura hominum
degenerant. atque impudenter se transformant. D. grauiter atteror labore.
R. idem cedentibus grauis labor. qui intentibus leuis est. perfer modo
forti animo et assurge. pariterque molestie finem offer. multos quidem labor
extulit. multos industria. sopor nullum. **De duro itinere dolor.**

Durum iter pedibus meis ago. R. quid tu igitur alienis
malles. atqui neque alienis manibus operari. neque ali
enis oculis uidere. neque alienis auribus audire. neque
alieno palato degustare. neque alienis naribus uultis
olfacere. quid hoc unum singulare habet ut tantum pedibus
ambulare delectet alienis. D. pedes eo. R. an uero
in hunc mundum intrasti eques an exibis. quid per
mundum ire nisi eques doles. D. principium huius et o. finis hui
us. quam superba inter utrumque sunt media. et in breui cursu quanta pro
sus obliuio terminorum. nec unde eatis. nec quo pergitis meministis. D.
Iter longum cogor pedes agere. R. cogi quidem durum fateor. cogi autem
uolens nequit. indignatio et dolor necessitatis pondus exaggerat. pa
cientia et consensu animi. fortune cuspis obtunditur. uis non cogi. fac sponte
quod cogeris. uis ut iter longum breue fiat. uolens i. D. equitare
uellem. pedes ambulo. R. an insanie paruum est. unum ob quadru
pedem cuius usum nescis. quia diu tibi fortuna concesserat. nature mu
nerum obliuisci. quod multi fecerunt. qui uilis atque intractabilis et caduca
equi fiducia dedidicerunt pedibus suis uti. quibus queso quid aliud
quam diuitem capias podagram. hoc tamen est pedes multos. equos multos
D. longum iter pedes ibo. R. ibis pro libito nemo te detinebit. nemo
morabitur. nemo excitabit. nemo deiciet. nemo aget in preceps. unus ti
bi labor uie. unum opus ire. nil tibi cum tuo uectore negocij. non co
geris enim equum frenare. non pungere. non adaquare. non substernere
non circumducere. non fricare. non pascere. non autem tergum ungere. crescentemque pe
dis ungulam et tractare digitis an capites clauos. aut nocturnos fu
ribus arcere cursus et somno excitari trepidus. semperque sollicitus quid
belua pinguis cum uicinis agat. saltem noctibus quiesces. nam qui
equitant noctu etiam laborant. D. pedibus iter longum ago. R. cal
ceatus forsitan. sancti autem patres nudis pedibus deserta lustrabant. nun
cij dei omnipotentis apostoli mundi climata circuibant. hic ad orientem
ille ad occidentem. hic ad arcton. ille ad meridiem. nauigantes inter
dum. raro id quidem. neque aliter quam cogente locorum situ. sed quem precor
equitem legis. preter unum ex omnibus Johannem. neque id amplius quam semel
idque perexiguo uie spacio. dum quod clemens scribit et ecclesiastica habet histo
ria. ad recuperandam perditi adolescentis animam. pia illum festinatio
pungeret. quo autem equitaret. quorum dominus pedes ibat. uix asellum sem.

quidem ille mox in arcem ascensurus ascendit. Quod si sanctitatis in
accessibili hec exempla te pgrauant. At romane legiones que orbem
terrarum subegere magna ex pte pedestres fuisse noscuntur in quibus
non se solum atque arma sua pedibus quisque portabat. sed multorum panem
ac ciuatiam dierum. uallum quoque quo uicinibus hostium castra in
dies circumsepta nocturnis ab insultibus tegerentur. Vnde eleganter
cicero in quodam loco de militibus romanis agens cum fortibus uiris
ceterarum gentium. arma non in pedimentum. sed quasi uestimentum esse dixisset
hec papirum illis dedit. ut diceret romanis solis arma non ut uestem esse
sed ut humeros ac lacertos. At cum eas quas dicebam militares sarci
nas subiissent. tum demum uideri sibi esse uestitos. neu quis moderni
temporis consuetudine labi possit. multum appellatione pedites accipi eosque
ab equitibus. quamuis utrique militent. hec secerni noie solutos multis
romane istorie locis aduertere est. pinde magnum tibi leuamen ac sola
cium laboris. horum recordatio pstare pot. non in certum tantum ac uacuo. et
duro licet. tuto tamen calle pgenti. sed armato et atque honusto et periculoso
tramite peditanti. siquidem nichil ad tollerantiam asperarum rerum
efficacius. quam cogitare eadem multos fortibus animis fuisse ppessos.
pudet enim generosum spiritum non posse unum quod innumerabiles potuere.
que cogitatio non in laboribus modo qui difficiles. sed in hijs quoque qui
miserrimi uidentur cruciatibus doloribusque corporeis maxime in ipsa
demum morte pfuit. D. durum ego longumque iter pedibus meslus a
go. Rto. nil eque durum iter leuit. mestumque animum serenat. ut nobiles
ac suaues cure. que nisi boni ac docti uiri pectus incolere. uiasque omnes
comitari nesciunt. hijs si grata societas amici leti et eloquentis accesserit
serit non tamen leue iter. sed et breue uidebitur. multos iocunda fabulacio
sic affecit. ut et uie duriciem non sentirent. et debilitate longi licet i
tineris quererentur neque iuisse. sed uectos esse se crederent. est et illud cir
cumterminos publij notissimum. comes facundus in uia proue
hiculo est. De sterilitate annua Do . . . . . . lor.



Sterilitate pmor annua. Rto. iam tibi fertilitas gra
ta erit. optime res omnis contrarij collatione cognoscitur.
D. fefellit ager meam spem. Rto. non te ager fefellit
sed improbitas cupiditasque animi. cicta uobis ad
uictum sufficientia pmittitis insolentes uiro dig
iudicio quibus ipsa rerum parcat natura. que si suum mo
dum uare ausa. pfundam semel auaricie uestre pruptam
que uoraginem. cui nichil est satis inexpletam lique
rit. insolens uobis et auara atque iniuriosa uidebitur. non sunt hee aut
iuste nec modeste spes. sed in modica figmenta desiderij. ea quidem fin
gitis euentura que cupitis. siquid deest dampnum dicitur. tuus ager suum

morem tenuit et tu tuum tenes. Terre enim ubertas ac sterilitas
alterna, sed cupiditas vestra perpetua est. Vos iniquissimi omnium interpretes
cum illam grate ac sobrie ac patienter ac fortiter deferre debueritis
illam contempnitis, hanc defletis. Illa timidos facit, hec querulos.
D. Ager meliora pollicitus me fefellit. R. Terram bobus ac rastris
celum votis ac precibus fatigatis. Vectorum spes, oportunitas ymbrium
germinum decor, agri spes, pulvis ybernus, lutum vernum, estivi
soles, maturitas autumnalis, omnia cupidos in spem trahunt. Ut a-
rentem stipulam flamma omnis incendit, ut inanem pulverem flatus
omnis impellit, sic avarum animum lucrum omne suspendit atque e-
rigit, omnis quoque non rei modo, sed vel tenuis spei iactura confundit ac de-
icit. Sed frenate miseri motus inconditos, infinitam concupiscenciam
coercete et spem credulam nulle tandem delusam successibus ca-
stigate. Quid nunc celum terramque respicitis? Non aliunde fertilitas
quam a deo est. Illum mortales agere sinite et videte quod agitur et
laudate. Sinite opificem operari et vivus artifici proto homini exhiben-
dam reverenciam non negetis deo. Pudeat terrea vascula celes-
tem figulum arguere, sed in omnibus illi vacate atque animo gratias agite qui
necessitatum conscius vestrarum, neque cupiditatum nescius, illis succurrit,
hys occurrit, ubique misericors, ubique terribilis in consilijs
super filios hominum, ut de illo scriptum est. Sperate iam tandem non
in agris vestris, sed in domino, et facite bonitatem, et inhabitate terram et pa-
scemini in diviciis eius. Delectamini in domino et dabit vobis petici-
ones cordis vestri, que ubi ceperitis in domino delectari, iniuste esse
non poterunt neque iniuste. Revelate domino viam vestram et sperate in eo
et ipse faciet. Iactate super dominum curam vestram et ipse vos enutriet. Quod
celesti manu editum non nisi terram cogitatis, terramque diligitis,
nolites has sacras voces ut soletis spernere. Nolite auras pluvi-
asque et tempestates ydoneas aucupari aut precari. Nolite in ter-
ram spem habere, sed in illo qui facit, respicit terram et facit eam tre-
mere. Qui de saxo durissimo fontes liquidos eliciat, qui te de-
nique ab agello tuo falli passus est, ut in illo spem poneres qui non
fallit. D. Multum solita de copia demptum est. R. Id nimio sub-
tractum quod plus equo vel dederunt anni precedentes vel se-
quentes dabunt. Modestie contulit aliquid; sat est. Avaricia lucro cre-
scit, eoque fit pauperior quo plus habet. Magna viciorum genitrix atque
nutrix est copia. Patere malis tuis demi aliquid, quo minus
copie minus erit insolencie, minus quoque libidinis. Adde quod hec
tui nimis in iuria. Apud multos beneficium ac largitas habetur
tu quoque ipse si assuevisses in opie ubertatem hanc et copiam iudica-
res. Tamen in iudicio rerum semper consuetudo preiudicat. Tantamque vim

habet. nunc quid mirum si temperata fastidiunt. qui superuacuis a
sueuere. qua nulla maior procella modestie est. D. sterilitas urget inso
lita. Ro. sepe quidem fortiores uiros sterilior plaga fert. fertilior
molliores. neque fert modo sed facit. atque alibi natos durat aut mollit
sic molliunt gallos primum. post romanos asia. Alexandrum babi
lon. hanibalem capua. Contra uero romanam indolem durauit.
et totis in morem acuit illa arens et scopulosa pars ligurum. te quem
copia molliebat. durat inopia. sobrietatem te docebat ager tuus
et quod liberi uberes nequiuere glebe faciant aridulle. nemo despi
ciendus est magister discipline utilis. disce bene uiuere. disce uel
senex. disce uel nolens. disce denique uel indignans. De uillico malo
Villicum insolentem patior. Ro. In et superbo Dolor
solentem tamen et non furem. bene tecum agitur. D.
uillicus malus est michi. Ro. malum fer equani
mis. uillicus non pessimus bonus est. D. uillicum
durum egre fero. Ro. mollem deliciatumque ferres
egrius. duricies rusticorum epitetum est. duris autem
bobus cum saxis et uomere. cum ligonibus et ra
stris. dura denique cum tellure luctantur. quid mi
rum ipsi etiam duri sint. si nil aliud est quam durus. bonus est uillicus. D.
rusticum importunum ferre nequeo. Ro. atqui uel feras uillicum uel
ipse uillicus sis oportet. uel incultum rus. elige. dura sunt omnia. D.
rusticus intractabilis indigestus est michi. Ro. nil horum impre
meditatum tibi esse debuerat. mox ut terram emisti. labores ua
rios presagire. sterelitatem et uillica fastidia debuisti. dixi dudum iure
gratis excultos. rusticos ultimos hominum terris abeuntem iustitiam
reliquisse. si unquam genus humanum reuiuisceret. eosdem illos puto
puto ultimos recepturam. ita quos sequebantur preesserunt. malorumque
omnium pessimi facti sunt. D. asperrimus uillicus est michi. Ro.
ubi ueritas dixit. quod terra homini spinas et tribulos germinaret. sub
intelligendum fuit et rusticos tribulis cunctis asperiores. D.
uillicus est michi nequissimus. Ro. at uillica nequitiam tolle
rare condisce. aut famem perpeti. mutare enim uillicum non pro
derit. ad unum modum ferme omnes facti sunt. nisi quod semper pe
ior est ultimus. D. uillicus fur est michi. Ro. dixisti tandem quod
damnum presolabar. ita enim furtis additi sunt. ut eis aliquid to
sit dulcius. id modicum quod furantur. quam quicquid ex omni
iusto labore percipiunt. et hoc ipsum tamen ferendum est. nec queri unus
debet. quod omnibus est commune. profecto autem et si poeta rusticos ulti
mos a iustitia derelictos faciat. ut bis dixi. apud nos tamen
hominem primum humano semine genitum et agricolam fuisse

constant et parricidam. ut fuisse semper pessimi videantur. dum
quod in incolis non minoris fures esse. D. nullia culpa rus perditum
ac desertum est. R. hoc cottidie multis clarioribus. Anaxagore
accidit et Archite neque tamen doluit et neuter excanduit. De furtis. D.
T D modicum quod super est a furibus vix defendo. R. iure
te vilicis tuis paciam mali huius credunt. quia in ur
bibus exhiberes. D. me fures infestant. R. contra hoc ma
lum nil querelis agitur. suppliciis opus est. interim custo
dia prestatur vigilancia. sunt qui nichil custodiant et accu
sent fures. cum vetus est dictum. quod occasio furem facit. D.
limen meum fures obsident. R. claude hostium. ad deseram. A
peri oculos atque intende. si negligis temetipsum culpa. raro fur in
tentis obstitit. illi iustius queruntur quibus non desunt domus
quales sunt quidam populi sub meridiem et sub arcton. et ideo apud
scitas ut scriptum videos. nullum scelus furto gravius. et sequitur non.
Quid enim inter silvas superesset si furari liceret. D. fures michi sub
trahunt res meas. R. suas fieri volunt. nec tu vetas. puta ergo
negligentiam tuam plecti. rerumque tuarum custodiam hoc precio doceri. uti
na non discantur gratis. D. michi molestissimi fures sunt. R. impor
tunum plane genus hominum. vire optimo bonis omnibus odiosum
non modo ut pestilens sed ut vile. sic enim habe. non aliter quam summa cum
vilitate aliquem ad hoc trahi. haud immerito igitur Aurelius Alexan
der princeps iuvenis sed bonus. tanto furum odio flagravit. ut de il
lo scribat Elius Lampridius. siquem talium vidisset. paratum digitum
habuisse. ut illi oculum erueret. tantique eum stomachi fuisse. in fur
torum infamia laborantes. ut si eos casu aliquo vidisset commocione
cum coleram evomeret. toto vultu in ardescente. ita ut nichil
loqui posset. nobilis prorsus indignacio generosi animi. vere ingens
furum feditas que viro forti et sublimi sic subito nauseam ex
torqueret. Quinymmo cum quidam ex honoratis aliquando furti reus
ambiciose tandem favore quorundam amicorum regum ad milicia
am aspirasset. et statim in furto deprehensus esset. vix enim illi
vicio assueti desistere unquam sciunt. Quesivit Alexander a regibus
qui illum promoverant. quid apud eos paterentur fures. cumque
illi respondissent crucem. illico eum de illorum sententia cruciafixit. D.
furtis infestor. R. contra furta bona est vigilancia. atque custodia
sed optima est paupertas. quamdiu aliquid erit. quod furibus dul
ce sapiat. eorum vel manus cave vel oculos non evades. vis fures non me
tuere pauper esto. De rapinis dolor do . . . lor
A predonibus spoliatus sum. R. Crispus Iulii lege nisi fal
lor scriptum sit. quod nullus fur improbior quam qui in-

rapit. sunt tamen clandestini fures. me iudice miliores. illi enim
furtive agunt. hij autem vi et ideo iuxta sententiam ciceronis. illi vulpe
culis. hij leonibus similantur. Adde quod fures rebus spoliant
ingeruntque suspiciones. at predonibus spoliasse fere sat est. suspicio
nibus non relinquunt locum. D. in predones incidi qui me inopem
reliquerunt. Ro. incidit in predones cesar a quibus non spoliatus
modo sed captus. magno se tandem precio redemit. futurus rerum dominus
cuius dampni solacium illico mox secuta prebuerit. non exiguum le
nimen in iniuriam. Incidit in manus hostium regulus tociens iam
victor. qui magno cum imperij sui dampno atque discrimine eun
dem in manu supplicio peremerunt. incidit in hostes quoque valeri
anus imperator. qui eum multo cum imperij dedecore fedo senili servicio
confecerunt. tu si nichil ultra quam spoliatus es et fortune tue et pre
donibus graciam habe. qui tibi libertatem vitamque relinquerunt. Non est
enim aliud beneficium latronum. quam quod cicero ait in philippicis
ut commemorare possint. hijs se vitam dedisse. quibus non ademe
runt. fer tu igitur sortem tuam. communem tibi cum magnis hijs
atque alijs claris viris et si comparetur facilem est atque optandam. neque fe
liciorem esse velis. hijs qui dicuntur felicissimi **De dolo malo Dolor.**

A circumscriptoribus sum deceptus. Ro. miraris. mi
rarer ego si inter homines conversando illesus evaderes.
quis homo enim hominem non decipit. fides exulat et
regnat fraus. hec ne nunc noviter perpendis. non tan
to studio neque tot laqueis venatores atque aucu
patores feras ac volucres captant. quot versuti homi
nes alios quoque simpliciores. quod si unquam verum fuit
nostra etate verissimum est. monstrantur digito fraudi
um magistri. et ille prudentior iudicatur qui peritior est fallendi
vis ne igitur non decipi. aut morere. aut fuge hominum consorcia. D.
dolo malo unde non timui circumventus sum. Ro. si timuisses de
ceptus forte tam facile non fuisses. et nunc cogita an tu quoque aliquem
fefelleris. estis enim fere omnes ad fallendum proni. feres autem fa
cilius ab aliis tibi fieri aliud quod feceris. sed vos et que facitis alijs non
sentitis. et que ab alijs fiunt vobis pati non potestis. rerum omnium in
iquissimi iudices. D. dolo amici dampnum tuli. Ro. feras uti in mer
catis. nullus in amicicia dolus est sed in hoc et vulgo erratis. amicos cre
ditis. qui non sunt. amiciciamque rem inextimabilem atque sanctis
simam facili probatis experimento. usque adeo rerum illarum curiosi le
vi commessacione. aut brevi conversacione et confabulacione quantis amici
nec circuis quantis quam perditis. si tamen quod non habetur perdi potest. postea ab
amicis vos deceptos dicitis. et hanc infamiam amicicie iactatis

in nocenti. D. dolo dampnificatus sum. Ro. multis profuit falli e
is cautior in reliquis. quidam parue rei dampno. maximarum
rerum pericula declinarunt. D. circumscriptor iniquissimus me fefellit
Ro. ymo tuum excauit atque excitauit ingenium. docuitque non fidere
nisi expertis et probate fidei. Enumerarem exempla. quibus casum
tuum solareris. nisi essent innumerabilia. Quis enim uiuens non decipitur
quicquid mali mortalibus accidit minimus est. quam quod homo pati
ab homine. et cum sequi omnia. nec possibile nec necesse est. Memento cannarum.
qualiter siracusis fuit dolo malo quodam a pithio circumscriptus. habet tamen
canius quo solari queat. eques romanus ab extraneo et uiuente
deceptus. Cum augustus cesar impor romanus a romano et
ue moriente delusus sit. nota res est. ut marius quidam. qui ipsius
augusti beneficio ab infimo milicie gradu. ad summos honores atque
opes ascenderat. semper publice predicare solitus se illum unum
heredem habiturum. eique bona sua omnia relicturum a quo omnia percepisset.
id ipsum cum pridie quam obiret eidem affirmasset augusto et
fraudulentum spiritum emisit tandem. nulla cesarei nominis uel tenuis
mencione in testamento habita. dignus ipse cuius cadauer unco in
tyberim traheretur. qui dum ac benefactorem suum fallere nec morte
desierit uel dedisceret. De domo angusta dolor

Anguste habito. Ro. angusta domus ad multa est ha-
bilis. inter alia contra fures utilis. de quibus pau-
lo ante querebaris. qui in ea latebras non habent
sicut ex diuerso de magna domo dicitur. quod dominum fallit et
prebet furibus. arctam sane uel amplam domum pro
numero habitancium accipio. tu nunc ut tibi uideris
anguste habitas. at quanto habitat angustius anima tua
quantoque fedius inter saniem et cruorem nec mi-
grare illam inde si fieri possit umquam uelis. D. arcta domus est mi.
Ro. domus lutea celestem animum non angustat. sepe parua do-
mus. magne glorie capax fuit. cum magna interim multe infa-
mie plena esset. non format domus animum. sed ab illo formam ac-
cipit. ut leta igitur atque honesta pauperum tuguria esse possunt. sic
infames mestique regum arces. diuitumque pallacia. nulla tam
parua domus est. quam non amplificet magnanimus habitor magis
quam hospiti prestet ydoneam. D. parua domus mea est. Ro. parua e-
nim diis natus est cesar. pastorali casa romulus ac remus tan-
magne urbis auctores educati. non amplius atrijs habitauit cato
uolubili dolio. diogenes angusto tugurio flauoni unius terre
spectantibus sci uiri. in exiguis ortulis magni philosophi sub diuo modi

as uel tentorijs summi duces In stupendis palacijs grauius et ne
io. tu cum quibus habitare malis elige. D. angusta est mihi domus
et humilis et inalta. Ro. muri fures uentosque submoueant et
utriusque peiora uulgi tedia. tecta frigus. estum soles ymbres arce
ant. turres aerie uolucribus. domus ampla superbie. ornata lu
xurie. referta cupiditati. nullum latius spiritus habitaculum nisi uicijs ac
cupatum. D. per anguste habito. Ro. uis ne tibi domus omnis quam
plurima uideatur sepulcrum cogita. De car cere. et. do lor.

Carcere claudor indigno. Ro. melior est indignus
carcer. quam libertas indigna. multoque satius in
meritum iniustitia mala pati. quam per scelus bonis af
fluere. quamuis nec mala illa dici debeant. neque hec
bona. sed loquor ut uulgus. quod dolorem malum in
gens uoluptatem summum bonum iudicat. D. car
cere clausus sum. Ro. quis non carcere clauditur. aut
quis inde digreditur. nisi dum moritur. uetus hec
tua omniumque sors est. unde propterea unde noue igitur querele. Ista certe
scito. ex quo die natus es et antequam nascereris. in carcerem atque in
uincula missum te. illius imperio cui omnis celi ambitus exigua
domus est et siquid summo creditur poete. tenebrosum utique carcerem
et cecum. illius exitum carceris si felicem cupis. huius angusti
as non horrebis. sicut nec supplicia. nec mortem. nec humani ali
quid. ad quorum paciam et contemptum. nisi preparatus armatus que est
animus. in quacumque fortuna. calle graditur ancipiti. D. turpi
carcere claudor atque angusto. Ro. nullus carcer turpior nullus
angustior. quam iste corporeus. quo usque adeo solui times. D.
carcere detineor importuno. Ro. multos periculo instanti atque ho
stium manibus carcer eripuit. multis limen carceris pro clipeo
fuit. et quod intrasse profuerat. exisse nocuit. ut exitu ad mortem quod
horruerant utile. quod optarunt miseri faterentur. D. carceri
mancipatus sum. Ro. quid scis an fortasse non carcer. sed ut dicam
custodia sit. quociens uinclis explicitos hostilis mucro. siue ho
ste senior paupertas inuasit. quociens euasisse penituit. et carcerem
quem diuturnum queri ceperant. non fuisse perpetuum questi sunt
vidimus in carcere quosdam laute habitos. mox inde digressos
tenuem ac difficilem uitam mesto fine clausisse. D. miseram
in carcere uitam dego. Ro. quidam libros in carcere texuerunt
tu querelas texis inutiles. quidam litteras in carcere didicerunt. tu
pacienciam dediscis. D. carcerali custodia uinctus teneor. Ro.
plerique cauernis ac speluncis. Alij se minorum angustijs inclusere
re. carcerem spontaneum uel dei amore. uel mundi odio uulgique

fastidio eligentes. tu si hoc animo non es. tuique carceris finem cu-
pis expecta. aut te hinc homo eruet aut mors que clauem carce-
ris alteram habet. unus quidem introitus. exitus multi sunt. Alium
misericordia. Alium ius emisit. Alius innocentia sua. Alius custo-
dum neglientia euasit. Alius precio. Alius ingenio et uel subterraneis
cuniculis. ut per tenebras amice noctis elapsus est. Quibusdam
patrum memoria terremotus et ruina carceris uiam fecit. ad postre-
mum quos nichil emiserit mors absoluit. nec minus uarii
euentus. Marium consolatum carcer dedit. Iulium cesarem
piratarum custodia summum misit ad imperium. hac etate qui-
dam de limine carceris ad diuinum transiuere et cathenam sibi ex-
cussam iniecere aliis. denique regulum et socratem multosque ali-
os non tam carcer extinxit ut uisus est. quam carceri clarus fuit
eripuit. et ad summam quosdam carcer ad insignem gloriam. alios ad
eximiam fortunam. ad regnum alios. multos ad celum misit.
ad sepulcrum omnes. nullum quem cepit non reddidit. **De tormentis. d.**

In iuste torqueor. Ra. quid nunc diceres si iuste. illum
nempe tormentum conscientia malus est. illa incolumi. hoc
externa despicato. intra te est consolator tuus. D. torqueor
prorsus indigne. Ra. tortoris miserere tamen. ille te gra-
uius torquetur. quamuis enim mundus obstrepat mi-
nus mali est pati iniuriam quam inferre. D. torqueor.
Ra. nouum mali ueteris lamentum. numquid enim non
antea torquebaris. inter tormenta natus. inter tormenta uixisti.
inter tormenta moriturus. quid nunc noui accidit. mutantur
tormentorum species. tormenta non desinunt. excute totum tempus eta-
tis. que sine tormentis diem egeris recordare. Aliqua falsis forsan
gaudiis adumbrata reperies. uerus autem plena tormentis quibus
si aliter extimes. nullam uite partem uacare fateberis. unde non
immerito quibusdam. omnis uita supplicium uisa est. sed uos michi
minus. quam hee philosophice uoces tangunt. feriunt quidem aurium
uestibulo. mentis claustra non subeunt. hinc ad omnem corporis
offensiunculam ingemiscatis. animi iuge mortiferumque supplicium
non sentitis. illic impacientes. hic hebetes. D. in eculeum leuor.
Ra. quid refert in eculeum an in lectulum torquendus descenderis
te carnificis nodus premet. at hunc febris. hunc podagra. hunc
uxor. hunc filius. hunc amica. hunc diuicie. hunc paupertas. hunc in-
finita cupiditas. spesque anhela. hunc tortore quolibet peior metus.
perquire mortalium status. uix ullum inuenies. non in eculeo
pendentem. sed cum mille sint eculei. nisi ligneum non timetis. D.
torqueor. Ra. aut innocencia in tormentis. aut iusticia te ipsum con-



solare. nam si iniuste torqueris gaudendum est. experimentum
tibi atque aliis et fulgor quidam tue virtutis accessent. attrectati ac
sublati fragrantior ac notior fama erit. ut bene oleant terentur
aromata et pulcerrima rerum ne lateant attolluntur. sin id iuste
pateris acquiesce remedio et decocte sordes flammis aut asperita
tibus eluuntur et magni mali medicina tristior sit oportet. quem
morborum tedet amara non respuat quem scelerum penitet sup
plicia non recuset. D. in eculeum tollor. R. si immeritus unde
ex alto scenam alienam despicias. at si meritus unde a terra
divulsus ipse tuum clarius aspicias crimen. quodque commisisti do
les non doleas plecti. D. torqueor. R. aut temptatur virtus aut
punitur vicium. alterum sepe utile. alterum semper expediens
bona exercitacio iusti est. pessima nocentis impunitas. D. torqueor. R.
disce iter ad pacienciam et ad mortem De iniusto iudicio dolor

Iniusto iudicio dampnatus sum. R. unius iudicis
aut paucorum voce testium dampnatus. populi vocibus
aut tacito iudicio. quod quia est melius conscientia ipse tua.
quodque est optimum. divina sententia absolvendus. siquidem
ad tribunal eternum iusti iudicis provocatio salva
est. solet is perperam iudicata rescindere. D. iniuste iu
dicor. R. ubi iusticia in iustos. sic iniusticia iustos premit
ubi igitur iniusta dampnacio. ibi iustus est reus. Ne
mo autem tam demens. nisi insaniat ut hec perverti. seque in
iustum iusto iudicio premi velit. nemo tam pravidus nisi sit
pessimus ut non pocius dampnari eligat iniusto iudicio quam
absolvi. tanto enim id sacius. quanto melior est oppressa iusticia quam
impiosa nequicia. quantoque est optabilior mens bona. quam prospera
a fortuna. quamvis illa laboribus hec deliciis affluat. plus dicam
tanto est melius iniuste citari dampnari quam iniuste absolvi. quanto
est peius impunitum quia punitum crimen in hoc enim sceleri vic
ta iusticia est. malo quidem magno bono ingens in illo autem
scelus et impunitas que nescio an scelere ipso peior sit. ymo est
te et iusticie hostis et multorum radix est scelerum. D. iudicio gravior
iniquissimo. R. mens in solido fundata et bene sibi conscia huiusmodi
ictus habet inexpugnabiles super impone quantumlibet dampni infa
mie supplicii nullo fasce curvabitur viribus suis et multo
maxime celesti ope consistat. Erunt preterea quorum sese paribus
soletur eventibus haud spernendi comites Rome furius camil
lus ac livius salinator Athenis aristides atque miliciades mul
tique alii inter quos quidem quod invenis Cicero et socrates an te
horum alicui an publio clodio similem fieri malis atqui hor

quisque ciuis optimus. et in sua urbe clarissimus. sed iudicio dampna
tus. et uel in exilium. uel in carcerem uel in mortem actus ille non sce
lestissimus et inter multa flagicia notissimi quoque conuictus adulterij
uiolatarumque religionum concordibus omnium iudicum sententijs absolutus
est. Quisquam ne adeo sue mentis inops est qui non illius absoluti
a ceronis hostis sui dampnacionem atque exilium anteponatur. sed hu
mana hec atque omnia. Sin altius aspicias. uidebis persepe iniusto iudi
cio celi regem. familiamque eius electissimam tanta uestigijs in
herentem ducas et qui hinc postea secuti sunt tanta innocentia
tantisque uirtutibus in hos ipsos iudiciarij turbinis incursus ac
scopulos incidisse. D. Iniusto iudicio offendor. Ratio. est qui te uindicet
is qui facit iudicium iniuriam pacientibus. Cuique ait mea est ul
cio et ego retribuam eis in tempore. est et ubi ne cogitas. ipso iudice
aut teste in pectore magni ubi habitant ultores. nullius belue
morsus est acrior quam conscientie. D. In iusto iudicio lesus sum. Ratio. illa
tis iniurijs bene uti ars ultima non est. qua instructa sepe profuit ini
quitas aliena. cum sua cuique semper noceat. prosit numquam. D. Innocens
dampnatus sum. Ratio. quid igitur nocens malles. sic enim xantip
pe coniugi socrates moriens respondet. muliebriter lamentanti
quod is innocens moreretur. Atqui et si aliqui contrarium opinati sint
longe tamen est innocentem condempnari tollerabilius quam nocen
tem. hic enim solum supplicium graue est. illic et causa supplicij. D.
iniusto populi iudicio dampnatus sum. Ratio. expectas ut populus in
te rectum uideat. quod in se nec in alio umquam uidit. magnum tue
innocentie argumentum fuerit a nocentibus condempnari. D. populus
immeritum me condempnat. Ratio. ymo hercle non immeritum. sed in liba
et magna promeritum camillum de quo nunc loquebar et liuium
ipsum denique scipionem africanum. alios que cornelios. tales uiros
iniustis iudicijs agitatos ad uoluntarium coegit exilium. D.
At a rege innocens condempnor. Ratio. et regum plerique sine non
iusticie. sed uindicte sunt. quisquis liberius ubi incontra licencias
regias emiserit. cuicumque in interitum libertatis fictus ob ducatorum
fuerit. is lese reus erit maiestatis. D. Sed condempnor a iudici
bus. Ratio. iniquo iudice nullum uenenosius est animal. a serpente le
sos se dolent quidem homines non queruntur. fecit enim serpens quod
suum erat. quamuis non quod placitum pacienti. et te iudices erat. qui eos et
de quibus dixi socratem condempnauit. clodium absoluerunt
quorum uter esset iniquius dubitari potest. proinde in populis. aut sub
regibus atque iudicibus degenti. propositum animo esse debet
aspera quelibet et iniusta pacienciam si ueniant non deflenda
cum uenerunt. De ex i li o do lor.

Exilio pellor iniusto. Ro. quid tu igitur iusto pelli mal
les exilio. nempe qd ad iniurie cumulũ ais. i diuisũ
ẽẽ. Res enim iniusti exilij solaciũ comitẽ iustitiã
que iniustos ciues destituẽs. te secuta tecũ exulat
D. iniusto exilio pulsus sum. Ro. an te rex expulit
an dñs. an pplus. an hostis. an tu ipse. Nam si rex. aut
iniustum exiliũ nõ erit. aut ipse nõ iustus. atq3 ita
ne rex quidem. si tyrãnus ab illo te pulsum gaude. sub quo boni ex
ulant. fures ĩperant. si ppls. moribus suis ille utitur. bonos odit
ꝛ is quoq3 multiteps tyrannus nũq̃ sui silem pepulisset. nõ te
igitur pñia. s3 malorũ cetibus arceri. neq3 in exiliũ s3 ipsa bonorũ
ciuium cogi putes. at si hostis. agnosce iniurie lenitatẽ. nõ hosti
liter seuijt. qui oĩa cũ posset pñiam abstulit. spem reliquit. Sin
tu ipse mores ppli posũs. aut tyrãni abitũ elegisti. nõ mõ ne do
leas. s3 ꝗ gl̃ie ne ũtute pñe ꝑtulisse. nõ tu flebilem s3 honestaz et
psus i uidiosam. bonis q3 optabilem nõ iã exilij s3 abitũe cãz
hẽs. Sponte pithagoras samon liquit. Athenas solon. Romam
scipio. D. exilio dampnatus sum. Ro. multos exiliũ honestauit ꝛ
multos ator aliqua fortune uis atq3 iniuria notos reddidit. et
illustres. quid te uetat illis inseri. qui q̃si ignẽ de silice claram
famam collisionibus quesiere. D. in exilium agor. Ro. i historijs
magnos rei hui9 socios. quorũ speciosissimus comitatus. non
sensum mõ doloris i minuat. s3 obliuionẽ afferat. nõ minor
in exilio Camillus fuit. quam fuisset domi. ꝙtus ciuis ꝙtus exul
qui uictorias atq3 triumphos. nõ iustitia minus. quã ꝓsperitate cõ
spicuos i capitoliũ duxit. mox hic pulsus. ꝑ accepta iniuria
ingrate salutem pñe rependit. nõ facile aliud tam clari exulis
exemplũ fateor. Sz ꝗ rutilius ꝛ metellus tam nichil exilio fac
ti sunt. ut rutilius reuocatus ab illo cuius nutu nõ parere ca
pitale erat. exilium amplexus. redditum ꝯtempserit. seu ne
ullã ꝑte senatui iniustisq3. licet legibus pñe obstaret. seu ne
forte exul iterum fi posset. At metellus eodem quo in exiliũ
ꝓfectus erat. uultu atq3 aĩo remearet. hys marcellus accedat
hic ultimus qui ĩ belli ciuilis tẽpus ĩcidit. pulsus nempe nõ
solitam mõ ꝯstantiam honestatẽq3. sed etiam studium non ob
misit. s3 strinxit arctius ꝛ publicis liber curis uim ex colendo a
nimo tam ardenter incubuit. ut ad scolas missus honestissi
mas. nõ ad exilium mitteretur al' uideretur. qd quidem in ace
rone ꝯspectus. operum splendor ꝛ librarum copia maior fiat
non exilij mõ s3 ceteris dulce solacium. D. exilium patior.
Ro. exilium breue cito te pñe reddet. longũ nõ aliam ti

bi p̄riam dabit. unde exulent. qui te exulem noluere. dedisset q̄ꝫ iā
nunc. si ad u̾am rerum. nō ad opiniones hoīum aspiceres. ualde
enī angustus ē animus qui sic ad unum se terre angulum applī
cat ut quicquid ext̄ sit exilium putet. Nil tamē ab ē exilij deplo
rator ab illa aī magnitudine. cui totus orbis carcer exiguus
uideretur. Interrogatus socrates cuias eēt. mūdanus inquit sum
uere socraticum responsum. athenensem se alius r̄ndisset. soc̄
ti autē p̄ria hoīum mūdus erat. nō hic solum quē uulgo mū
dum dicitis. cum ps ultima mundi sit. ꝫ celū ipm q̄d ac recti
applicone ꝯprehenditur. illi p̄rie destinati estis ad quam si su
spirat animus. qualꝫ ip̄te terrarꝫ peregrinum atqꝫ exulem se no
uerit. Nam quis p̄riam uocet. ubi non h̄itet. nisi ad breue tē
pus. illa uera ciuiusqꝫ p̄ria dicenda ē. ubi quis ppetuo securus
ac tranquillus deget. que hanc in terris. puto inita erit inquisi
cio. ut nē autem lex ē data mortalibus. ac p̄scripti fines. dūꝫ
hic uiuitur. t̄ra oīs p̄ria nr̄a ē. uita quā. qui se exulem fecit
non tam rei quā aī uicio laborat. Non h̄emus hic manētē
ciuitatē dixit paulus. Omne solū forti p̄ria ē inquit naso,
Omne hoī natale solum. ait stacius. hijs te uocibꝫ armatū
uelim. quibus ubiqꝫ unus. et ut nusq̄ ut semp in p̄ria tua sit
D. Ire in exilium iubeor. Ro. J. sponte peregrinacio erit non ex
ilium et memēto quibusdam exitū. quibusdam uero reditū
periculo fore. sunt quibꝫ nusq̄ peius quam in p̄ria sua sit. D.
In exilium cogor. Ro. cupiendo q̄d cogeris. efficies ne cogaris
Omne uiolentum pacia uincitur. et desinit eē uiolētum. q̄d uolē
ti fit. D. Ire in exilium ē nccē. Ro. tu fac uolens. quod ul' no
lens faceres. fac letus oīa. nequid mestus paciaris. ita omnem
uim nc̄itatis. oēs clauos quos adamantinos illi t̄buūt cathe
nas qꝫ. omne tedium molestiamqꝫ discusseris. ꝫ uos impossibilia
cupitis. nc̄ia fugitis utrumqꝫ nequit̄. D. In exilium eo. Ro.
ymmo forsan in requiem. sub obtemptu f̄le miserie. uera felici
tas. iam saltem ab inuidia tutus eris. ppera mixtamqꝫ cū glā
securitatem arripe. tutis et honestis latebris michil ē dulcius
nolle hijs ꝯferri p̄rie urbium platee. D. pellor e p̄ria. Ro. pulsū
te pessimus. optimus miserere. neqꝫ te p̄ria. ꝫ p̄riam te indignam re
bus pba. senciat illa quit pdidit. tu michil pdidisse te sencias et
mali ciues tui tedio. sibiqꝫ p̄rius odio. ac suspicone creant. bo
ni autē amore abeūtis ac desiderio teneantur. sequantqꝫ oculis
atqꝫ aīs abeūtem. illi se solos liqui doleant. tu te ꝯmutatū gau
deas p̄ficisci. neqꝫ in tergum respicias. ut neqꝫ redditum cogites ne
qꝫ cum illis eē cupias. qui te cupiūt ab eē. neqꝫ deniqꝫ. q̄d a te fieri

debuit. ab alio factum egre feras. debuisti cedere. civium in invidie
utque illam fugeres. ultro in exilium ire. huius ego consilii dux,
eram. nec exempli duces deerant clarissimi. nam in primis tres
magnos scipiadas id fecisse novimus. tamque perseveranter ut patriam
sua presentia qua nil clarius habebat spoliatam. indignam quoque ci
neribus defunctorum. quidam insuper dignam famoso epigramma
te iudicarent. nomina sunt in mortali memoria. que tibi per famam
perque omnis historie fidem ignota esse non poterant. Affricanus asiaticus
lentulus. D. mittor in exilium. R. imo in experimentum tui. videbis
quem te in exilio prebeas. si succumbis exul verus. si consistis in exilio
clarus. ut multi olim. qui invicti et fulgidi per asperitates in celum.
ut sequentibus iter ostenderent. sive tyrannos servire. sive populum
sinere. sive hostes ac fortunam tyrannise al. fremere. pelli potes. capi.
cedi. perimi. virtuti autem nisi manum extuleris non potes. neque ornamen
tis tuis spoliari cum quibus quocumque ieris et civis et princeps principum
unus eris. D. exulatum pergo. R. perge alacer. et securus. nescias quam
longa sint brachia tui regis. nichil illi longe est. ubique te prote
get qui protexit in patria. De obsessa patria. dolor.



bsessa est patria. R. obsessa fuit troia. obsessa tyrus
obsessa cartago. obsessa ierosolima. obsessa nu
mancia et corintus. eversaque omnis. quem iam pude
at obsideri ipsa urbium caput roma obsidione temp
tata est. sed cum iam roma esse desiit. Quid capuam
Quid tarentum Quid siracusas Quid athenas et
Quid veios. minores que alias loquar. sunt et sua
urbibus fata. et pauce fatum obsidiones evasere
sed longitudo temporum noticie rerum obstat. ut ipsis quoque civibus sua
rum fata urbium sint ignota. tu presentem sentis obsidionem. nec
futuras provides. nec preteritas meministi. sic est usus quod te premit
defles. valde sensibus dediti estis beluarum more. D. in patria sum
obsessus. R. dicebam te in commodum tuum flere. iam optabile
videri possit exilium. eo quod minus officiat libertati. neutrum tamen
officit. sed libertas animi vera est. Ille et inclusus egredi et exclusus
ingredi et ubi voluerit esse potest. D. obsessus in patria mea sum. R. ob
sessus et priamus non civis sed rex in patria sua fuit. cum tota illa
famosa magis quam fortunata familia. obsessus regis anthigonus
macedum rex et eumenes pergami. obsessus hac etate intra urbem
Janue. rex sicilie Robertus. nullo veterum regum minor si que ve
ros reges facit virtus attendis tu hominum sortem regiam la
mentaris. obsessus ambrosius. obsessus augustinus ambo sil.
intra mediolani ambitum. obsessus et ad ultimum augustinus

Idem intra cp̄i sui muros. quo tempore miseratus lacrimas suas
deus a terrena illū obsidione ad celeste regnum transtulit. D. ob
sideor. Ro. Et quis oro non obsidetur. hos pctā obsident. illos mor
bi. hos inimicicie. illos cure. hos negocia. illos ocia. illos diuicie.
e. hos paupertas illos infirmitas. hos laboriosa celebritas. ōs corpus
qđ tantopere colitis et amatis. ille uos carcer arctissimus circūcin
git. atque obsidet obsidione perpetua. ipse orbis terre ubi frementes
et bellis assiduis insanitis. ubi imperiorum terminos ac regnorum tanto
studio dilatatis. qua a uobis incolitur. quid ē aliud. quā qđ ait
Cicero. qsi quedam parua insula circumfusa illo mari. qđ magnum
qđ occeanū. qđ athalanticū appellatis in terris. qđ tn̄ tanto noīe
quam sit paruum, uides undique obsessi estis omnes. tu te obsessū ut
rem nouam narras. uide potius si quid in te opis aut consilij ē. qđ
possis ad tutelam patrie conferre. hoc fac potius. et memento. siracusij et
archimedis oposi senis. querele enim nec tibi nec patrie profuerint
D. obsideor intra patriam meam. Ro. quid tu igitur. an alibi malles
obsideri. posses id fateor malle. et quidem pie. quo s. te obsesso illa
eēt immunis. ceterum qđ ad te attinet an solamen exiguum uidetur
quicquid sit ipsa tua pati ut cōptū ledit aduersitas. tm̄ leniat locus
ipse. D. intra muros patrios coarctatus sum. Ro. Ita hoc dicis.
quasi mille nobis maiores sint angustie quā minorum. quia mul
ti ex hijs qui urbibus habitant. sic assidui in curia atque foro sūt
ut uix toto quā longus ē anno. semel portas urbis aspiciant
adde nomē obsidionis erumpere gestiant. et uicti sibi compedibus
uidebūtur arctissimus. nō hoc facit obsidio. sed opinio quā nil ē
in uie mortalis uite fluctuacione potencius. Fabulam locus
poscit. decrepitū quendam senem fuisse nuper Aretij fama ē. qđ
nunq̄ patrium excessit limen. Id qđ cum ad aures presidencium p
uenisset. ludendi studio hoīem ad se uocant. et sibi compertum
dicunt illum clam urbe egredi solitū. occulta cum hostibus
hr̄e colloquia. ille autē p sctē iurare. se nō solū tūc patris belli
tempore. sed nec ulla unq̄ pace. p om̄em quāuis lōgam uitam mu
ros urbis egressum. Contra illi incredulitatem fingere. et suspec
tum eum rei publice dicē. quid multa. graui ni pareat pe
na imposita ne egrediatur interpellant. illum ferūt in pacīa prohi
bicōnis irritatum. die postero. qđ nunq̄ antea iussū fuit erat. ex
muros patrie deprehensum. sic in uetitum semper nitimur cupimusque animos
urgēte interdicto. et tu nunc te arctatum dicas et tibi urbs totam
sufficiat. cui nisi obsideris. forte pars minima domus forsan una
sufficeret. qđ maxīe studiosis euenire solet. Quid qđ fere omnis
obsidio breuis ē. id ē loci solamē. et temporis equanimitas sola

Arecium

de est. ut lugeatis et querantur non nam rerum sed mollicies nostra fecit.
Quid quod eversa funditus est. De eversa patria dolor
patria. Ro. An non fortunas quorundam urbium quas
paulo ante nominabam. et stiles alias innumerabi-
lium audisti. Tyrum et thebas. et persepolim persie re-
gni caput evertit alexander macedo. quod inveniens
ad suggestum forti unius magne urbis temuis
fortuna Troyam evertit agamenon. Saguntum han-
nibal. Cartaginem atque numanciam affricanus mi-
nor. Jerosolimam titus. alias que alii. romam nullus in totum di-
ruit. sed senectus atterunt. civilibus ad ulta discordiis. et quid re-
fert quis everterit quia constat eversam. Ruine mediolanensis rece-
cior fama est. sub friderico imperatore alamanno barbaro et inma-
ni. quid tu ergo tuam patriam rebaris exemptam imperio fortune
cui urbes maxime atque imperia subiacent. An usque adeo te fefellit a-
mor. ut urbem unam quod tu ibi natus esses. tibi fingeres immor-
talem. cum sit mundus ipse mortalis. Celum ruet ac terra. mon-
tes et maria movebuntur. et creata de nichilo in nichilum redi-
gentur. tu ruisse tuam patriam. aut miraris aut quereris. Sunt
quod paulo ante dicebam. ut hominibus sic urbibus mortes sue
non tam crebre ille quidem. quia et pauciores urbes et diuturniores
cui sunt. morti non obnoxie non sunt enim soli homines sed preter animos
humana cuncta mortalia. D. patria mea ruit. Ro. resurget forsi-
tan. nam et alique surrexerunt. et quibusdam cecidisse materia
fuit felicius resurgendi. Nempe hodie saguntum et mediola-
num sedibus suis stant. At mediolano patria laudum pompeii
ultima ut aiunt mutavit locum hysdem barbaricis manibus et sub
idem tempus eversa. Similiter et Jerosolima et carthago. spera ergo
si spes cecidit. et de patria actum reris. cave tu succubuisse fortu-
ne. peior est enim animorum deiectio quam et murorum. virilis non
feminea virum decet pietas. quamvis doleas patriam cecidisse
noli tamen sic accumbere. quamvis tua iam ruina nil rei publice colla-
tura est. quin te ipsum et si que sunt civium reliquie ad feliciora
tempora reservare satage. factis pius non lamentis. Est ubi sit etiam
ipsa laudabilis. Audisti ut terentio varroni cuius culpa ac te-
meritate pene ruerat imperium romanum publice ab omnibus
gratie acte sunt. quod de re publica non desperasset. quod fecisse col-
lega eius vir clarissimus et culpe omnis illius expers videba-
tur. Si aliud nichil est reliqui. at tu saltem cum biante. bona tua
tecum portas. quamvis nudus muros patrie cadentis egredere
et ad illam patriam aspira. cuius regni non erit finis quo cum

tandem deo te uocante conscenderis. nec obsidionem metuas.
nec ruinam. nec eorum aliquid que urbes in urbibus metuunt
Bello uinci metuo. *De metu perdendi in bello. metus*
Ratio. pacem querere. M. ualde uinci timeo. Ratio. timor
modestus cautionem uehemens uero desperationem pa
rit. quarum altera nil in bello melius. altera peius
nichil in rebus omnibus. M. magno prelio qua
tior terrore. Ratio. quid bellantium mali ferat. atque
ex timore oriens ex mesticia. Flaminius ad trasimenum
Crassus apud carras. Pompeius in thesalia expertus est. quibus in
locis et sepe alibi. uerum poeticum illud apparuit. Pessimus in du
biis augur timor. M. euentum pugne nimis horreo. Ratio. differ
in tempus dum spes redit. male pugnatur unde abstinendum mens
terrorque denuntiant. Solet inesse animis presaga quedam uis. cui
obstare fortissimis non sit usquequaque consilium. non est exemplorum
numerus. seu ueterum seu nouorum. clarissimis fratribus uti satis huius
M. instantis pugne casum metuo. Ratio. excute res tuas. quas
te melius nemo est qui nouerit. uide ne non rei natura. uel uirium de
fectus. sed presagium sibi fingat ignauia. cui nichil unquam non formi
dolosum ac difficile est. hec si libertati igitur si glorie. si saluti tue
officiat. uirtutis auxilio comprimenda est. excitandus est animus et
monstrandum illi. sepe pauciora esse ac leuiora pericula quam pa
uores. obuersari sepe oculis. falsas ymagines rerum terribilium. qui
bus consternati quidam sine ferro paratam sibi uictoriam tradi
dere hosti. non enim falsus atque inanis metus uero leuior. sed eo
sepe uehementior. quo pauentem in maiora omnia sibi fingens error
quoque precipitat. atque ita quod poeta ipsem ait. Male cuncta mi
nistrat impetus. Si nec is tollerare. iacentem animum potes
campo abstine. nunquam bene ~~abstine~~ agitur. quod pauide geritur sic
affectus in aciem si descendas. tertium erit qui contra te uincet
tu enim ipsius aduersus te melior pars rebellat. malus semper hos
pes. sed pessimus in bellum comes metus *De belli temerario col*
Stultum habeo et temerarium collegam. *lega Dolor.*
Ratio. est aliquid cause fateor ut timeas. sed ex diuerso.
aliquid est ut speres. hoc enim ut quibusdam ca
lamitatis sic aliis glorie prebuit materiam. Temeri
tas terentiani uarronis Emilio paulo mortem pe
perit. At lucii furii et minucii temeritas. Marco
furio camillo Et quinto fabio maximo. singula
rem gloriam quesiuit. Note sunt historie. D. est michi
collega preceps et inconstans. Ratio. esto tu constans et modestus nisi

quam virtus clarior eminet quam suo admota contrario. Cur non tu potius illum regas quam te ille despiciet. D. Est insolentissimus collega. R. An tibi excidit ut ipsi de quo nunc diximus Camillo, tribunum militum consulari potestate, quinque simul college imperio pares ultro se submisere. Habet hoc virtus excellens possessoribus suis auctoritatem, miratoribus reverentiam ac pudorem confert. Nullo melius modo college insolentiam represseris quam industria ac virtute. Sic efficies ut illum tibi parem dici pudeat, sicut puduit Minucium, et aut se sponte subiciat honestiore suffragio quam si eum tibi populus subiecisset, aut omnes intelligant illum tibi parem nomine, rebus imparem, et quicquid bene gesseritis tuum esse, quicquid secus illius. D. Collega michi stultus obtigit ac perversus. R. Quedam per contrarium discuntur. Solent magistri tardiusculis discipulis ineptum aliquid proponere, quod cum respuerit discentis ingenium ad vera facilius retrahatur. Redit ad memoriam obscuri hominis clarum verbum. Ante non magnum tempus, cum Florentina civitas statum mutasset, quod crebro nimis ac libenter facit, atque ad infimam plebem frena rei publice pervenissent, unus ex insolenti grege, qui diu ex illa tenuerat et vestibus amiserat, inveniam inopis mechanica humilitatem spernens: Et tu neque unquam literas noveris, neque unquam patrios fines excesseris, nulli semper artificio intentus cum patribus tuis, qualiter hanc tantam et tam nobilem urbem reges. Ille autem nichil motus: Et quid hic negotii inquit est? quid vos egeritis nullus ignorat; semper omnia contrarium agimus, aberrare non possumus. O verbum dignum docti hominis ex ingenio prodiisse. Tu nunc igitur in collega tuo contrarium tibi statuas exemplar, cui dissimillimus fieri velis. De magistro militie inconsulto dolor

Est michi magister militie inconsultus ac preceps. R. Hoc aliquanto periculosius non negem. Legiones vestras viri vaga iacentes ad Trebiam, ad Trasimenum et ad Cannas multisque aliis in locis. Si remedium nunc dubium linque militiam; si id forte non datur, at tu fortiter atque industrie ministerium tuum age, ut inter tam duas errores tua virtus emineat, nec te ruina opprimat aliena. Sed tu parvus si qua est via publice humeros subicias, rem nunc rem difficilem sed neque impossibilem neque insuetam iubeo. Ut enim sepe multis militibus obsunt unius ducis ignavia, sic interdum unius viri virtus exercitum servavit et ducem. Neu sim longior quam oportet, tu res suis in locis queres; in nominum et temporum commemoratio sola sufficiet. Publius Decius bello Samnitico, Calphurnius Flamma bello punico, Africanus minor bello punico

Florencia

tercio. tribunum omnes militum. dicam(que) (et) exercitum seruatore(m)
tanta e(st) tua u(ir)tus ac felicitas po(tes)t ut aliena infamia eximiam
in gl(ori)am tuam u(er)gat. anceps sane negocium s(ed) extrema i(n) n(ec)esse
uincit. proinde ut ali(os)q(ue) alios fortuna rotau(er)it. tu uirtutis gu
bernaculum si michi obsequi uolu(er)is. nec in pace. nec in bel
lo. nec in uite declinues nec in morte. De infausto p(re)lio dolor

AT prelio uictus sum. R(atio). iam timor euanuit spa
re incipies. hec e(st) horum series affectuum. nam cu(m)
spes ac metus de futuro sint. iam ut futurum po(tes)t e(ss)e
q(uo)d speres. sic futurum e(ss)e desiit q(uo)d timebas. D(olor). mag(n)o
prelio uictus sum. R(atio). tu(m) ne a(n)i(m)o uictus sis. ne
pe ille si cecidit actum e(st). meministi ut marcell(us)
prelio uictus die primo. i(n) aciem rediit uictorie
q(ue) su(m)m(a) maiore quam ab illo p(ri)die uictus erat p(re)
lio uicit Julius cesar ad durachium inferior ad pharsaliam mox
ingenti p(re)lio uictor fuit. multi p(re)lio uicti. bello fu(er)e uictores.
non cadunt a(nim)i uirorum fortium uniius licas euentu no(n) mag(no)
nimi t(ame)n s(ed) longanimes su(n)t. uictus hodie cras pugnabis cau
cius. duas artem i(n)fausta p(re)lia q(ui) testes sedi(que) edocente magi
atq(ue) ubi sit erratum plagis admonet. sic agricolam sterilitas
architectum lapsus edium. equitem casus arbitr. nautam igra
nes a uicio p(ro)pelle. errando discitur. D(olor). uictus sum. R(atio). non est
uictus nisi qui se uictum credit. cuius spes obruta et extincta
est. cuius animus arma deposuit. aspice romanos a(nim)os. tu(m) sep
tum p(re)sertim bello punico s(ecund)o. non tanta defectione sociorum. non
conspiracione regum ac gentium. non tot i(n)felicibus p(re)liis ac ruinis
pene ultimis uicti sunt. nulla unq(uam) apud illos pacis mencio nullum
diffidencie uestigium. nulla denique nisi alta p(re)sus (et) inuicta co(n)
silia. hoc sane quid e(st) aliud. quam uirtute a(nim)i fortune duriciem mo
llire. atq(ue) illam i(n)p(er)itorem sui (et) amore tui cogere tandem igi
tur dignum erat emergere (et) mulieres strati surrexere alacris ut
no(n) hostes t(antu)m suos s(ed) totum mox ex ordine terrarum o(r)bem uirtu
tis ac fortuna subicerent. D(olor). uictus sum fateor. R(atio). nu(n)c de
mum incipis nosse fortunam (et) hoc saltem boni fugiens in
uenisti. nemo ferme res magnas gratis discit. multos docet
experiencia. quos scola non docuit (et) preceptoribus surdu(m) caput
hausit oculis. q(uo)d auribus non ualebat. nulla rerum h(um)anorum
cercior magistra quam aduersitas. nulla discucienda erroribus ap
cior. D(olor). magno fortune uulnere corrui. R(atio). surge n(on) iaceas.
nusq(uam) clarius quam inter fortune uulnera p(ro)minet a(nim)i magni
tudo. nunc nosce te ip(su)m. quantumq(ue) sis uirium ualde ictus intelle

D. speratam victoriam amisi. Ro. si insperatam prudenciam quesi
visti non spernenda rerum permutacio videri debet. D. victus sum
bello. Ro. bello victus libertatem retinet ac vitam. vicio autem vic
tus. utramque amittit. quisquis illi igitur succumbit vere vincitur
D. victus sum. Ro. quid scis. an illud magno pompeio thesalico
dictum die et tibi conveniatur. vincere pocius erat ut dampni plus. sic pec
cati minus solet hic qui vincitur. victum ingens quod optantes q
dam non vinci quidam modo. sed mori quam elegerunt. et profecto mercatur
egregie. qui morte corporis querit salutem anime. sed plerique malis suis
gaudent. bonis anguntur. tanta mentes hominum habet cecitas. D.
victus sum. Ro. potest id quidem tibi non sane militaris in opia sed for
tuito contigisse. nusquam enim ut ita dixerim fortunacior est fortuna
quia in prelio. cum multa alibi. illic omnia posse. ullam prohibent. D.
prelio victus excessi. Ro. at non contumio nudus. possunt arma
victis auferri. vera autem bona. que sunt arma animi quam qui in
veniuntur victi retinent. eciam ut ex incendio ac naufragio. sic
converso ex prelio efferuntur. nec illa tamen que in animis abdita ferro tangi
nequeunt. sed illa quoque que maxime perditum in prelijs ac ferro expo
sita videntur. Itaque non quisque bello vincitur. bellicis simul spolia
tur laudibus. licet amissis ex acie fugientem. quod est manus in acie.
perimitem. secum ducis eximij nomen ferit. Nam et ad termophi
las leonidam non tam victum quam vincendo fatigatum. vinci ingen
tes straturum hostium cumulos occidisse cum suis gente memorant
istorie. quia deiphebo famam. maro applicat. et in campis ematis
murantes. connexa pampinis. et floreas ripas. riparumque thoros. et prata
recentia riuis. ut uirgilius ait. quid sonoris littoribus spumantes
scopulos. antraque roscida. et flauescentes agros. et uineta gemman
tia. et commoditates urbium. et ruris ocia. et solitudinum libertatem.
quid spectaculorum omnium lucidissimum atque augustissimum stella
tis celi ambitum. incomprehensibili celeritate uolubilem. atque incom
parabili decore mirabilem. inque illo fixas et errantes quas dicitis
seu uagantes stellas. solem imprimis. ac lunam clarissima mun
di lumina ut maro. seu lucidum celi decus. ut flaccus ait. hinc
terre fruges. hinc uigor animantium. hinc uarietas tempestatum
hinc uos annum et menses. dies et noctes. et momenta metimini
sine quibus uita fastidio non careret. hiis accedit corpus. licet cadu
cum et fragile in prosum tamen aspectu. serenumque et erectum. aptumque ce
lestibus contemplandis. accedit immortalitas anime. et ad celum iter
ac pro exiguo merces inextimabilis. et que in finem sermonis distu
li. quia tam magna erant ut per me illa non caperem. nisi fidei
magisterio didicissem. resurgendi spes. et hoc ipsum corpus post in
teritum. agile quidem lucidumque et inuiolabile. multa cum gloria
resumendi. et quod omnem non humanam modo. sed angelicam dignitatem
supereminet ipsa humanitas. sic coniuncta diuinitati. ut qui deus e
rat homo fieret. idemque unus uno persone in se duas uniens natu
ras. esse inciperet deus et homo. ut hominem deum faceret. factus homo. in
effabilis dei pietas. atque humilitas. summa hominis felicitas ac gloria
altum undique occultumque misterium. mirum et salutare commercium. quod
nescio an celestis. sed profecto mortalis lingua non equat. parum ne
tibi autem uidetur hoc uno nobilitata conditio humana. parumque expurga
ta miseria uidetur. seu quid oro amplius. non dicam sperare. sed opta
re. sed cogitare homo potuit quam ut esset deus. ecce iam deus est. quid iam
restat oro. quo uota uestra aspirant. ne dum reperire quidem. sed nec
fingere maius aliquid relictum. certe cum ad salutem uestram se diui
nitas inclinaret. non aliud cum posset. nisi humanum corpus. huma
namque animam assumpsit. nec angelice speciei aut sibi uoluit. sed humane
ut si quantum te deus tuus amet agnoscas et gaudeas. Ita enim ut

preclare ait Augustinus. demonstrauit carnalibus et non ua-
lentibus intueri mente ueritatem. corporeis que sensibus deditis. quam
excelsum locum inter creaturas habeat humana natura. Quid quod idem ipse
qui nos hac sua dignacione tam mirifica angelis quoque pretulerat
ipsos nobis angelos custodes adhibuit. ut modis omnibus nostram inter
creaturas excellenciam demonstraret. Ait namque Jeronimus. tanta
dignitatem esse animarum. ut unaqueque ab ortu suo habeat angelum sibi in
ad custodiam deputatum. Proinde uere et plusquam proinde de nobis deo
cura est. et ut dicam satirica paulisper inflectam. uere carior est illi homo
quam sibi. quis hec inter tristicie locus aut querele. non natura igitur nostra. sed
culpa mestos nos et querulos facit. D. mestum me originis ui-
litas et nature fragilitas. nuditas que et inopia. et fortune asperi-
tas et uite breuitas et finis incertus facit. Ratio. multa studio con-
queris ut mestus sis. contrario nitendum erat. ut honesto gaudio
letus esses. nouum autem mores. cupide malis uestris incumbitis. proinde
quod ad uilitatem originis attinet aut corporis feditatem. quicquid
quorlibet ingeniis aceruatur. est. non solum admota resurrectione il-
la. quam uera mortalium fides sperat. et glorificandorum corporum nobilita-
te diluitur. sed presenti quoque decore minuitur inter que omnia diuine manus con-
opera. singulari quadam hominis maiestate. nam quid ortus obscu-
ritas humane detrahit dignitati. nonne feda est radice procere fron-
dentes que arbores herbosum solum gratis umbris uestiunt. nonne
fedissimo fimo segetes lete fiunt. nec fastidit origo uilissima rei op-
time. uos segetes dei estis in area iudicii uentilande. summique pa-
tris familias in horreo reponende. terrestris fuit origo. quamquam nobilis
ac celestis excepte sit. sed fuit qualiscumque ortus. quamuis difficile
in eternum sedes ultima celum sit. Quid illa nuditas inbecillitas que
corporea. multarumque rerum indigencia grauis. que humane condicionis
infamie ascribuntur. uariarum nonne artium ac multiplica remediorum
supplent auxilio. ut magis ad gloriam hominis quam miseriam trahi
possit. quod animantibus ceteris ratione carentibus. preualidam cutem ung-
ues que et uillos nostra natura prudenter. homini unum repertorem omnium con-
tulit intellectum ut illa scilicet alieno. hic suo quodam proprio et in-
terno presidio tutus esset. cetera quantum nascentibus obtigisset et non am-
plius. hic unus tantum habet. quantum uiuendo. meditandoque. sagaci as-
sequi potest ingenio. sic prius dominus ac bubulcus si quid forte ab ino-
bilis largiatur. suam cuique porcam aut uacculam assignat. uxori nichil aut
filio. ut illi hoc tantum. hii pro corum captu plus minus ue preparant. sic
illis firmum proponitur. hiis libertas. Animalibus gratis que uel senio. uel scabi-
e depilata. aut caligancia oculis. aut pede clauda conspicimus re-
medii nichil est. nisi ab homine conferatur. homo autem per se nudus inge-

mo uestitur atque ornatur et si res poscat armatur. claudus atque debili
tatus equo aut naui fertur aut uehiculo. aut auxiliaribus baculis i
ti nitur. denique modis sese omnibus adiuuat. attollitque. quin amissis
artubus pedes ligneos. manus ferreas. nasos cereos fabricari didicit
et fortuitis casibus obstare. ualitudinem fatiscentem medicaminibus
erigit. gustumque torpentem saporibus excitat. uisumque languidum ocula
ribus refouet. qua in re maioribus nostris acceptus cogitastis. qui uas
culis uitreis aqua plenis. ut seneca meminit utebantur. propter delec
tabilis nature ludus. blanda parens ac benigna. quod huic filio eripuit
inde restituit. et cum tristem fecerit consolatur. Quid quod equus. bos. e
lephas. camelus. leo. tigris. pardus et similia. quotiens libet unum cum
senuerint contempnuntur. cum obierint non sunt. cedunt senio. suc
cumbunt morti. solum hominem uirtute preditum. que hominis solius est propria.
et uenerabilem senectus et mors gloriosum ac felicem facit. trans
ferens non extinguens Et ad summam animalia quedam robustiora sunt
homine. quedam uelociora. quedam sensibus negociora. nullum dig
nitate prestancius. nulli cuius par cura celitum fuit. dedit speciem capi
tis figuram. effigiemque sideream. pronaque cum spectent animalia cetera
terram. os homini sublime dedit celumque uidere iussit et erectos ad si
dera tollere uultus. ut preclare ait naso. dictum licet prius a tullio.
dedit oculos. dedit risum. affectuum signa latentium. que quamuis
ad argumentum miserie quidam trahant. quod fletus prior risus se
rius sit. ortus enim statim flet. ante diem quadragesimum non
ridet. id uel maxime prudens arguit. uicturique presagium. non quidem fi
nis. que uirtutis gubernaculo felicem dico. sed difficilis quod ingressus est
stadii. atque instantium laborum. denique quicquid robur est aliis. que
cumque uelocitas. quecumque oportunitas. quecumque commoditas. to
ta homini deseruit. ille indomitos boues ad iugum et feroces equos
ad frenum cogit. ursos. unguibus. apros dentibus. ceruos cornibus
metuendos. decus facit ille mensarum. linces uulpes et infinita. id ge
nus animalia. que esui non erant. usui pellis ac corii reseruauit re
tibus maria. canibus siluas. uolucribus celum omne lustrauit. Et
quibus cum nullum erat homini commercium. humanos uoces intelligere
et humanis nutibus obsequi docuit. sic ex omni nature parte pro te aliquid
non est tibi bouis robur. at tibi bos arat. non est tibi equi celeritas. ti
bi tamen equus ambulat. non est tibi herodii uolatus. sed herodius
tibi uolat. non est elephantis aut cameli moles. sed ille tibi tur
rim uehit. hic sarcinam. non est tibi cerui cornu. non agni pellis
aut uulpecule. sed illi hec tuo nomine possident. An ne igitur is qui
nos in operis talium dicitur haud ineleganter. rerum summam illud sit romani
ducis. habere ista hominem nolle. sed hec uirtutibus imperare et hec quidem breuem

partim phisice. partim catholice dixerim ad egritudinem uero animi
ita enim hanc philosophi appellant. depellandam et tranquillitatem reuehen
dam prodent nosse. Quid de primo cicero in tusculano suo tercia luce
disseruit. Quid de secundo seneca in eo libro. quem de animi
tranquillitate composuit. Festinanti equidem ad alia et spectanti me
tam non uacat uniuersa complecti. pro tempore igitur alligatum
uulnus. omnisque medici aliorum. quibus si hec non sufficiunt uti
queas. Jam tercia illa que ultimo questus es. ne risu quidem
digna credidi. quoniam et asperitas fortune ipsa est de qua magna pars
huius secundi colloquii nunc fuit. et futura est. et asperitatem ipsam
uite breuitas lenire debet. ac minuere. et in extremum uite finem
statuit natura. ut prius semper aut proximus ardetur [?] **De egritudine dentium dolor.**

Dentium uexor egritudine. Ro.
quantum fidas intestinis uide. ipsa te ossa destitu
unt. D. tremere dentes incipiunt. Ro. quid in mol
libus spei est. duri et solidi mutant actus. D. dentibus
eger sum. Ro. inualidum et caducum animal est homo
cui et que preualida uidebantur infirma sunt. D.
magnus me dentium dolor habet. Ro. et que ad de
cus propriumque oris robur obtigerant doloris in
materiam uerti uides. ut intelligas quam mansura sit hec
cui tam securus insides. mortalis compago domicilii. D. iam in
unus alterque dens cecidit. Ro. iam ergo uel hinc extima quid tu
deo debeas. tot tantisque muneribus. quorum paucissimis ac
minimis caruisse supplicium et flebile dampnum ducas. digna
ingratitudinis pena est. seruus ut domini largitatem. quia presentem spre
uit. absentem lugeat. et quam lucris [?] intelligere noluit dampnis
intelligat. D. Jam dentibus exarmatus sum. Ro. iam uicinis
cum uoluptate incitaberis. minus comedes. parcius ridebis. len
tius mordebis. alienam famam loqui pariter fracta spes den
cium frenabit. si non castitas. saltem pudor ab illicitis osculis
senilem petulantiam cohibebit. D. iam michi senectus dentes
fregit. Ro. iure illa suo usa est. tu nature gratias age. que tibi hec
suo dono uti permisit in senium. quod a multis in iuuentute repeciit
Qualis fuit apud nos. ille nostro regum maximus. qui ad hunc
uirenti euo pene dentibus caruit. et si iuuenilem hanc iacturam
senili postmodum eximio calore [?] ut ipse aiebat. quamuis ipse taceat
ingenii atque animi uigore solaretur. Exemplum utile omnibus
aliquo uel nature uel etatis incommodo afflictis. ne singula defleat
neue omnem insolitum teporem munificentie celestis iniuriam uo
cent. sed seruatis perdita mulceant. aspera lenibus. dulcibus acria. D.

dentes michi rapuit senectus. Ro. hos si illa non raperet raptura
mors fuerat. plena ossium sepulcra inspice. testarum dentes arenarum
primum quidem tristes abdicantes mox ruptis uulsos radicibus atque
effusos uideas. non numerus. non hic robur decorque ualuerit. Filia

Istoria

mitridatis ponti regis utroque gemino ordine dentium fuisse legitur
Prusie uero bithinie regis filius pro superiori ordine dentem unum
in ferioribus cunctis parem. hoc est unum os ab una in alteram max
illam. nec in uenuste nec incommodum habuisse perhibentur At zeno
bia regina orientis. inter ceteras forme laudes. tanto dentium
nitore describitur ut uni loquendum ridendumque non dentibus sed can
didis margaritis plenum os hic uideretur. horum quoque nunc bu
sta perquire. singulare nichil inueies cuncta pariter equa omnibus
sparsit et attriuit mors. nimis corpus amatis. ac membra morta
lia. nimis animum in mortalem ac uirtutem spernitis. o ceci et iniqui
semper rerum extimatores. D. iam sine dentibus sum. Ro. gaude denti
um dolor nullus. sed nullum quoque presidium nullus usus sine denti
bus cum labore permolendus cibus. et nisi dissimulas cogitan
dum eo tibi uterer instare ubi nil edere. atque ubi solo gaudio ci
bisque animi uiuitur **De egritudine tibiarum.** Dolor



tibiarum uexor egritudine. Ro. in omni hedifi
cio periculosissimum est illud uitium quod fundam
entis insidet. cetera enim utcumque corrigas. hoc in
tuam trahit. quia instante. quid est reliquum nisi ut
quam primum exitialis tenti migretur hospicio. D. tibi
arum egritudine sum affectus. Ro. huius egritudi
nis ut multarum causa fere omnis non aliunde quam
ex uobis ipsis est. uiro igitur in uos ex uobis orta
reflectitur. obliti enim illud consilium sapientis. palpebre tue pre
cedant gressus tuos. Et illud alterius. primum argumentum compositae
te mentis existimo posse consistere et secum morari neque consistere
potestis. neque gressus uestros attendere. sed ut ceci papites hac illac
palpitando discurritis. quid mirum igitur si nunc ad lapidem nunc
ad lignum offenditis illud plane mirabile. quod culpas uestras imputa
tis nature. quin et uoluptas uestra demencie. equorum uos
frenetarum turbis ingeritis. unde sepe ferratarum calcium uestigi
a reportatis. nonne tibi uidetur. quod apud ciceronem uni dicitur
pene omnibus conuenire. hec mala inquit stultissime tota ipse tibi ad
didisti sic est hercle. nolite uos fallere. mala uestra magna ex parte
uobis ipsis facitis que postea deploratis. Tu si domi hoc est terram
perstitisses neque hanc forsan egritudinem. neque hanc querelam mecum
inuenisses. uaga uita et instabilis. quod uariis affi[c]iatur in como

dis. non iniustum est. D. tibie doloribus agitor. Ra. si tu causam doloribus prebuisti. gaude culpam plecti. si minus ex corde culpe animum solare. et si doles molestiam adesse at abesse culpam gaude. ut utcumque se res habeat. dolori cuspidi paciencie clipeum oppone perpetuum in omni anxietate tormentum quo nulla umquam medicina salubrius reperitur. D. tibie doloribus perurgatus sum. Ra. consulent medici ut iaceas nec te loco moveas haud inepte illi quidem ut post dampnum facias quod ante debueras. Ego autem de illorum consiliis nil amplius dicam sed tu ipse quanti ea sint periculo tuo disces impedio sed tamen consulam quod medici sed respectu alio. illi enim te iacentem fomentis ad hitis restaurari posse facilius opinantur. dum ad locum dolentem nec spiritus adeo confluunt nec humores ut stanti confluerent aut eunti. ego te in tuo lectulo compositum quicquid de salute corporea sit eventurum. se positis interea curis omnibus et tranquillo tantisper accubitu mitigatis angoribus de sepulcro aliquid cogitare qualiterve ibi sis iaciturus. e pristis statis tui condicionem metiri velim. mortem ipsam antequam veniat tam familiarem tibi efficere ut non horreas venientem. mors enim sola est que possit mortale corpusculum ab omni egritudine liberare. De cecitate dolor.

Oculos perdidi. Ra. o quot simul vite fastidia perdidisti quot feda spectacula oculorum ludibria non videbis. D. amisi oculos. Ra. frontis fortasse non pectoris. hiis si superest bene habet. salva res est. D. cecus sum. Ra. non videbis solem amplius. sed vidisti et qualis sit animo teneres. aut si non vidisti ut ipse sors durior. sic desiderium levius ignote rei. D. oculis careo. Ra. celum terramque non aspicies. sed celi terreque dominum spectandi facultas non eripitur. multum illa clarior est visio. D. cecitate perpetua dampnatus sum. Ra. non videbis amodo frondosas valles. aereos montes. floreos cespites. umbrosos specus. lucidos fontes. vaga flumina. prata virencia. quodque pulcerrimum visu dicitur humani oris effigiem. sed nec cenum tumulos. nec undantes cloacas. nec laniata cadavera. et quicquid aspectu fedo stomacum ledit. D. oculorum luce privatus sum. Ra. ut malo huic nichil aliud boni insit. quam quod hos ludos enormium penitusque deformium hitium non spectabis optanda cecitas. quam et si optabilem fuisse sepe olim fatear eque numquam nego. quam quidem spes fuge nulla est. quocumque tirannum in terris et par in sanie regnum. par virtutis exilium. hec in statu perdidisse oculos. fuge ac solacium genuis esto. D. visum perdidi. Ra. et femineos vultus aspectum. gaude igitur. clause unde mors intrabat sunt fenestre. multisque viciis obstructum iter. Avaricia. gula. luxuria.

pestes q3 alie suos ministros ac satellites amisere. quantum anime
tue hostibus demptu e. tm accrevisse tibi credito. D. pdidi oculos. Ro.
perdidisti duces malos. qui in precipitium te ducebant. mir dau. sepe gdez
lucidissima ps corporis. totam aiam in tenebras trahit. Jam uocā
tem ad meliora spm sequi incipe. et ueritati plebe autem clamanti
nolite querere que uidentur. s3 que nō uidētur. que eni3 uidētur te
poralia sunt. que autē nō uidentur etna. D. luminibus careo. Ro.
culpis careres plurimis. si hys precio caruisses. nunc uetitis ma
lis occurrit. intus ac cecitas. p̄terita deleant dolor ac penitēcia. neu
lugeas cecitate3 mentis oculos aperturam. lugendū forsitan quod
dilata e. D. lumen oculoz pdidi. Ro. lumen aie ueri fu a. solent
qui alterū oculū amiserunt altero ut aiunt acucius uidē. id si ita ē
quid rear. nisi ut duobus pditis duobz alys acutissime uideas. et
tum facias illud tyresie ceci uatis s3 famosi. obruit ora d's totaq3
i pectore lucem detulit. infelicē te uereq3 cecū. et prsus excaulatu
si hanc q̄ pdidisti. qd ut suspicor tue si pgis faciet querele. pditur
nempe flebilius. qd unicu3 ē hnti. D. oculos capitis mei pdidi
Ro. purga igitur et absterge quos nō pdas. et externis pereuntibus
ad etna reflectere. illic in corde nō i oculis. habitat felicitas illa quam
queritis. D. lumen oculis nō uideo. Ro. disce uel i tenebris gaudē
An tibi antipatri phi risum excidit. lasciuum fortasse s3 pprium. cum
cecitatem eius amice muliercule deploraret. iocans. nulla q ne igd
nobis inde uoluptas ee nocturna. facete ille quide3 brutisq3. multa
enim sunt et in oī obscuro gaudia. sicut et i luce dolor multis. ego au
tem tibi honesti solius ortatrix sum. D. amissos oculos qror. Ro.
si usurus male. gaudendum potius prerepta tibi nequicie instrumenta sin
bn. nec sic quidez ē qd doleas. rem decoram uisu. s3 pietati et scō p
posito minime necessariam amisisti. nō membra s3 animum quērit deus
purum illum totūq3 ei offer. que ubi acceperit. quicquid ē reliq
acceptum feret. nil sibi retinuit qui animum dedit. D. corporeos a
misi oculos. Ro. si ad celum uteris. consolare cū didimo. quē cecum
ab infancia. ineq3 ac cecitate usq3 ad exitum summo uirtutum exercicio in
signem sacer antonius senem uisens. nichil moueri debere ait. e
o qd oculos amisisset comunes sibi cum muscis et muribus ac lacer
tis. s3 gaudendum. qd oculi comunes sibi cū angelis saluī essent. Antoni
num uere celestisq3 magistri discipulo dignum uerbum. sin ad libe
ralium studiorum decus aspiras. homerum ac democritum contem
plare. quoz alter ut fama ē. dum mira illa ac diuina dictaret
oculis nō uidebat. nō linceus alter sibi oculos eruit. ne uideret
multa. que ut ipse arbitrabatur ueri uisus aciem ipedirēt. cuius factum
quam uel laude uel uitupio dignum fuerit. nō disputo. s3 inuenit i-

mitatores Quod si picturam sculpturam ue appellis aut phidie antez
tibi mente delegeras. amisisse te aliquid no negem. nisi hoc ipm lu
cum e ab incepto hiuli retractum cogitacius. D. cecitate i pos q in
utilis sum. Ro. quid te ipm cece deseris Num tyresias de quo supra
diximus. visu cecus uaticinio clarus fuit Num dyodorus stoic9
s3 familiaritate ciceronis qua secta nectior sua. visu pditu auditus
solacio leniebat. cui enim ut cicero idem ait. libri noctes q dies le
gerentur. quib9 i studijs oculis no egebat. hic q phie sue q fidibus
q3q3 sine oculis fieri posse uix crederes. Geometricas quoq3 descrip
cionib9 operam dabat. q alienis manib9 lineas ptrahi iubens. suo de
illis ingenio disserebat Gaius drusius absq3 oculis. s3 iuris ciuil
noticia tanta fuit. ut domus eius consultor frequencia cottidie re
pleretur. q uidebant illi qua iretur ad forum rectius. qua iretur ad
cause uictoriam no uidebant. atq3 io ceca ducas pro animu3 implo
rabant Sed clarissimus omnium quos famosos cecitas fecit Appius
claudius q re cecus q noie. qui cecitate pssus ac senio. no priuatis
mo consilijs a pplo noscebatur. quisquis i uirre ul' i fro scaupulus i
aduset. s3 aucte aut fuia senatum regebat. unum sam q3 rem publi
cam gubnabat. Tu confestim uno destitutus sensu. reliquos os atq3 i
sup mentem ipam abicias. haud alit quam qui unius dampni leuis
ipacia. q uitam q uite mstia. pidui t desperacione precipiti. D. cecus sum
nec quo pgam uideo. Ro. at dux tuus uidet. siue is e animus siue
unus aliquis ex more ceca gressum dirigens. cuius ductu non mo
rectum iter inuenies. s3 ad contemptum uite nobilem q psclare uirtu
tis actus ulcionis ac fastigia mlta siue summa pucias. neq3 nisi
uis ai defuit. generosum facinus lux amissa ipediat. Comminisci,
quid sacris sampson in lris. quid ciuili bello apud lucanum massi
lie tyrennus agat i equore. de quo quidem. si poetice tube nunm
e fidei. Illud certius atq3 recencius recordare. qd etate gestum tua ui
dere oculis potuisti Ut Johannes rex boemus duorum sine medio
romanorum principum alterius filius. alterius pr. oculis semper infir
mus. multos ad extremum annos cecus bello hoc qd int gallum cu
ille fuit. ac britanum regem sex iam lustris agitur. dum pugna
illa omium asperrima. cui ambo reges inter erant in clinare fortunam
sue ptis intelligeret duces suos clara uoce compellans. dirigite me i
quid cecus i eam ptem ubi rex hostium e atq3 omne robur exercit9
sui. qd cum mesti ac trepidi fecissent. ille equo stimulis adacto eo
se precipitem dedit. quo spectare alij. cecumq3 oculis psequi uix au
debant. ubi confertissima hostium i acie no fortit mo s3 horrifice pu
gnans ruit ipsis miratib9 ac laudantib9. qui uincebant Rem
narro notam oib9. s3 nisi mandata sit lris obliuione perituram et

quid oro glorie uiri fortis obfuit uisu caruisse· nisi ut quem uirtus ac natura mirabilem fecerant· stupendum cecitas faceret· D. cecus sum· R. iocari incipiam ni desistas queri. Namquid aliud si uir es attulisse tibi cecitas quiuit· quam qd de se ipso cecus effectus Asclepiades ait· uno s. ut puero comitatior grediare

De auditu perdito dolor

Perdidi auditum· R. Iter ecce aliud tedio preclusum est. multa oculis· multa auribus hauriuntur tedia· multa utroque calle fastidia in animum penetrant· quibus euitandis ex equo pene optabiles uideantur cecitas surditasque. habent tamen hec suas incomoditates ut reliqua fere cuncta mortalium· amareque aliquid non nego· sed parum mollius ac uirtuti impar· ubi querere. nam sit has inter proporcio incomodorum· haud facile dixerim nisi qd illa periculosior· ista ridiculosior. Nam quodammodo amentes uideri solent· qui surdastri sunt· ceci uero magis miseri iudicantur· itaque surdos risus· miseratione cecos prosequimur· sapiens utrumque contempnit nec quid alijs uideatur extimat sed quid sit· D. auditum perdidi· R. adulancium iam susurros atque obtrectancium iurgia euasisti· dūsimodū sed par malum nisi qd aliquanto uirulentius ē iurgium quam blandicias adhibere aures hijs uenenum inest semper· illis autem medicamentum aliquanto· illud ergo sepe mordendo sanat· hoc mulcendo inquinat· atque ita peior est illis amor uero odio· D. amisi auditum· R. Iam quod ars ulixi prestitisse fertur· tibi uel natura prestitit uel casus aliquis ut sirenum cantus surda tutus aure pertransieas felicem te si extimas quot inde pericula penetrare in animum potuissent· quotque olim inde mendacia· quot errores· quot demum molestie subire· D. auditum amisi· R. philomenam uel credo citharam tibiasque non audies sed nec rudentes itidem asellos· nec grunnientes sues· nec ululantes lupos· nec latrantes canes· nec seuientes ursos· nec rugientes audies leones· nec gementes pueros· nec altercantes auiculas· nec postremo hijs omnibus grauiores undique personantes stultorum risus ineptissimos· et inconditos fletus et confusas uoces· quo nullus usque sonus inamenior· D. auditu careo· R. et multiplicibus exceptus es fraudibus· nulla re crebrius falluntur homines quam uerbis· nichil huic periculi est surdo· D. obtorpuerunt aures michi· R. periculosa pars corporis· precipueque principibus que per illam adulatorum flatibus tumefacti· sepe cum populorum risu suaque pernicie corruerunt· D. auditus hebet· R. si cum alijs colloqui prohibitum tecum loquere· ciceronianum memor illius· qui secum loqui potest· sermonem alterius non requiret· conuiuis et colloq·

surdo quoque permissum. legendo scilicet scribendoque. cum antiquis nempe
loquitur qui legit. at cum posteris qui scribit. ad hec celestis phie libris
et qui legit deum audit. et qui orat alloquitur. in hoc quidem gemino
colloquio. nec lingua nec auribus opus est. sed oculis digitisque et devo
to animo. et hic igitur ut in multis nostrum consilium ciceronis amplectimur.
ut sicut cecus aurium. sic se surdus oculorum subsidio consoletur. Tu p
inde si audire homines non potes. scriptos ab hominibus libros lege. et legen
dos ab hominibus libros scribe Celum preterea ac terras ac maria respice
horumque omnium auctorem in silencio contemplare. nichil ad hec surditas
ista nocuit. multum fortasse profuerit. D. auditus me destituit. Ro.
quibus tonis aut numeris dyapente constet aut dyapason quibus ne pro
porciones alie que terminantur a musicis noscere ut surdus potest. et quamvis
humane vocis fidiumque vel organi modos auribus non audiat. si tamen
causas animo tenet. delectacionem intellectus haud dubie preferet au
rium voluptati finge aut et hos ipsos musicos numeros surdo ignotos
non virtutis tamen noti sunt. seque in hys seu illis exerceat. bene est. nil hic
quoque surditas nocet. melius enim multo est bonum fieri quam doctum
et si habunde doctus ac sapiens sit. quisquis habunde bonus est. at qui
malus idem et insipiens et indoctus. omnium licet que sub celo sunt
eruditissimus literarum. D. auditus elanguit. Ro. bene quod hoc tibi non
prius accidit. quam fidem que auditu maxime constat acciperes. et
illam habens quid quid quereris. seu quid queris. si hominum cantus
aut volucrum non percipis. cantibus cor intende celestibus. internam
que aurem deo applica. D. non audio. Ro. ac cogita et dic tibi. Si
non audio. quid seu ad me. seu de me homines loquantur. audiam
quid loquatur in me dominus deus. illi enim sepe bellum. hic loquitur
pacem semper. D. nil penitus audio. Ro. multi silencium appetentes
longis peregrinacionibus fatigati sunt. ut aliquibus abditis ac semo
tis in locis. quod cuperent invenirent tu quod ab alys opposite quaeritur
ubilibet tecum habens. disce iam bono tuo uti. et tumulti memor stre
pitus veterisque tumultum tandem incipe silencio delectari. De tedio
Tedium vite me tedium ingens tenet. Ro. ex || vite dolor
propinquis malum ortum quo nescio an vix aliud
periculosius quippe molestissimum per se desperacioni
quoque contiguum. atque ad illam via est. pro quo nominatim
institutum est unus in tempus. auxilium implorare
felicium animarum. que terrenis tedys. vinculisque cor
poreis resolute. celestibus perfruuntur gaudys. ac se
renitate mentis eciam. D. multa me undique vite
tedia circumdant. Ro. propellanda tedia. cogitacionibus letis. ac spe
bona. et amicorum solacio. et librorum et delectacionum honestarum. alter

na varietate atque exercitiis iocundis et inhertie fuga. sed imprimis
patientia rerum et longanimitate invicta neque vel presentium odio vel
futuri desiderio nec metu denique nec spe ulla anticipandus vite fi
nis. quod stulti quidam ac miseri fecerunt. qui dum pauperiem vite
que tedia ac labores temporales fugiunt in eternos inciderunt. Sine cice
ronem nostrum loqui mortem catonis huius ultimi suis in libris of
ficialibus excusantem. Sine loqui senecam et hanc ipsam miris
laudibus celebrantem et multis in locis disputantem certis ex cau
sis arcessendam manu mortem. verior altera multoque melior
ciceroniana sententia. qua et tibi et piis omnibus retinendus est animus
in custodia corporis. nec iniussu eius a quo vobis ille est datus ex
hominum vita migrandum. ne scilicet assignatum munus diffugisse
videamini. quin et illud e celo tibi est dictum crede. nisi te deus
is cuius est templum hoc omne quod conspicias istis te corporeis studiis
liberaverit huc tibi aditus patere non potest. Et ad summam cave ne
aut ullo umquam vite ~~gaudio~~ tedio ita mortem cogites. ut accupi
te illam tibi licitum putes. aut ullo gaudio ita non cogites ut
incautum illa animum improvisa deiciat. De gravitate corporis. D.

Gravi sum corpore. Ro. quem posses si ut volucres
ad volatum non ut viri ad virtutem natus esses. D.
Grave corpus et inhabile est. Ro. hanc querelam
roscio dimitte atque esopo et si qui per arctum cir
culum flecti vel per funem arctum labi nequeunt quod
ad rem isto cum viris bonis gressu sobrio. ges
tus ac saltus hystrionum sunt. sapientibus ut in
actibus utque in verbis. sic in incessu gravitas de
cet ac modestia. D. gravi corpore sum. Ro. hec gravedo una commu
nium senectutis esse solet. nequid illam admiserit. hanc excludat
corpus modicum non etatis sed nature comes invenitur unde fit ut
et iuvenes graves et seniculos agiles videamus. Ceterum et si gravi
sub corpore sepe animus levis et sub levi gravis habitet. corporis tamen
atque animi proportio quedam parilitas que si obvenerit haud aspernen
da est. D. moles corporis ingens est. Ro. non minor quominus invisibilis
animi moles et constantia hanc illi obice nichil gravi erit. D. mole cor
porea deurgeor. Ro. agilitate mentis erige et illam extenuare
ac discutere laborando studendo circumeundo res multas et difficiles
agendo exercitio mentis et corporis. exilio voluptatum. pelle ocia. ar
cesse negocia. sperne libidines. odi inhertiam. curas ama. mol
litiem abice. sectare duritiem. asperis delectare. cibo potu accu
bitu. sessione. intentione perpetua. somno brevi ac sollicito. D.
mole corporea laboro. Ro. alius animo. alius alio laborat nullus

sine labore uita agitur. sed quisque suum nouit alienum uel despiciat
uel ignorat. D. multum corporee molis exercuit. R. si hominis nomen quod
mortale est animal ab humo ducat. sic maxime homo eris. multa humo ob
situs. non potest tamen celestem sic natura terrestris obruere. quin assurgat
nisi se sordidam uirtuti et malesuade credulam prebeat uoluptati. D. graue
corpus animum premit. R. ipsum collige animum et enormem sarcinam
magno nisu perfer. ac cogita sepe celestia ingenia ex hac fasce corporee
molis erumpere. et miram ad altitudinem peruenire. D. corporis honere
pregrauor. R. et si uinci negat natura. omni tamen studio enitere ut in dies
et uiribus tuis accedat aliquid et sarcine detrahat. De grauis ingenij tarditate dolor . . . etc.



T grauiu duroque sum ingenio.
R. consuetudo molestior. sed hec quoque minuit. si diligen
ter intenderis. D. at pigro obtusoque sum ingenio. R.
quid tu igitur huic morbo indignatione an lamentis
succurrendum putas. longe alio remedio res eget
non est indulgendum somno. non libidini. non cibo. non
uino. non inanibus fabulis. non captande excusationi comm
cause. et reflexa in naturam culpa inherentie succumben
dum. sed uigilandum. cogitandum. suspirandum. anhelandum. eniten
dum. assurgendum. incitanda uis animi. excutiendus torpor. propellanda
segnicies. abstinendum uoluptatibus. incumbendum studijs. nil tam graue
quod non leuet intentio. nil tam durum quod non leniat. nil tam obtusum
quod non acuat. nil tam pigrum quod non urgeat. nil denique tam defossum
tamque obstrusum. quod non eruat. tam sopitum. quod non excitet. D.
Ingenio tardo sum. R. qui uelocitatem ingenij laudem dicit. tardi
tatem contra in infamiam esse scio. mallim tamen ingenium tardum ac mo
destum. quam uelox ac preruptum. nam ut inde non insignis glorie. non spes
operum magnorum. ita hinc errorum grauium et turpis ignominie me
tus est. tollerabilius autem multo est fieri ingloriuum quam infamem
D. ingenio segni sum. R. quod equis segnibus fieri solet stimulos ad
hibe. non hinc tibi torporis excusatio sed laboris occasio data est. sunt
qui statim quod non ultro peruenerint deserendum putent. an tu premere ista
contende. generosum animum difficultas erigit. alit labor. illic ma
xime nititur. id quod pluris extimat ubi resistentie plus inuenit
factum studio ingeniosum socratem legis. disertumque demostenem et
quam multis idem accidit. singulare quidem nomen pauci occupant
rarior est fama quam meritum. D. ingenio hebes sum. R. non tibi
prouectus. id spes erepta. sed industrie per in ~~uecta~~ uecta necessitas. glori
osius autem tanto est studio proficere quam natura. quanto sanctius propo
sito boni aliquid agere quam casu. D. ingenio tardo prorsus et in
ualido sum. R. si longius non potes. at uirtuti stude. nemo non ad illam

satis ingeniosus. ubi non acumen queritur sed voluntas. ad quam q
dam scias nil prodesse. alii obesse et opinati sunt. ideoque desertis studiis
in solitudines abiere. et eximie illis sciencie loco fuit ignorancia litera
rum quorum iudicio pronunciare difficile est. id de quo constat extremum accu
pe. nemo te fallat. nec te vulgi stupor. nec stultorum voces mo
veant. magis tutus quam est virtute quam litteris clarum fieri. itaque illud
semper optabile. sepe istud formidabile iter ostendit. quod si ad virtutem
ac literarum lux accesserit. tum demum consumatum quidam atque
perfectum est. ea quidem. siqua in rebus humanis potest esse perfectio De inopi



ed memoria inopi et infir a infirma memoria. D.
ma sum. Ro. est hec alia senectutis infancia haud
verior quam reliquie. sed ut vera sit. huic quoque
studii ope subvencias. D. memoria labescit. Ro. ad
esto ne corruat. et labantem iugi excitacione sub
tenta fac quod muro ruinam minitanti adhibere
pagula oportunis locis. et fragilem crebris ac
validis adminiculis communialla. D. memoria
fluxa est. Ro. diligencia et artificio illam stringe. cunctis ingenii me
morieque defectibus occurrit industria. nil patitur perire nil minui
hec est que philosophos et poetas senes. invictissimo ingenio ac stilo. hec est
que decrepitos oratores voce solida validisque lateribus ac tenaci me
moria fuisse potest. quod nisi sic esset. Numquam solon et cottidie discens aliquid
senesceret. et supremum agens spiritum ad colloquium assidencium amicorum
ex ipsa quasi iam morte consurgeret Non crisippus acutissimum illud
ac profundissimum volumen ceptum in lxxx in extrema perficeret senectu
te Non homerus illa etate divinum et celeste opus exarderet
Non simonides octogesimo vite anno. pre verum in certamine vivaci
li fervore ac senili autem maturitate descenderet. Non quarto et nona
gesimo ysocrates. ardens illud opus ac mirabile Et prope cente
simum sophocles tragici summum stili decus suum compleret edipodem
Non octogenario maior cato. nulla mutacione vocis aut late
rum nullo memorie lapsu. vir singularis seipsum accusacione defen
deret. vel clarissimos oratores. ultro ipse ad iudicium evocaret. D.
infida memoria est. Ro. noli ergo illi fidere. sepe calculum secum
pone. quicquid credideris confestim exige. et quod cras facturus fueras
nunc facito. non est tuta dilacio sic ex malis. siquid boni potes eli
ce. fides socii desidiam parit. diligenciam perfidia. D. per memoria
pene nulla sum. Ro. ea est rerum condicio humanarum ut qui pauca
ora meminerit. minor illi fletuum causa sit. ubi nec emenda
cio nec penitencia utilis locum habet quid superest aliud quam
oblivionis auxilium De eloquencie defectu dolor

vel clara
Solon.
Crisippus.
Homerus.
Simonides.
Socrates.
Sophocles.
Cato maior.

Eloquium deest. R. Altero querendi odii instru-
mento cares. nature beneficium agnosce. que ut ma-
gnum tibi in anticipites reos. sic inter non paruum for-
tune ius eripuit. multi propter eloquentiam perire. si
hinc dubitas utriusque eloquii princeps interroga-
tiam minor ob hanc causam passim pereuntium
plena sunt omnia. in quibus idem ipse periculo qui excel-
lentie est prior ac notior fama. sunt quibus obscurum
nomen propugnaculum est salutis. finge autem abesse periculum
disertis numquam abest labor. nichil est in rebus tam inane pro quo
tanti labores. tanteque uigilie ultro suscipiantur. flatus uolatilis
sic excutit animum. solida quam uirtus in uerbis sit. G. eloquentie inops
est. R. est fortasse multum securitatis. quod non esset si eloquentie
multum esset. multorum quoque in quibus et tua forsitan ut uita sic et
tacitior fama erit. G. nichil est eloquentie. R. cura ut sapientie sit aliquid
ut innocentie. ut uirtutis. illa enim paucorum. hec sunt omnium. non te insi-
gnis poetarum. non te maior oratorum raritas terreat. primo uos unde ut
subito deum mutem. sic nil iam rarius uirtute. eloquentia ipsa quam
paucorum dixi multo est crebrior quam uirtus. adeo quod omnes possunt omnes
negligunt. quod pauci possunt omnes appetunt. omnes experiuntur. G. uerborum
inops sum. R. rebus intende animum. in uerbis enim flatus et labor
et eloquium. in rebus quies uirtus ac felicitas. G. loqui nescio. R. mul-
ti que minus sciunt magis agere gestiunt. equitandi inscium equo
impone uix illum inde diuulseris. te loqui dicis ignarum. saltem pudor
ad tacendum cogat. et si loqui nescis quod alii audiant. disce loquen-
tes alios audire. non est minus artificium tacere quam loqui. cum
sit tacitus atque facilius. G. non possum exprimere quod in corde est. R. si
intellectu polles magnus quoque et altis qui in animo sunt sensibus tacita
uox et uolubilis lingua non suppetit quiesce. noli quod infelicitater
succedit retentare. quid ergo bono tuo non tuum exigimus sed letere
utere alieni lingue alienis. neu linguam stultamque supinatio at
teras. Sine inquam loqui alios tu intellectum secretiorem. cum ma-
ior ex ingenio uoluptas. quam ex eloquio percipiatur. magis quoque con-
tinua et plus quietis. et in uidere minus habens. G. coram multis
loqui pudor impedit. R. magnis hoc uiris accidisse notum est
frontis imbecillitate non uitio lingue uel ingenii. quod si cum
multis refugis. at cum paucis. at cum uno loquere. ut clari-
ores fatentur contiones. dulciora colloquia non negabis. si ne id
ipsum potes ad te redi tecum loquere. quod iam supra monui tu
unique domesticum collocutorem excita. semper ille quidem presto
est. non insidiatur. non irridet. non inuidet. non fastidit. non exactum atque

laboriosam querit eloquenciam. confabulacionibus gaudet fami-
liaribus interruptis que sermocinatur. quin et sepe multa loquente
silencio acquiescat. disce tullio teste contentus esse qui non qualiter
sed quid dicas. seu potius quid dicere velis attendit. disce tibi the-
saurum honestissimum medio pectoris extruere. disce non hominum
sed veritatis applausum optare et aliquid sine strepitu gaudere con-
templacionisque modestia. que pectori nonnumquam extinguit eloquencia. disce
denique non ad pompam vivere. non ad pompam loqui. quo vix maius
malum vita hominum habet. D. blesi oris sum. R. fles ne aliquid
tibi commune cum moyse tali viro et tam dei amico. atqui seu
antiqua repetis. seu moderna circumspicias ut multi caruerint ble-
si viri optimi. multique disertissimi scelerati sic per rari. quibus
utrumque contigerit singularis eloquencia et excellens virtus De a-



uid quod linguam ac loque- missa lingua .D.
lam perdidi. R. quid si securitatem ac requiem
invenisti. quam multos manu innoxios lingua
pessumdedit. est voluptas stulta quidem sed communis
volencium videri fecisse que nec faciunt nec pos-
sunt. mentitus est qui israelitarum regem filiumque
eius occidisse se dixit. et sibi in noctes mendacii
penam luit. ut periculum cesset. quantus est labor
loqui. respondere. fabulari. fingere. componere. verba sentencias libra-
re. cogitare quid et qualiter dicas. quamque suaviter aerem verbe-
res. ita enim vocem ipsam diffiniunt. qualiter quoque non lin-
guam modo sed reliquum corpus moveas. nam et huc se porrigit
pars una rethorice. qualiter meditabundus humi frontem defigas
quam quorsum ve manum porrigas. quo terram ferias pede. an non
satis hec operosa cernitis. et precepta pene musicis opera ut i-
dulatem sones angi. an non vere loqui labor et silencium quies.
D. nullatenus loqui possum. R. que deficiente dicebam elo-
quencia. multo dignius perdita repetuntur lingua. quoniam igitur loqui
nequis. tace et quod necessitas iubet volens facito. quod ipsi loqui
possunt sepe utilius facerent. sepe dolent non fecisse. tace inquam
neu te dampnum pati putes. tacens cogita et quiescens tecum
loquere. que meliora esse quam pro orare ne diserti quidem negent
D. mutus factus sum. R. si muti fuissent cicero et demostenes
et diutius vixissent et lenius obiissent. D. lingue usum omnem
perdidi. R. et menciendi consuetudinem et fallendi artes et inimi-
ciciarum querelarumque infamie instrumentum. plures enim lingua sunt
quam ferro infames. nulla pars corporis ad nocendum promptior
ad frenandum difficilior. merito ergo qui magnum aliquid ac ra-



rium protulit ille qui dixit Custodiam uias meas ut non de
linquam in lingua mea. quod cum sacris quidam uir. qui ad discendum
sacras litteras accesserat audiuisset abiisse dicitur. nec amplius audire volu
isse. cumque post longum tempus. preceptor illum suus admirans sciscita
retur. quid tam diu abiens ceptum opus obmisisset. respondisse. quod
primum illud ei uerbum. satis superque negocii attulisset. nec dum illud unum omni
studio posset implere. hanc tibi custodiam hoc frenum. seu a natura
quidem seu a fortuna oblatum ne contempseris libens que te regendum
prebe. ne uel contra tuam sortem calcitres. D. Linguam amisi. R. Co
mune maxime quod sapiens iubet. omni custodia serua cor tuum. e duabus cus
todiis ad unam redactus et dimidia laboris parte liberatus. facilius pau
ca custodies et preciosa uigilancius. D. Linguam perdidi. R. In quibus
dam paucis nobile et argutum membrum. in magna autem parte hominum
nocens atque pestiferum. et quo multis caruisse sit melius. sic non solum in
suo uerum cernitur. quod satiricus ait. lingua mali pars pessima serui. et in
plerisque et liberis nichil peius dedit natura quam linguam. bella. doli. adu
lteria. corruptele omnis pene cessarent. nisi lingua malum semen et spar
geret et foueret. D. Linguam perdidi. R. Si malam. luctus est plurimum
magne enim diuicie sunt. esse inopem malorum. hoc qui non habet. diues na
scitur. at qui perdit diues fit. et nouo auctus censu. perdendo inuenit. quod in
ueniendo perdiderat. quod si bonam perdidisti. dico iterum cor superest. amisisti q
dem quo placeres hominibus. superest quo placeas deo. cui si lingua non
potes. corde loquere. Si enim de malis scriptum est. labia dolosa in corde
et corde loquuti sunt. cur non piorum in corde labia esse. et ipsi corde et loqui
possint. ubi sint aures dei uerumque sit quod alibi scribit idem. Non est
occultatum os meum a te. quod fecisti in occulto. nulla enim secretissimo
rum quoque cogitacionum abscondita est deo. nec tacitos minus quam
clamantes audit. ymo non est apud illum clamor. clarior uehemencior
que quam cordis. clamante ille silencio delectatur. hunc clamorem compressis
labiis premebat. ille gregis primum postmodum populi pastor famosissi
mus qui audire meruit uocem dei dicentis sibi. Quid clamas ad me
Non loquebatur et clamabat. ymo quidem loquebatur sed corde. sicut autem
qui deum audit surdus non est. sic quem deus audit non est mutus. De

uirtutis inopia. D.

At uirtutis inopes sumus. R. Verum
dampnum iustius dolor. nisi quod alie omnis inopie natura
les. aut fortune uiolente esse possunt. hec una procul du
bio uoluntaria est. Certe namque uel in corpore uel in in
genio memoriaque uel eloquio. seu externis in rebus
sunt que quidem omnia. non qualia exoptantur eueni
unt. sed qualia cuiusque sors tulerit hec una autem in
uoluntate consistit. quam pro arbitrio sibi quisque modera

atque efficit. neque vero aliqua potest esse bonum voluntas nisi quam
vult is cuius illa est. quam et hoc ipsum vult et quecumque vult alia. alioquin
si ut virium, utque ingenii, sive eloquii, sive opum defectus in vito accidit,
sic accideret voluntatis, nec premio digna virtus nec supplicio digna esset
set iniquitas. nunc autem non voluntas nobis hec aut illa, sed huius
aut illius electio ac libertas nascentibus data est, que in bonum fle-
xa bonos faciat. in diversum malos. uti licet ac ut libet. et si ut bene
uti libeat haud dubie dei donum, ut male autem perversitas sit volen-
tis. illud penitus non licet ut non et voluntas bona virtutis et mala
vicii radix sit. atque ita virtutis inopiam non patitur nisi qui vult,
quoniam prima et maxima pars virtutis est velle. D. quid quod virtutem vo-
lo nec tamen assequor. Ratio. multi se id putant velle quod nolunt, id nolle quod
volunt. sic quisque se fallit, seque boni avidum non modo alii sed sibi quoque per-
suadere nititur. nec cuiquam facilius persuadet. quia delectabilis vera
virtus, falsa virtutis opinio sic delectat ut et populum et amicos fallere et
falli insuper dulce sit. D. scio me velle nec posse id. bonum fieri. Ratio. ut
sit ita, velle non sufficit. desiderio opus est eoque non modico sed vehementi.
vos autem mala vestra ferventissime cupitis, bona vultis tepidissime,
unde fit quod divites multi sunt, boni autem paucissimi. nam quod mirum est
si cicius ad optatum ardens intencio quam voluntas lenta pervenit. D.
vellem bonus esse si possem. Ratio. stude nam poteris, et si bona fide vis
esse iam incipis. sed segniciem vita. si enim minima rerum non habentur gra-
tis, quid de virtute speres qua nil in rebus hominum maius est, nil al-
cius. nam tu illam quasi diverticulum curas. sed ut rectum atque unicum
iter ad felicitatem cogita. vaca illi et insiste summo nisu totoque ani-
mi pondere. neque vero temporis particulam ut iocando quidam exercicio sed ut
ordinario vite officio quod te beatum et nullius egentem rei faciet. u-
niversum tempus omne studium impende. quod rebus vilissimis impendistis
ad memoriam refer illud sanum magis efficaxque quam comptum ver-
bum marci varronis ex satirarum eius libro. si quantum operis sumpsi-
sti inquit ut tuus pistor bonum faceret panem, eius duodecimam
philosophie dedisses, ipse bonus iam pridem esses factus. quod sic accipias velim
non ut terrene philosophie, que ex se inquietatis actibus beatum spondet
cuius contraria sit promissi fides experta sanxit. sed celesti sapiencie sospitatrici
optime, suisque consiliis atque auxiliis te virtutis que vere philosophie que
nostre salutis debitorem statuas seu cuiusque pia confessione grato animo
quamquam est scriptum. nemo potest esse continens nisi deus det. et hoc ipsum erat sapi-
encie scire cuius esset hoc donum. tibi notatum dictum credas atque
ad omnem virtutem intelligas referendum. D. valde quidem esse cupio nec
sum bonus. Ratio. an valde cupias res docebit. ut tamen sese voluntatis indi-
cium perseverancia est. sive autem contentum dei donum virtutis et presto erit lar-

gitor ille sydereus nisi constanter optantibus instanterque precantibus
inextendit. sine tanta in re ille sunt partes ingenii humani et animi inten
cione feruida res egeat. tum et continua eget et diuturna. nam quod studi
o quiritur repente non prouenit. sic quocumque te uerteris perseueranti o
pus est animo. obmissis ergo neglectisque omnibus hic uincaibe. idque fiet
alacrius si memineris semperque despectum ante oculos habueris. ad hoc
unum atque ad nichil aliud te uenisse ad hanc terrenam habitacionem. et
hoc unum a te exigi ut uirtutum gradibus celum petas. ita ut quicquid
uisendi discendi q̃ studium. seu religiosa deuocõ deti
nebat ⁊ gaudendum. qd̃ honesto te mors reperit in

actu. seu iusta sentencia. et ferendum non modo fortiter sed libent̃
nll's enim melius mō i iusti hoīs scelus. quā iusti supplicij spōtanea ac
tr̃nquilla ppessione diluitur. sin potencioris i iuria. neqȝ id tn̄ iō dolen
dum. sed satis ut arbitror de exilio disputatū ē. D. ext̃ priam moī
or. Ro. dicebam mō hec ē i priam redire. nll's rectior tramēs erat
nll's breuior. An tibi eudemus ille apud familiaris aristotilis ē me
moria lapsus ē. de quo et aristotiles idem scribit. qui cū gñuit in the
salia egrotaret. uidit i sompnis se quā pmū egritudine liberandum
et post quinqñnium i priam reuersurum. tyrānum uō urbis illius ubi tūc
erat Alexandrū ferreum illico periturum. cūqȝ ipse paucis post diebꝫ ispa
te reditus saluti et tyrannus a cognatis ēet occisus. atqȝ ita ueram
p oīa uisionem ratus pmisso tp̄re reditum i priam expectaret. qn
ti anni ad finem pugnans siracusis occubuit. eoqȝ illū mō i priam
suam redisse sompniorum i terpetēs dixere. nequa penitus pars somp
nij falsa ēet. ego quid de sompnijs sentirem. dixi alibi de hec inpa
triam reditu. qd̄ acciderit mō dixerim. D. ext̃ mori cogor priam. Ro.
dixi dū de exilio loquēmur et repeto. ut nemo ext̃ priam moritur
aut oīs. doctis quidem uiris placuit. omnem mūdi plagam priam
ēe. et pbtam forti animo. quē nō huius. aut illius pris amor astrin
xerit alijs. eam tn̄ ubi bn̄ ēet. et nullam hic ēe hoī priam quibꝫ
dam uisum. illa coīs hec altior phīa ē. D. morior pul a pria in qua
natus sum. Ro. ubi moreris illa demū uerior pria tua ē. illa te diu
cius possidebit. nec uagari desinet. et pprium ppetuūqȝ i colam sinu am
plexa ꝯstringet. disce hanc etiam pati. que te omnem alibi trāsforma
bit i se. D. pul a pria mors mors me manet et sepulcrum. Ro. et ce
lestes illi diuiniqȝ hoīes. quos una etas. una et eadem media mū
di pte genuerat. toto orbe dispersi sunt mortibꝫ ac sepulcr̃s. Illum
ephesus. Illum in syria. illū persis. illum hēt armenia. illū ethiopes. il
lum indi. illum achaya. illos roma. illū ultimū fuat hispania. q̃s
dam tn̄ loco mortis ablatos ēe. nūc in ytalicis urbibus fama ē. q̃
terrem erant. pars quidem etherea pdem haud dubie celū tenet. D. ext̃
priam mori oportet. Ro. quid si ordīs uiros loquar. illū stridon
bethelem pius et post roma. illū gallia pānonie. atqȝ illū athenis
abstulit pariseos. huc grecie. atqȝ hūc hispanie rapuit roma. hunc
mediolanū rome uiuum. hūc defunctū affrice sardinia. mox sardi
me ticinum. cittadenis duo lucida sidera equa meritis iūcta aīs.
uicina corpibꝫ. qui sint de quibꝫ loquor itellis atqȝ iō multa festi
nans trāseo. Sed ne tuj ordinis exemplū desit. illū palestine cipru
tulit. illum nursie campania. hos hispanie ytalia. illū quidem bo
nonia. hūc patauium. D. intell'o plane singula sed adhuc i uitus pro
cul a pria morior. Ro. et ego plane cām huius rei intell'o. qd̄ salicet

sanctissimus spiritibus celoque semper herentibus nulla iam terrene pa
trie cura esset. que nondum tibi deposita sed michi ardet. si celo tu hvas de
ponenda est. attingam tamen dehinc alios virtutis amicos. celi memores nondum
tamen celi studio terre oblitos. Samij ossa pithagore metapontus texit. Ci
ceronem ortum arpinum. rome altum. caiete sinus exanimem vidit. plini
um. quem infantem lavit athesis. grandevum vesevi cinis extinxit. Vir
gilium mundo dedit mantua. brundusium sive ut alij volunt tarentum
rapuit. nunc neapolis tenet. Ovidium sulmo opegit. ponticum solum ex
ilium. Terencium comicum ut fama est carthago genuit. roma accivit. ar
chadia sepelivit. Flaccum oracium apulia. Ennium calabria. Stacium
provincia narbonensis. Ausonium vastonia. Tres anneos sive ut alij
volunt quatuor. duos senecas. videlicet gallionem et lucanum misit
corduba. et hos omnes et plautum arpinatem. et lucillum arruncum brundu
sinum. et iuvenalem aquinatem et persium umbrium. et valerium anci
atem. et catullum veronensem. et ~~et~~ varium cremonensem. et gallum fo
roiuliensem. et accium pisaurensem. et cassium parmensem. et claudianum
florentinum. et persium vulteranum. et mille alios roma retinuit. ac
magna ex parte humo condidit. Tito livio patavina vix serum velut ad
sepulturam patrie restituto. sicut ex diverso multos roma eadem genuit
alibi morituros. orbis terre qui domus angusta est. et ipse quadrangula
ris. cuius ab extremo ad extremum transitus. et hic vivere illic mo
ri non pluris est fortibus animis quam pro vario usu balneum. Triclinium seu
brumali estivum thalamum mutare. Trita est omnibus maximeque illu
stribus alternacio hec originis ac sepulcri. ~~D~~. Scio sic esse. extra patriam tamen
mestus morior. Responsio. nichilo lecior in ea ipsa quam tuam dicis patria mo
rereris. sed indulgentis fletibus tanquam sua illis insit delectacio. quod si animum
vulgi erroribus circumventum. sancte docteque simul ac divite paupertatis ex
empla non adiuvant. fortunacioribus agam. siquidem doles regibus ac
cesaribus accidisse non ostendero. ducibusque clarissimis. maiori ne for
tune hominum sis recusatis videro. D. quid dictura quos ne in me
dium prolatura sis sencio. sed quo opus est verbis. doleo extra patriam mori
mortisque molestiam locus gravat. Responsio. medicam manum horites in
deo. pergam tamen quia feliciter tu videto. in verum dixisse et fideliter monu
isse sat fuerit. Alexandrum pella genuit. babilon perimit. alexandria
conditoris sui nomine ac cinere custodivit. Alterum alexandrum epiri re
gia pepererat. lucanus amnis obruit. Cirum persis regem tule
rat. Scithia tamiram tulit. Marcum crassum. magnumque pompeium
roma et romanum imperium omne susceperat que vivorum magnitudinem
tollerasset. utique mortuorum si sors sivisset suffectura cineribus sed alte
rum trans eufratem tellus persica assiria. Alterum egipciaca gurgi
tis unda contorsit. Catonem hunc ultro. roma principium ac nomen.

finem cognomenq dedit utica Cornelios scipiones roma pgenuit
nobilissima et rei p. saluberrima germina. quibus patria sepe eẽt et
ornanda. hos sic sua sors distribuit. ut duo illi qui dicuntur magni
hispana obruti tellure. superior affricanus literni Nasica pgami. le
tulus intra siciliam se iunctis hitent sepulcris. soli ex hoc nũo asiatic9
atq affricanus minor rome iaceant. melius in exilio quolibet iaceatu
ri. ille carcere mulctatus. hic morte sic psepe ubiq melius uiui
uiuas. melius moriare quã ĩpria. nusq durius iaceas quam
rome. Tres decij et si duos tñ fama celebret ex patriam gloriosissi
me ceciderunt. cũ latinis pugnans pr. cum etruscis filius ad
dit acero. et cum pirro nepos. Quid nũc ex ordine occurrentes
erumos duces sequar. omnes rome genitos. sed extinctos alibi
Atilium regulum p patria pie simul atq hosti fide. quo crudeli
eo gloriosius morientem uidit africa et secũda bello Gaium. flami
nium cortona. Emiliũ paulũ canne. Claudium marcellum
uenusia Tiberium gracchum lucania pcũbentes uidit. nulli horum
rome mori contigit. due spes ingentes imperij romani in ipso etatis
flore succise. Drusus et marcellinus. et si ambo in patriam reuecti
ambo tñ a patria pcul. ille in germania obijt hic baione. quid nũc
tu ne tarquinio superbior. tu ne potentior silla es. Atqui ille cumis
exul. hic diis puteolis expirauit. quid minores loquor. Aug
ustus cesar pr patrie. ex patriam obijt. apud campanie nolam.
Tiberius dispar moribus impio par. apud campanie misenũ Ve
spesianus ac titus optimi principes ut patrem et filium decebat. una
et eadem uilla. quamuis pper ex urbem tñ obiere. At traianus in
occidente natus. in oriente defunctus est. Septimius seuerus in africa
humilem hunt originem rome superbum imperium. eboraci autem in bri
tania sepulturam. Theodosium in hyspanis ortũ defunctumq medio
lanum. constantinopolis accepit. que iam prius aliũde editum sui
nois possidebat auctorem. Quid de alijs dicam. ligurgium sparta
pfugum. creta suscepit. eadem creta saturnum regem pulsum a
filio abeuntem uidit. ytalis finibus abditum hinatum q audijt
Africe lumẽ hanibalem tegit urna bithinica. theseum. themisto
clem. ac solonem. Tres atheniensium coronas sic fortuna disposuit
ut primũ scyros. sm psis. tertium cyprus sepeliret. in patria tantis
cadauerib9 sepultura dies me deficiet singulis in morantem. neq te
hystorijs obruere ppositum sed monere. D. teneo sed hos omnes
et quosdamq enũarare alios potes. ex patriam defunctos fateor
uolentes nego. dolentes q arbitror. Pro. unde hoc tibi. nisi
quod stulti omnes sm se alios extimant. neq quod sibi difficile est cu
quã possibile suspicari pñt. et fortasse ueteri illi pubio pbauisse

aurem. bonum est peregre uiuere: mori malum. cum utrumque
potius bonū sit. mō bn̄ fiat longanimiť atq3 honeste malū utr-
q3. si male si flebiliť atq3 ignauie. dicam qđ miręris. qđq3 p̄ubio
penitus sit ad usum. si qua locor̄ ꝯuenientia iusta ē. hanc ego faci-
lius. uiuēti p̄miserim cuius ut aliq3 forsan i ẽsit. quā morienti
cui oīs loci cura supuacua ē. Jam iam locis oībȝ abituro. D. tan-
gis ānuȝ. ad huc tamē ī p̄ria mori mallem. Ro. uolūtas hūa-
na. nisi ũtus ac sapīa illam frenet. p se ipsam ī domita ⁊ effre-
nis ē. qđ si alcius attendes. totuȝ hoc ad te nil ptinere fatebere
qm̄ neq3 hic amplius ēē potes. neq3 ossibȝ tuis sup ēē sensus ali-
quis. quo discernat. ubi durius aut ubi mollius cubēt neq3
quo tendis. Aliūde facilius puenisses aut breuius eleganter a-
naxagoras peregre moriēs. an ī p̄ria referri uellet amicis in-
terrogantibȝ. michil necesse ē inquit. ⁊ adiecit causam. undi-
q3 enim ad iferos tandem uia ē. qđ risuȝ nō nimis ducit ad
celum ascensurus. quā casurus ad iferos. D. utinam domi mo-
rerer. Ro. si illic ēēs. ēē alibi forsan optares sic enim habe et
qđ uiuēs debueras disce ul' moriēs. p difficile ē uobis. o mor-
tales moreȝ gerere delicati ⁊ queruli. quibȝ qđ licetis
omē uilissimuȝ ē semp. ⁊ solū id optimuȝ quo care-
tis. D. O si domi morerer. Ro. multa ibi forsitan
uideres. que mortem tibi efficerent grauiorē. unde
id te submotum crede ut relictis curis oībȝ deuȝ
soluȝ atq3 aīaȝ cogitares. De morte i p̄ctis dolor

Morior i p̄ctis. Ro. hec iam nō nē nec for-
tune ꝫ tua p̄pa culpa ē. D. ī p̄ctis morior. Ro.
p̄mū pecc̄ne quę te ꝯpulit. deinde quis ueniat
ꝯmissa diluere postremo. quis nūc ē. sera licet
penitencia ī pedit. usq3 ad extremuȝ sp̄m liber est
animus. D. p̄cta mea moriēs mecū fero. Ro. caue
ne id facias uenenosum mortiferumq3 uiaticum
depone. dum uacat. dumq3 ē qui illud tollat ac
deleat ut scriptuȝ ē. p̄ciatq3 post tergum suū ī pfundū maris. ⁊
q̄ntum distat ortus ab occidente. longe faciat ab ste. hanc tu ho-
ram ne neglexeris q̄ semel elapsa nō redibit. qđ licet ho-
ris oībȝ sit cōe ut e aut semp. nūq̄ redeant. ī una tn̄ ob-
missum hora ī altera forsan īstaurari datuȝ sit. at extreme hore
negligencia p̄rsus irreparabilis ē. Jtaq3 qđ ī archanis disputaci-
onibȝ in uetum fuerūt. uite huius errores. q̄ leues quidaȝ
lapsus ī plano sunt. unde facile possis assurgere. at peccatum
graui ex alto p̄ruptoq3 similimuȝ ē ruine. unde facultas ulla sit.

resurgendi hinc tanto discrimini. cum post hac nunquam succurrere valeas. nunc curare dum vales. et memento non modo quid viri dicant sed quid tu ero. quid de morientibus in divina codicia disputans. tum vel maxime inquit laudi studerent. eosque qui secus quam deceant vixerunt peccatorum suorum maxime penitet. Quid aquoque queso religiosius quid utilius dici potest. fiat modo quod dicitur. peniteatque vel sero anceps fateor ac periculosa dilatio et que plurimos fallit. qui purgationem anime que festina nimis esse non potest. sanctes volentes que procrastinant. et in fine tenuerunt. quo tempore circumventi et arctati. mortisque mortis attoniti. nichil de conceptis expedierunt. de quo quam multa dicantur a viris haud impertinens est audire quod hic quoque virgilius et ipse testis eximius dicat. quibus verbis hanc desidiam. neglectamque confessionem notet. ex illius ore mirabile. ubi apud inferos iudicem illum facit. iusticia et equitate notissimum. qui ut ipse ait castigatque auditque dolos subigitque fateri. que quis apud superos furto letatus inani. distulit in seram commissa piacula mortem. Sed quamvis hoc periculosum adeo sit. nichil tamen desperacione periculosius michi peius vie salutis hostis invenit cetera enim suis queque remediis leniuntur. hoc malorum maximum atque ultimum abeuntem ubi animam oppresse[...]rit. nullo iam remedio opus est. huic ergo cum semper. tum in fine vehemencius obsistendum. quod et tunc urgere acrius solet. et iam nichil est reliqui. quo salutis consilia cunctando [...]reicias. neque vero te hinc metus arceat. nec te pudor dolorque dilacionis impediant. peius est nunque quam ad vesperam ex[...]pergisti. et omnino quicquid male differtur peius obmittitur. A. mo[...]rior absque ulla spe. Ro. male agis. Immo vero spem pretentam recipe. et ad motam pectori. totis anime ulnis amplectere stringe conserva. A. magnum est peccatum meum valde. Ro. nullum tam magnum hominis esse potest. quin multo maior misericordia dei sit. A. quis potest tot peccata dimittere. Ro. et quis putas. nisi ille de quo sui hostes admirantes litigabant et querebant. quis est hic. qui et peccata dimittit. A. quis tantorum veniam merebitur peccatorum. Ro. nullus fortasse merebitur aut meritus fuit. multis tamen est gratis data et dabitur modo sit qui illam fideliter ac reverenter imploret. nullam quidem esse remissionem criminum ingenti(?) persuadere aliqui ut perhibent. constantino principi voluerunt. ad id falsum esse. non modo apud nostros constat. apud quos [...] remissio peccatorum per baptismum. et per penitenciam nota est. sed apud paga[...]nos et fama fuit falsa. et quorum morbis ideo inefficax erat medicina. quod eis nondum medicus celestis advenerat. proinde nisi a peccato mundari animus et deleri posset iniquitas frustra id tociens peccator ille primum maximus. postmodum vir sanctissimus precaretur. A. peccati consciencia spem perdidit. Ro. peccati memoria penitenciam ac dolorem animo afferre debet. non utique spem auferre

Sed nos

sed nos omnino ex parte fallimini. in peccato feruidi. post peccatum
gelidi. peccando quidem exultatis. moriendo autem desperatis. multi
passim peccant sub spe venie. contra vero multi cum peccauerint veniam
desperant. et utrique errant. nam et illis abiciendo spem dampnosam, pellendo
et hiis in fine salutiferam spem tenere consilium erat. D. quem culpis mons
precipitat. quid agam. R. quid nisi quod egisse iam pridem decuit. ut
infaustam sarcinam festinanter abicias. qua leuatus ibis plane. non
precipitabere. ibisque non curuus non titubans sed erectus. certo ac stabili ue
stigio et spe bona. age ergo ne differas neu diffidas. est qui exoratus
ab humeris illam tuis transferat. qui grauiora iam transtulit. cui nil
graue nil difficile est. et cuius pigra dilatio excusatione careat. lau
de non caret. emendatio uel dilata. satius est sero quam numquam resi
piscere. conforta re respira. multos a limine tartari pauce pie lacri
mule reuocarunt. stat dexter ad lectuli tui caput. qui non solum
infecto ille se mundare uelle respondit. sed quatriduano iam fetenti ut
surgeret imperauit. teque et nunc expectat. ut mundari uelis ac surgere non mi
nus hodie ipse quam tunc prius. nec solito minus potens ad hunc quo isti
tu mori uelis interest ad hunc sine peccatis mori potes non quod peccata non fue
rint. sed non erunt. et si enim in preteritis nullum ius nisi obliuionis hic deum
plurimus suis existimet. hec tamen quod ille uir curiosissimus non uidit uel
etiam abolitionis. itaque facta licet infecta esse non possint. certo tamen ori
ens peccatum sic deleri potest ut iam amplius non sit. ita ut sicut scriptum
est. queratur peccatum et non inueniatur. non quod se uinculis peccati absoluere
potencie sit humane. sed quod pie bone uoluntati. contritoque cordi diui
num numquam desit auxilium. De moriente solicito quid de patrimonio

Quid de patrimonio sperem. quid de li et liberis futurum metuens
beris. R. et patrimonium dominos inueniet. et liberis sua sors
erit. D. quid de tantis diuitiis fiet. R. ne dubita
ne heredi nimie uideantur. numquam tante erunt. quin aliquid
desit. de hiis tamen illa uiderit. que res uestras has que tam
dilectas opes. huc illuc iaculatura contorquet. D.
quid facient filii. R. a terreno patre desertos in suam curam
celestis pater accipiet. non relictis ut tu. neque orphanos
facturus ille eos nutriet et docebit a iuuentute eorum. modo se do
ciles prebeant. et usque in senectam et senium. usque ad mortem ac sepul
crum non destituet. spes nascentis hominis deus est. non genitor cuius diues
cuius ille rex sit. non est edificandum in arena sed in petra. omnis spes de homi
ne breuis et caduca est. filii igitur tua spe delusi. ponent in deo spem suam
et cantabunt cum dauid. pater meus et mater mea dereliquerunt me. dominus
autem assumpsit me. multorum indolem filiorum et uirtutum semen men
tibus insitum. parentum blandicie extinxerunt. sicut ex diuerso molliciem

sepe discussit orbitas ac paupertas. M. quo deuenient opes. R.
unde uenerunt reuertentur. hoc est ad fortune manus unde rursus ad
alios atque alios abiture apud neminem diu mansure. uage sunt enim
stare nesciunt neque sine misterio rotundam nummi formam opinati sunt
sed uolubilitatis indicium esse dixerunt quidam. facete non inficior. sed non
minus triangularis aut quadra uolubilis hereret. quod attinet ad di
uiciarum fluxum. quarum natura est labi assidue ac uolui. odisse unius seras
arcule carceris ac uarijs possessoribus delectari. siue ut rubiginem motu
uitent siue ut fallant cautionem quam plurimos. siue ut cum dominis suis de
instabilitate contendant. hanc tu igitur moriens uel inuicti superatam
curam pone. quin si locuplex moreris agnosce fortune fidem tuam
usque ad exitum e uita. diuicias quas iam tibi non necessarias alijs linque
at si pauper expeditius proficiscere. seu ingentes seu exigue seu nulle tibi opes
fuerint. modicum ad te olim. post hac uero nil pertinet nisi quod in opere uixi
sse senties. quam laboriosa hec uite uel presidia uel tormenta mortem quo
que solicitant. M. quid erit de filijs. R. erit ubi uiuat tuum nomen. si
sint boni. si qua est consolatio mortis est. non totus interijsse uideberis
in illorum uultibus inque actibus te sibi redditum amici credent et gaudebunt
at si mali. est an cupide deseras quos corrigere nequiuisti et corrigen
dos ac domandos mundo tradas ac fortune. neue illos moriens suspi
res. qui te mori segnius suspirant et fors caius mortuum suspirabunt
M. quid de opibus. R. times ne a te dimisse non sint dominos reperture
expetentur exoptantur extimantur neque tam de contemptu quam de
certamine metuendum. proinde iam nunc hec diuicie tue esse desinent
cuius autem sint future. quid filios aspicias scire nec potes quidem
nec oportet. sat est scire tuas fuisse. si fuerunt tue et non illius rerum domine
tuarum cunctarum atque mortalium que fortuna dicitur. sed hic dico tuas. hec est
tibi ad breue tempus obsecutas iam non est tempus abeundi cedendique
alijs sine illis parum obsequantur et uicissitudinem suam prebent nisi iam
uiciose mori et quod stulti quidam fecere tua tecum tumulo uis inferri
quamquam sepulcrorum effossoribus profutura. denique iam tu te metallique curam
prospice. celum tandem teque ipsum cogita. M. opes mee fugiunt a me. R. re
putabas ne mansuras cum fugeret uita. cum tu ipse continue raperis
M. quid de opibus meis erit cum mee esse desierunt. R. quid de
eis erat antequam tue esse inciperent. M. opes tantas linquo nudus a
biens. R. nudus intrasti nudus egredere. non est quod queraris sed est
unde gratias agas. alienum usus medio tempore tuus fuit. nil tibi tuum pre
ripitur sed expleto usu reposcitur alienum. e uicinia migrantes ad
uene. ultro siquis est pudor commodata uasa restituunt. M. heu nil tan
tis ex opibus mecum fero. R. aufer quantum attulisti. ut si maius quantum
reges auferunt. M. quid impuberes nati agent. R. adolescent si uixerint

M: senescent et ipsi suas agent uias· fortunamque suam et labores et
uite obibunt· interim sub tutela dei erunt et tu forsitan sine prole in
pubes uixisti **De morituro anxio quid uxor eo mortuo sit actura. M.**



uid dilecta uxor post me faciet· Ro· nubet forsitan·
quid ad te· M· quid faciet cara uxor· Ro· tuo iugo
absoluta uel subibit aliud· uel libera ceruice uagabi
tur uel iam fessa subsistet et quiete sola meditabitur· M· quid
aget uxor amatissima· Ro· quid cum te euaserit actura
sit cogitas· cum tibi subiecta quid egerit nescias et
magna pars mortalium quid domi sue fiat nesciat· quid
in celo agitur· quid ue uiuis sit agendum querunt· sa
ne quid deinceps agat uxor ipsa eadem uel maritus alter uiderit ad
te amplius cura ista non pertinet· M· uereor ne post meum obitum nu
bat uxor· Ro· quedam uiuentibus uiris nubunt· fecit hec apud hebre
os apud afros sophonisba· apud romanos marcia et liuia· quamuis
has duas uxores consensus ac iussus excuset· tue uiuo uiro licet mortu
o nubere non licebit· atqui pauce uiuis coniugibus fidem prestant· tuge
lido que cineri fidem prestas· si fida tibi usque ad diem uite ultimum uxor
fuit· quid in totum coniugalis fidei munus impleuit· M· ne ergo nubat
uxor metuo· Ro· ne primo nubet forsitan metuendum fuit id ad te per
tinuit hec ad alterum pertinebit· sic est autem metuenda contempnitis sper
nenda metuitis· nil in rebus iusto precio extimatis· maritalis thori
duellum securus intrasti non cogitas quid periculi adires· id intime
alium times· M· nollem fateor uxorem alteri nubere· Ro· pro fide quidem
pudicicie secunde nuptie quamquam licet fateor uitande sunt· sed uitan
da magis periculosa uiduitas· est ubi nubere non tamen permittitur sed opor
tet· difficile est formosam solam caste uiuere· M· dulcis alteri coniux
nubet· Ro· rare sunt earum quas honestius dicunt· quibus non super parente
coniugem· alter iam alio desponsatus sit mortalis in inquirunt uir est· quod si
hic obeat· num ille in aut ille erit aptissimus· que uirtus· que no
bilitas· que gratia· que facundia· que forma delectet· M· uxor mea nu
bet alteri· Ro· tua quidem uxor minime· ne tua enim sit amplius mors
faciet· nec mirabere si coniuges separat que corporis atque anime uincula
dissoluit· M· nubet iterum uxor mea· Ro· et romanorum ducum nupsere
iterum uxores· fer communem cum maioribus fortunam· M· nubet uxor
alteri· Ro· et romani duces et principes uiduas duxere et sanctissimus
rex dauid uiduas duas in coniugium duxit· que minorum fuerant uxo
res· et fortasse te maior aliquis tuam ducet· tu illi tamen linque soli
tudinem qui eo pergis ubi non nubitur· M· nubet alteri dulcis uxor·
Ro· si meliori nupserit congratulare prosperitati eius quia amasti· si in pe
iori gaude saltem· quod tu illi iam notior cariorque futurus sis· uel te

primos nosse uiros ac diligere. secundo demum matrimonio dicite.

De moriente solicito quid post se patrie euenturum sit. M.



Quid post me de patria mea erit. R. bonorum omnium patria
una est. et malorum altera. harum cui te ascribi cupias fe
ceris uidero. terrena enim patria nulla est sed diuersorium ut
transitus. M. quid de patria mea erit. R. patria illa quam
petis uno semper in statu est. ista quam deseris. quod sepe
iam diximus. non patria sed exilium tuum fuit. M. quid
patria post me aget. R. regia cogitacio esse solet. quid
post se regnis atque urbibus euenturum sit. qualem
fuisse legis. aut magno illi regi assirie. aut romano illi principum
maximo. preuatam fortunam. hec cura supereminet. quando uero adultam
iam sic es affectus es ut illam miserie officinam. atque illud hospici
um doloris. ubi rapidum uite tempus multis in laboribus ne dicam
gemitibus exegisti. patriam inic et tuam uoces. et uis scire quid ac
tura sit. dicam. faciet nempe quod fecit. et quod faciunt alie. At quid in
quies. tumultuabitur et dissidebit. nouarum rerum sectabitur et parum simul
tates. mutabit dominos. et nouabit leges. utrumque in peius sepe. in me
lius raro. Calcabit preterea egregios ciues. attollet indignos. pellet
immeritos. proditores erarii colet. blandos diliget. ueridicos oderit
bonos spernet. uenerabitur potentes. libertatis hostes adorabit. defenso
res rei publice persequetur. flebit ac uidebit manentem. aurum gemmas
que mirabitur. uirtutes abiciet. amplexabitur uoluptates. hii sunt mores
urbium. nemo tibi uero cetus horum uates fuerit. nisi qui semper inte
ruenerit. uel obstrusis auribus atque oculis urbes intrauit. M. quid
post me patrie accidet. R. quid solicitus quid ue anxius es. quic
quid patrie acciderit. tua iam domus ab incendiis a furibus a rui
nis tuta erit. nichil ad te pestilentes anni. nichil annus exuberans
nichil estus. nichil siccitas. nichil ymbres ac grandines. niuesque
et glacies. et nimium gelu. nichil fere uel uolucres. nichil brucus
aut locusta. nichil demque terremotus ac fulminis procellarum. nichil
annone caritas. nichil hostium incursus aut bella ciuilia. M. O.
quis status patrie erit. seu quis demum finis. R. quis putas ni
si qui maximarum urbium fuit. quicque omnium erit. puluis. cinis. sparsi.
lapides. nudum nomen. possem id in numeris argumentis ostendere sed rem
teneas. ad summam nichil ab homine fit eternum. nichil humanum preter animam
immortale. cepta desinent. sata deficient. structa ruent. quid plus e
quo angeris. quid estuas. sine in celo eris. et hec ipsum et mortalia
cuncta despicies. Nam qui ad inferos descendunt. caritate amissa
deum atque homines deique opera sit atque hominum odisse credibile est. est.

De studio fame anxio in morte metus.

Quid de me post fata dicent homines. Ro. In tempe-
stiua solicitudo hec anxietute puisum ee debuit.
qualis fere uita hoium. talis e fama. M. quid de
me loquentur. Ro. quid rideam. nisi illud doctiss.
atque oium eloquentissimi ciceronis Quid de te alii lo-
quantur. ipsi uiderint. sed loquentur tamen. sermo aute ois ille
et angustiis cingitur. hiis regionum quas uides.
nec unquam de ullo perhennis fuit. et obruitur hoium
interitu et obliuione posteritatis extinguitur. M. quid
de me dicent homines qui post me nascentur. Ro. dicerem aliter.
ista quam cicero si melius dici posse crederem Quid aute inquit.
interest ab hiis qui postea nascentur sermonem fore de te cum ab hiis
nullus fuerit. qui ante te nati sunt. unum addidit. quod tunc forsan
dubitabile. forsan falsum. nunc certissimum. et absque ulla hesitaci
one uerissimum e. qui nec pauciores inquit. et certe meliores fue
runt uiri. nam quis e oro iam qui dubitet. nunquam quales fuerint
futuros hoies. ita in peius inclinata oia ruunt neque praeteria. Cura ergo
mirabilis ignotorum atque imparium dicta metuere. cum excellencium ac
notorum opiniones ac uerba contempseris. M. que mi fama erit extinc-
to. Ro. facile melior quia uiuenti. cum silluerit liuor. raro enim uite
hoium superstes inuidia e. ut aute uirtutis radix e glorie. sic deceptrix in
uidia. utque liuidus pollex piis impedit. sic amotus uere laudis
restituit in carnem tuam. itaque multis busti limen in uidie in accessum
magne glorie uestibulum fuit. M. quia me longa manet fama. Ro.
longa forsitan ut uos longum dicitis. uere aute apud uos nichil
e longum. ut uero non modo longa sint oia. sed etiam. sola uirtus efficere
potens e. sapiensque iusticia de qua scriptum e In memoria erit iustus
quod ut potuit poeta noster expressit ubi ait. sed famam extendere factis. hoc
uirtutis opus. M. quali post obitum fama ero. Ro. quid refert
quale sit. quod mox uel nescies uel contempnes quid ad te hoium
flatus dum tu flatu cariturus sis. sperantem uesti delectarique auris
non miror. at defunctum stupeo. M. quid de me post obitum dicetur
Ro. et quid putas nisi quod merebaris bonum malum multum parum.
nichil in quibusdam mendax. sed in pluribus uerax e fama. alioquin
longa utique non e diuturnitatis fundamentum ueritas. ruinosum
atque imbecille mendacium. M. qualis mi post obitum fama erit. Ro.
ante exitum fuit uita nec minus in exitu. de hoc ergo tempus presentium
sed in primis penes hora uiderit sic enim hecto. quali quisque dignus fama
sit post mortem. nulla re melius quam morte censeri. quippe
cum multos per omnem uitam inglorios et obscuros sola dictu
mirabile mors illustret. De moriente sine filiis dolor. Dolor.

Sine filijs morior. Rō. eo alacrior mori debes. atq; ex
pediacior ꝓficisci. nil post tergum linquēs. qđ te uelli
cet. ille ingens morientiū dolor cessat. ex cōmisera
cione oriens deserende prolis. ī matura ꝑsertim
ꝛ ꝑrio ꝑsidio īdigentis. ꝑ que etatem ī opiamq; cō
silij ꝛ ī iniurijs ꝛ casibus multis exposite. D. nati qs
optabam sperabamq; supstites ꝑcesserūt. Rō. hēs ad
quos ire cupias. nō a quibus cupias abire. non ex
al' doleas igunum solamen. D. mors acerba filiorum. orbus ut moriar cogit.
Rō. hec si miserā censes. quid ē qđ uł morbum mori cogat uel
uixisse coegerit. cū unde tibi filios eligas ingenuorum iuuenū
tanta sit copia. eo fortassis obsequenciores ꝛ tui amanciores futuros
quam quos tuo de sanguine genuisses. qđ illos cū quodā. hos
certo iudicio ꝯsumsisti. filij illi antequā noti. hij autem noti ꝛ dilecti
ꝛ electi antequā filij. itaq; totum illi. hec nature. hij bn̄ficio tuo impu
tent ut filij tui sint. unde fit. ut sepe hec fuerit fausta successio
cui tuto nō mediocre tm̄ priorum. s; summū ipum accederetur.
nosti ut Julius cesar ple carens sibi augustum. ille tiberium
pene ī uitus quidem. ut post nerua. vlpium traianum. Jlle he
lium adrianum. ut is rursus antoninum pium. ille marcū
aurelium sibi filium fecit. fecissz; q; ille aliū q̄ cuiq; felicius quam
cōmodū genuissz. nulli cōmodū cunctis ī cōmodū. uiuat tanti prīs
ī fortunium. uniusq; ex pauas romam ipi ꝑbrium ī gens. atq; aptis
simum argumentum. quāto adopcio sit felicior sit genitura. quod an
ꝑmū exordiē. diu ac feliciter ī passent. hic tantorū uestigijs ducum
spretis. iter deuium ī gressus. breui ꝛ turpi nō ī genio perio s; tiran
nide. cum rem. p. fedasset. misero quidem s; se digno fine procu
buit. publicumq; ludibrium in se uertit. iam inde ꝑterita ante hos
longe. ꝑmi illud fulmē belli punici malleumq; carthaginis. Africanū
illius magni filius. ī decus gentis assūpserat. hoc. s. fato. ut quā
urbem ꝯtriuisserat auus. hanc nepos eius euerteret. ut florus ait.
istoricus. Ex emilia ī corneliam familiam translatus. utriusq; decorum
ultimum fateor nō minimum. Ex hijs uides. qđ nec tibi nec prin
cipi deesse filius pōt. qđq; ē optimū bonus. bona nisi desit electio
que si adsit. talem tibi fortasse filiū dabit. qualē nō dedissz ux
or ꝛ uotinum matrimonij effectum. ꝯiugalibus expeditus uinclis in
ueneris. sic nature defectum lex puidit. D. quō nunc domum meā
dispōnam. orbus morior. Rō. magnam uero pietatis. magnam
laudis oblatam ne respuas materiam ꝛ qđ filijs forsan ī gratis
ac uł male cumulaturus. ut quā utiq; mos ē ī usus pessimos uer
suris. breuiq; oīa ꝑfusuris ꝯferre decreueras. ꝯfer honestius. cō

ser utilius stabiliusque pergami. Quondam rex attalus populum
romanum nec egentem esse et asiaticis profecto diviciis corrumpendum
testamento sibi heredem fecit. ego tibi alium populum quem instituas osten-
dam. hic te amicorum. hinc egencium turba circumstat. ex utrisque tibi
filios adoptare permitteris. quorum alii te digressum dulci secum commemo-
racione detineant alii te quo pergis previa precum festinacione preveniant
ut que hic erogaveris illic centuplicata recipias. fenus uberrimum
certissimumque viaticum istud iter acturis. D. morienti michi nullus
est filius. R. quid si multi essent. an ex hiis tibi seu custodem domus
ac pecunie que tua esse amplius non erit eligeres. seu in prelio mortis
athletam ipsum quoque mortalem seu denique comitem ad sepulcrum
ille enim nec te quidem tum comitetur. nec metellum sui bius a lectulo
mortis ad sepulcrum via est. quid refert an hic solus iaceas an ubi fi-
nole prius et inepte cause filios optandi. nam si in illis ut vulgo
dicitur. firmam ac perpetuam tuum nomen optabas. ipse quoque vulgariter
fallebaris. siquidem filiorum obscuritas profecto creberrima. nec illu-
strare ipsa utique. nec firmare firmum potest nomen. ac prorsus rara filiorum claritas
ut ipsos semper filios claros faciat. sic parentes interdum vicinitate sua
contegit obscuratque quasi minora sol sidera. quod nusquam evidentius. quam
in iulii cesaris patre cognoscitur. quem pene ignotum filii splendor fecit. et ad
summam quisquis in filio sui nominis spem reponit. rem pretereuntem labilemque
in vase fictili locat ac rimoso. quodque est in consultius non suo. rem maioris
apud vulgus. quam apud doctos precii. neutrum tamen contempnendum
sed tum honestius tum certius locanda in suis incorruptibilibus vasis
ac solidis. in virtute propria in rebus gestis in literis. D. sine natis morior
R. non sunt in quos tue sese spargant cure. item iure omnis. quo instructior
liberiorque digrederis. te minime respicientes metuens. scis quam miser et que
felix moriare. nec ignotus morieris. an vero miserie sit addendum vel
felicitati tue detrahendum. alie seu turpitudine seu fortuna. et si enim aliis
aliter videantur. inquirere ego sinam sum prior. ut magnis tamen scimus
visum esse philosophis. filiorum eventibus inminui propria felicitas. in beatitudine
bonum. quod in crastinum pertinet. et pendet ex altero. quod si opinionem hanc
admittimus. quid hinc sit intelligis. dubitari enim nequit quin
multi felicius obituri fuerint. si sine filiis obiissent. De moriente
T insepultus abiciar. R. qui metuit insepultus abici. D.
alitibus invides. an feris. an piscibus. nam si metuis
tibi baculum seu custodem iuxta te poni iube. quo a
cadavere depellantur. D. ludis in malis meis. nam
profecto nil senciam. R. quid igitur times. quod non
sencias. nam si sencias plures senties. enim sepelire
necesse est. D. inhumatus iacebo. R. tu nisi te tellus

presserit. illam premes. te nisi terra contexerit. celum teget. notum
est illud celo tegitur qui non habet urnam. illudque notissimum. facilis iac
tura sepulcri. facilis in quam sic ut nulla facilior. G. inhumatus ero grave
dictu. R. dictu nescio. re autem profecto levissimum multoque tollerabi
lius sepulcro exiri quam domo. quam lodice. quam sagulo. G. inhumatus
ero fedum visu. R. fedum fortasse aliis. tibi autem nichil minus. omnem
quidem sepulturam non nisi vivorum causa institutam esse. doctorum hominum
auctoritas et res ipsa consenciunt. idque sic esse sepulcrorum species indicio est
que introrsus horrida et inculta. unde incolis suis saxum obiciat. ex
terius multa impensa et artificum ingenio elaborata. marmoreas spectan
tibus atque aureas pretendit ymagines. G. insepultus ero turpe aspec
tu. R. parum ne oro negocium tuum habes. in suspicias alienum. pudeat quos
res tangit. hanc tu enim turpitudinem non videbis. G. insepultus
linquar. miserum. R. et magnus pompeius tantus vir insepultus
iacuit. immo nec iacuit. sed iactatus est fluctibus. obrutusque. neque adeo
te delirum reor. ut opinione tua fratris ille felicior sit sepulcro. sicut nec
collega eius Marcus crassus infelicior. quod qui eum sepeliri iuberet
nemo affuit in reliquis enim pene pares exitu fuere. nisi quod crassi cap
ut ditissimum avarissimumque omnium decebat auro congruus fuit. servatum
tamen utrumque ludibrio. nisi forte tercius horum collega felicior. quod altissi
mi atque pulcherrimi collossi in vertice situs ostenditur. celsa etiam templa
despectans. bello quidem fortunatiorem fatear. busto negem. sic hec
saxum illo pulchrius fateri oportet. non felicius. que est enim ista felicitas
non sencientis. seu saxi. seu saxo abditi. alioquin si sepulcro felix sit
nemo felicior mausoleo. G. inhumatus ero. R. inhumati essent
Paulus Emilius. et Claudius Marcellus. tales viri nisi hostis illos
s. hanibal — infestissimus sepelisset. admiracione virtutis. nisi fallor et verecundia
victus. non pietate ulla. que in illius viri precordiis nulla fuit ut se
pulturam ergo illam pene invisam futuram ipsis arbitrer sepultis et
si eis opcio data esset. inhumatos se iacere maluisse. insepultus quoque
iacuit Cirus persarum rex. neque id sibi. neque uteri scithicis infamie fu
it sed crudeli mores. quibus acerrimam illam exprobracionem iniuriamque
promeruit. quid non nunc singula nuda cadavera colligo. et vel roma
nos principes. vel externos reges non solum sepulcri ultimo et optato
quidem. sed in aui honore spoliatos. quin et laceros disceptosque et mem
bratim sparsos. ut invidiosum dicerem integro cadavere iacuisse. cum ob
versentur animis inhumatarum strages gencium. atque ut ita dixerim insepul
tus orbis. nempe circa ipsum quem dicebam ciro persarum ducenta milia.
et cum crasso sedecim florentissime legiones. et ad cannas romanorum
civium ac sociorum octoginta quinque et eo amplius milia. quinqua
ginta sex milia penorum hispanorum ligurum et gallorum. ad metaurum.

amnem ipso cum duce hostium et ad aquas sextias id est loco nomi
nato theutonum. haud procul ab alpibus utrobique duce mario. Cen
tum quinquaginta ut quidam sunt auctores ut qui minus dicunt
sexaginta non amplius cimbrorum milia insepulta iacuerunt apud
philippos non regum gentium que omnium auxilia et italici sanguinis flos
vigorque sic placitum superis bis sepulcro carens campos hemonios
feras que et vultures impinguarunt Quid est ad egates insulas deleta
cartaginensium classis Quid massiliensium ante portus sui hostia
usque ipsos fidelis patrie prospectu Quid ne semper italos labores loquar clas
sis atheniensium ante urbem siracusanam demersa. quale habuit sepulcrum
Sileo salaminam et maratonem. trecentaque milia illic fusa persarum
et si alii duplo amplius dicant. Transeo hebreorum conflictatores scitha
rumque et amasonidum arabumque et parthorum prelia et medorum. pretereo Ale
xandri macedonis in oriente victorias strages que illas in eruum populorum
pestes taceo tales sepe ut cadaverum curam licet abstraxisse parumper
pietas sunt. incursus quoque serpentum atque in manium beluarum quarum
impetum dicearchus docet ut ait cicero. quedam hominum genera esse con
sumpta Tempestates preterea et cottidiana naufragia. nam qui flu
minis pereunt non egentes busti dixeris. obmitto furores domesticos
intestinamque discordiam. de qua dictum est. bellum civile sepulcra
vix ducibus prestare potest. quod de externo quanto verius est bello. nec ruinas
urbium sequor. Troie. Jerosolime. Carthaginis. Corinti. Numancie
ac sagunti. aliarumque multarum. ubi magna pars civium. muris oppres
sa labentibus et sic patrie consepulta est. omitto denique terremotus. quibus
multi sepe mortales obruti. pro sepulcro totum terre matris uterum habuerunt
quod cum olim nuper crebro malum fuerit diversis in locis. nusquam tamen quam in
asia insignius. ubi duodecim urbes uno die horrificis terre hyatibus
hauste memorantur. hec tam multa dixerim ut indicarem tibi mecum
eripiam. qui morte magis dampnum metuis sepulcri. atque hunc illi
uno corpusculo deesse. fers graviter. quod tam multis hominum et bellatorum
et quod sunt indignius. sanctorum insuper milibus defuisse compertum est. G. defunc
to michi terra negabitur prodium. R. non id dixerim. sed tu mollis. qui nec
sensaciones ledi queas. G. mortuo michi terra negabitur indignum. R. quod
ita illa ne tibi igitur. an tu illi debitus. atqui terra tibi fortasse ne
gabitur. non tu terre. potius bustum tibi casus. vel in urna hostilis exspe
ctu e terra venies. iterum redeas oportet. id tibi dominum tuo ore predictum
falsum esse non potest. G. non me gremio tellus teget. R. at tu illam
teges. nudo corpore. quid ad te plus hec post mortem pertinebit. quam
nunc pertinet. ubi olim unguium aut crinium excrementa. ubi fibis
erutum sanguinem. ubi denique pueriles tunice. seu fascie infantulis fra
gmenta dimiseris An oblitus es theodori cirenei apud tullium elegans

responsum, cui cum lisimacus rex mortem crucis ut augurior minaretur
istis quaeso inquit ista horribilia minitare purpuratis tuis theodori qui
dem nichil interest humi ne an sublime putrescat. te nisi tellus
sinu exceperit. at superficies substinebit. hinc te gramina uestient
hinc ornabunt flores leta hospite. hinc te ymbres madefacient
hinc sol uret. hinc glacies stringet. hinc mouebunt aure. et for
tasse naturalius fuerit ut compactum ex quatuor elementis corpus
in totidem resoluatur. M. Inhumatus linquar horridum auditu. R.
In opinione horror non in re. quin quidem apud alios horrendum terga
tegi. pulcrum igne consumi. quod maioribus nostris usitatum scimus. apud alios
pulcrum a feris aut canibus lacerari. innumeri de hac re sunt generum ritus quos
curiosius a crisippo collectos. scribit cicero. tu nuda iacebis hu
mo ast illum premat lapis horridus. illum putres glebe obruent
illum mersum uoluent unde illum uenti pendulum agitabunt. grando fe
riet. lacerabunt corui denique preciosissime conditos ac uelatos purpu
ra uermes rodent. Quid nam uero habet amplius qui marmore te
gitur atque auro. quam qui flens apud poetam ait. Nunc me fluctus
habet. uersant que in littore uenti et si ille erroris publici morem
sequens unam sibi terram oret. nisi forte nunc quoque fabulis acquiescas ani
libus. centum annos errare animas insepultorum hominum circa tanta
rum amnis ripam. quas certa sana utique ac religiosa mens respuit
D. bustum michi patrium eripitur. R. patrius cespes si relin
quitur. bene est quod tibi phocion uir magnus in mentem ueniat quem cum
de se aliter meritum ingrata athenarum urbs. defunctum quoque
suis finibus expulit inaudita crudelitas. M. Insepultus abiciar.
R. Age res tuas curam hanc linque uiuentibus. Deo gratias

De remediis utriusque fortune liber secundus explicit feliciter
ad laudem omnipotentis dei et totius curie celestis. nec non ad
honorem dni domini

Ego Jacobus Nicolai nussner nac. ss

86

[illegible]

